T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

EX RECENSIONE

GEORGII GOETZ ET FRIDERICI SCHOELL

FASCICVLVS I

AMPHITRVONEM ASINARIAM AVLVLARIAM COMPLECTENS

PRAECEDVNT DE PLAVTI VITA AC POESI TESTIMONIA VETERVM

EDITIO STEREOTYPA.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCVIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

OSCARO · SEYFFERT

HANC · DE · QVA · OPTIME · MERVIT MERETQVE · EDITIONEM

D · D · L · L

GEORGIVS · GOETZ · FRIDERICVS · SCHOELL

PRAEFATIO

De rationibus, quibus in hac editione adornanda usi simus, cum in praefatione alterius fasciculi, quem primum emisimus, dictum sit, hoc loco sufficiet, si notarum adnotationumque usum paucis explicaverimus.

Itaque codicum — ex quibus antiquissimus Ambrosianus *A* Amphitruonis Asinariae Aululariae nihil servavit — haec sunt sigla consueta:

B codex vetus Camerarii Palatino-Vaticanus saec. X, cuius manus altera B^2 in octo prioribus fabulis alterius codicis auctoritatem habet*).

D codex Vaticanus Vrsinianus saec. XI.

V codex Leidensis Vossianus saec XII, de quo consulenda praefatio Casinae a Schoellio editae.

E codex Ambrosianus saec. XII.

J codex Britannicus saec XII.

Sed singulos codices praeter B^2 rarius nominavimus: plerumque archetypi (*P*) memoriam eruentes in scripturis discrepantibus per *vel* particulam indicavimus aut dubitari posse quidnam in *P* scriptum fuerit (cum tamen scriptura priore vel primo loco posita plerumque probabilissima sit) aut alteram in ipso *P* fortasse ascriptam vel significatam fuisse sive lectionem sive interpolationem**) aut diversas esse diversarum

---

*) Interdum B^2 signavimus, quae cum contra archetypi scripturam r a s u r a in *B* effecta sint, alteri manui conveniant potius quam contingant.

**) Exempli gratia Aul. 321 *memora* habet *B*, *memori V* ex corr. *J*, *memorari V* ante corr., *mei mora D*: unde concludas in archetypo fuisse *memor*$\overset{i}{\textit{a}}$ sim.

classium scripturas *BD* et *VE* vel *EJ* vel *E*: nam ubi *V* praesto non est, saepius ex uno *E* iudicandum esse, cum in *J* latius evagata sit interpolatio, ex eis ipsis partibus probare possumus, ubi *V* accedit.

Deinde notas criticas has adhibemus:

- | ad denotandos hiatus non legitimos*).
- † ad corruptelam sive verborum sive metri indicandam.
- * ad lacunas signandas (nisi moras deficientes per ᴗ et _ apposuimus).
- [ ] ad delendas litteras syllabas voces personas perperam traditas maioresve interpolationes.
- ( ) ad secludendos versus ex dittographia vel retractatione scaenica ortos.
- ⟨ ⟩ ad insigniendas litteras syllabas voces personas contra libros suppletas.
- # ad adumbrandum (personae) spatium in librorum scriptura.

Scripturis a contextu discrepantibus vel signis in contextu ad mutationem indicandam adhibitis ubi nihil additum est, ad Italos redire mutationem sciendum est (ubi praeter codicem Lipsiensem *F* et editionem principem *Z* interdum aliorum editorum testimonia de codicibus interpolatis respicienda erant). Ceteroqui librorum scripturis per colon(:) discretis in adnotatione vel per signa supra posita conspicuis per voces**) *corr(exit), trai(ecit), add(idit), suppl(evit), del(evit), secl(usit), lac(unam) sign(avit), dist(inxit), discr(ipsit)* adiunximus nomina correctorum. Ex quibus haec per compendia

---

*) Saepius sane dubitari potest quonam potissimum loco hoc signum ponendum fuerit (velut Amph. 108 utrum post *petaso* an post *signum* hiatus sit) idemque interdum cadit in corruptelae et lacunae notas.

**) Vt harum vocum compendia (quae interdum etiam *correctum traiectum* etc. significant), ita explicatione non egent tralaticia illa *cf.* et *sq.* vel *sqq.* et *s. v.* et *om* et *praem* et *compr* et *pers* et *spat* et *vid* similiaque.

exhibuimus: *Ac(idalius), Ald(us), Bent(leius), Bo(thius), Ca(merarius), Dan(ielis), Fl(eckeisenus), Goe(tzius), Gru(terus), Gul(ielmius), Guy(etus), Herm(annus), Lachm(annus), Lamb(inus), (C. F. W.) Mue(llerus), Palm(erius), Ri(tschelius), Sarac(enus), Sca(liger), Schoe(llius), Scu(tarius), Sey(ffertus), Stu(demundus), Turn(ebus), Vss(ingius).*

Denique de singulis locis quibusdam visum est pauca adiungere, quae ex parte etiam ad editionem maiorem spectent.

AMPHITRVO. 9. ut (*non* uti) *etiam D.* — 65. singuli *retinere noluimus: nam neque fuerunt singuli conquistores subselliis singulis neque* eant per totam caueam *hoc admittit.* — 159 sqq. Ita quási incudem me míserum homines | ócto ualidi caédant | Ita péregre adueniens hóspitio | púplicitus accípiar (*cf. Cas. 829 sq.*) *et* 166 sq. Opulénto homini hoc seruítus durast, | Hoc mágis miser est diuítis seruos *Seyffertus.* — 215. Properatim *idem.* — 253. *Cf. testim. ad Mostell.* [2] *767* (*unde possis:* Haec usque illist pugnata pugna *vel* Haec illist pugna pugnata usque a ⟨primo⟩ mani ad uesperum). — 280. quidem *pro* item *Seyffertus,* etiam (*ut v. 461*) *Schoellius.* — 294. ⟨hercle⟩ hoc *Brixius ad Men. 1087. De Servii loco huc adscito cf. Laemmerhirtius Comment. Ien. IV p. 362.* — 364. est tibi *B secundum Hinckium (ut D),* tibi est (*ut EJ*) *secundum Pareum, Studemundum, Lorenzium.* — *Ad v.* 384 *et* 404 *defectus* (*item ad v.* 545) *cf. Schoellius Annal. Heidelberg. n. II p. 40. Praeterea cohaerent fortasse detrimenta v.* 952 *et* 968 (*si velut* faxo *illic cum Redslobio,* mox *hic cum Ribbeckio suppleveris*) *itemque v.* 957 *et* 976 (*ubi velut* fac ⟨cito⟩ adsies *respondeat* facta *illic reponendo*). — 410. Qui 'domum nostram'? *vix peior scriptura.* — 444. itidem *pro* uel *Seyffertus* (*cf. 614*). — 488. *Maiores turbas evitavimus* ut *cum Nonio omisso* (*quod ex v. antecedenti repetunt libri*) *et futuro eodem duce restituto* (*cf. 437*). — 497. *Cf. Arnobius adv. nat. IV 35.* — 644. Absit

dum (*non* absit ‖ Dum) *discr. etiam B.* — 727. *Cf. Acro qui fertur ad Hor. c. I 13, 4.* — 797. post hanc (*scil.* cistulam) *Spengelius ad Ter. Ad. 135.* — 873. mémet út ŏccepi *recitandum, nisi* med *reposueris.* — 884. ad *ex* ał *ortum correcturae deperditae vestigium esse suspicatur Seyffertus.* — 894. *Noluimus* illae: *cf. 1002, al.* — 973. diligentem proinde ut *Skutschius* 'Forsch.' *I p. 86.* — 978. *Ab omni ratione abhorret, quod* Faciam *(Nonii) adhibuerunt editores: non ideo, quod facile nasci potuerit ex sequenti* am(phitruonem) *syllaba — quae L. Muelleri sententia est nihilo minus* iam ⟨iam⟩ *inferentis* —, *sed quia aperte* faciam *et* Vt abeat *lectiones cohaerent.* — 1021. Quid? 'ego sum'? *dist. Seyffertus.* — *fragm.* VI. plus effodito *trai. Schoellius.* — *fragm.* XVI. cuius? quae *Stowasserus in Woelfflini Archio II p. 125 adn.* eius quae *Seyffertus.* — 1038. aduocato? quin (*i. e.* quine) utri . . . . nescio *dist. Seyffertus.* — 1060. ne-eulla *(ut Trin. 282) Redslobius: fortasse recte, si* est *deleas.* — 1071. ꝑuidimus *B, non* p̄uidimus, *ut Spengelius contendit: atque* praeuidimus (*sic E*) *alienum esse a Plauto monet Seyffertus.* — 1125. Si licet *etiam D teste Studemundo.* — 1138. duos, *non* duo, *etiam BD cum EJ* (*cf. Studemundus in Woelfflini Archio III p. 552*).

ASINARIA. 11. *Cf. Buechelerus Mus. Rhen. XLI p. 12.* — 41. uolo — *dist. Seyffertus.* — 52. quod amat *Lorenzius in Burs. Annal. I p. 975 sq. adn., fortasse recte: certe non procedit Blassii ratio ab ipso aliisque saepius commendata.* — 105. *Errat Vahlenus: nam defectus aperte cohaeret cum v.* 85 (*quare illic* tibi *iam non praestat cuivis alii supplemento, velut* domum) *: unde* ⟨Quid est?⟩ quid si *supplendum cum Redslobio vel* ⟨DE. Quid? LI.⟩ Quid si. *Porro v.* 280 *si defectus cohaeret cum v.* 263 (auspici⟨oque⟩) *suppleas velut* Erum ⟨rem⟩. *Fortasse etiam v.* 709 *et* 728, 711 *et* 730 *detrimenta huc revocanda: ac de v.* 756 sqq. *et* 778 sqq. *cf. Schoellius Annal. Heidelb. n. II p. 41.* — 108. ambula

nequaquam om. libri. — 158. *Delendum Servii testimonium: cf. Thilo.* — 174. *Cf. Priscianus inst. VII p. 357, 8 H. et ad* 199 *Ausonius p. 487 ed. Peip. et ad* 248 *Phocas p. 421, 22 K.* — 308. istud, *non* istuc, *libri.* — 330. Tum igitur tu diues es (*i. e.* dis es) factus *obscurare noluimus: quamquam* Tum tu's igitur diues factus *ex usu exspectat Seyffertus.* — 364. argenti Argyrippo essent u. m. *trai. Schoellius.* — 389. Si ⟨tu⟩ istoc exemplo *Kaempfius: an* Istoc exemplo si*?* — 410. LI. Vae mihi hodie. LE. Saluere iussi *libri* (*in ed. mai. om.* LE.). — 433. Aes soluit? *pro* Resoluit *Goetzius,* Re⟨m⟩ soluit? *recte nunc improbans* (*cf.* Quoi datumst?). *At cf. Epid. 352: unde servato* Resoluit? *antea velut* ého, ecquis ⟨aes iam⟩ pro u. o. *suppl. Schoellius.* — 445. *Inter* si uelis *et* da, commoda h. a. *duo hemistichia intercidisse suspicatur Seyffertus. Dubitat Schoellius an tradita verba significent commodandi benevolentiam sic imminui, ceteroqui cogitans de* si ⟨angi⟩ uelis, da c. h. a. — *Etiam ante v.* 484 *Mercatoris verba intercidisse cum Fleckeiseno censet Seyffertus, ad* quo uocas *v. 486 respiciens.* — 505. ut qui si[e]s matris expers imperi *trai. Schoellius.* — 516. *Cf. Kampmannus de EX praep. p. 4.* — 540. *De* ouipilio *forma cogitat Seyffertus, cum* opīlio *suspectum sit* (*cf. Verg. buc. X 19*). — 545 sqq. *Fortasse rectius post* astutiisque *Schoellius suppleri putat velut* ⟨Suppetias aduenit benigne et praesens astat usque.⟩ Scapularum confidentia, uirtute ulmorum freti, Qui aduorsus .... nostri tergi, ⟨Duo soli nostrorum hostium uim sustinuimus cunctam⟩. — 556 sq. Factumst *libri praebent initio v. 557, quo probabilior Seyfferti Weisiique emendatio.* — 558 sq. *Si verba sana sunt, explicandum: qui tu poteris bene gestas a te res tantopere efferre, quantopere ego malefacta tua?* — 611. *Ad* mihi *pro* tibi *repondendum spectat* Mihi *v. 613 excurrens: cf. lectiones duplices v. 589. 593. 626. 670. 688, al.* — 614. Enim tu uita's mi (*deleto* Certe) *Schoellius.* — 619 sqq. Ere salue *et v.* 623 Philaenium salue

utrique Servo tribuit Seyffertus, ceteroqui personas cum libris distribuens. — 630. Qui⟨n⟩ hodie . . . . uiuam? *Ribbeckius probante Seyfferto.* — 663. quo ⟨in⟩ iubes *Seyffertus coll. v. 657 et Cas. 183.* — 744 sq. factum! *est, non* factum — (Et uos — amate *dist. Seyffertus*). — 765. quo⟨m⟩ *Abraham probante Caesare et L. Muellero: quod ex And. 107 refutat Seyffertus.* — 778. neque *vel* nec *pro* ne *Seyffertus.* — 794. Fort' si *def. Skutschius 'Forsch.' I p. 150. 164: vix recte (cf. v. 806 al.).* — 810. *De* egōne *valde dubitamus neque* egō quidem (*Aulul. 570*) *facile admittimus.* — 856. frugi rata *ex v.* 861 *interpolatum est: alterum* frugi *optime respondet verbo* nili *v. 859, minus recte prius opponitur verbo* minumi preti *v. 858.* — 869. ne illum ⟨m⟩ecastor *Seyffertus.* — 902. ⟨sine⟩ sine. uenias *Seyffertus: quo duce gravius distinximus inter* sine *et* ⟨re⟩uenias. — 941. Immo is tu potius *Seyffertus* (intus *derivans ex* i$\overset{s}{\text{n}}$ tu). *Fortasse distinguendum:* Immo intus potius — sequere hac me, *ut* intus potius '*coeamus*' *vel tale quid dictura pudenter abrumpat locutionem.*

AVLVLARIA. *Arg.* I 10 huius facit *trai. Opitzius in Stud. Lips. VI p. 210: item v.* 22 *praestat fortasse* moratum, pater auosque huius ut fuit. — 40. *Noluimus* hercle hinc est tibi (*sic Schoellius in proecdosi p. XIII ante Langenum*)*: nam* herclé tibi *si per enclisin excuses, iam non offendit.* — 41. *Testimonium ex Anthologia Meyeri allatum falsum est: cf. Mommsenus CIL. V 1, 194*.* — 49. 56 sq. 193. *Testimonia Hieronymi ad hos versus vide apud Luebeckium p. 106 sq. et adde ad v.* 495 *epist. XXXII 3* (*cf. in Jonam IV*). — 99. *Fortasse melius distinguitur:* intromitti: atque etiam — hoc praedico tibi — Si b. Fortuna ueniat ne intromiseris. — 125 *sq.* repertam ullam esse ⟨usquam Ad⟩ ho⟨c⟩ die⟨i⟩ dicunt mulierem ullo in saeclo *Schoellius.* — 135. Da mi óptuma ‖ Femína manum *Seyffertus, v.* 140 *dubitans de* te equidem (*fortasse* tequidem) *et v.* 145 *ad* facta (factum *vulgo cum Camerario*)

comparans 686, Most. 735. — 148 sq. liberis procreandis — *pertinet ad* Volo te uxorem*: interpellat Euclio dicturus* Ita di faxint ⟨ut infecta dicta re eueniant tua: *cf. Amph. 632, sim.*⟩*: sed pergit ut incohaverat Eunomia.* — 157. His légibus quam dáre uis ‖ Cedo: núptias adórna *Seyffertus. Certe* His legibus dare uis? cedo *artificiosius distinguitur meliusque* quam uis cedo *scribitur: videtur enim lacuna versui* 177 *congrua suppleta esse ex v.* 155 *item una cum v.* 175 *corrupto: cf. Annal. Heidelberg. n. II p. 39. V.* 155 Sed ⟨certumst⟩ his si legibus *Redslobius, ubi melius servata collocatione* Sed his legibus si ⟨mihi soror⟩ *suppleas.* — 172. *Cf. Brixius ad Mil.^{2} 1066*.* — 178 sq. quom exibam domo — itaque abibam inuitus —: nam *et v.* 237 sq. hanc accipe — ausculta mihi — Atque eam desponde mi *dist. Seyffertus.* — 286. Post *obscene accipias, ut mox* pone *v.* 637 (*de quo cf. Buechelerus Mus. Rhen. XXXV p. 398*). — 289. *Cf. Bachius in Studem. Stud. II p. 196 adn.* — 297. *Ad* atque *cf. Roeperus Philol. XXX p. 577.* — 301. *Cf. Buechelerus Mus. Rhen. XXXIX p. 423.* — 305. ⟨Inde⟩ nequid *cum Niemeyero Seyffertus, mox ex* Haec (*vel* Naec) *efficiens* Hae *interiectionem, quam etiam Pers. 497 agnoscit.* — 307. At scin etiam quomodo⟨st⟩ *Goetzius* (*conferens* ita sum, *sim.*). — 315. *Merc. 461 comparat Seyffertus.* — 316. e⟨x ore⟩ eripuit *Schoellius.* — 340. *De* sĭquid *cogitat Seyffertus* (*vulgo* siqui *cum Camerario*)*: cf. Skutschius 'Forsch.' I p. 9 adn.* — 350. HYL *in B scaenae inscriptioni adiectum ad* (STAP)-HIL(A) *nomen corrigendum refert Goetzius.* — 372. me haberem *vulgo cum Scaligero: ubi cum* me *post* haberem *suprascripserit B^2, enclisin statuimus* (*ut* temptát me *462, al.*). — 405. Redeo (*at cf. Poen. 427*) intro nequid hic item turbae fuat (*praeeunte* hic itidem turbae *Caesare*) *L. Muellerus ad Nonium: fortasse recte.* — 406. ὦ πόποι, uis est, populares *Schoellius.* — 411. *Duos dim. troch. statuit Seyffertus seruato* aperit (*scil. senex*)*: ubi* ⟨senex⟩ aperit *vel tale quid praeferimus.* —

430. edim ⟨cibum⟩, nisi tu mi's *vel* edim, nisi tu ⟨meus⟩ mi's *Schoellius: certe prior pars utique servanda propter spondeum in exordio.* — 435. quid est quoia [quia B^1V^1D] prohibes gratia *Schoellius,* nunc *adhibens ad v.* 437 ⟨nunc⟩ qui angulos (*vix ad* 440, *ubi* haberes ⟨nunc⟩ *Langenus,* auferres *Goetzius probabiliter*): *similiter v.* 250 ego *Langenus delet in v.* 251 *adhibendum itemque v.* 204 ego *excurrit v.* 203 *a Muellero suppletum, v.* 456 *autem* hercle *post* heus *vix recte infertur, cum v.* 457 Coctum ⟨hercle⟩ ego *scite coniecerit Ritschelius: adde v.* 462 *sq.* (*praef. Cas. p. XXIII adn.*) *et* 657 *sq. et* 731. *V.* 437 *vero Seyffertus* qui angúlos us⟨que⟩ *duce B, cuius scripturam ad* angul$\overset{\text{os}}{\text{us}}$ *revocamus.* — 437. peruia *Blasius in Woelfflini Archio IV p. 323.* — 446. mihi uasa iubes ⟨mea⟩ *Langenus.* mihi uasa iussis *Schoellius* (*ut* 442 iusso *Acidalius*). — 461. coepit rem aut negotium (*deleto* habere) *Seyffertus coll. Merc. 533.* — 479. *Cf. Ausonius p. 469 Peip.* — 510 sq. *Cf. Reblinius de Nonii locis Pl. p. 16 sq. et Simon Philol. XLIV p. 278.* — 518. trecenti tum ⟨alii⟩: stant *Schoellius* (*ad* 520 *cf. praef. Cas. p. XXIII adn.*). — 555. *Cf. Apuleius metam. II 23 et ad v.* 556 *adde Servium in Aen. X 10.* — 560. Tum obsonium autem — *dist. Seyffertus cum Leone.* — 563 *et* 567. *Cf. Kaempfius de pron. p. 46 et 24.* — 598. *De* abetat *cogitat Seyffertus.* — 626. metu *pro* meum *duce Ba Baierus in sent. contr. a. 1884.* — 636. *Persona tradita auget suspicionem Schoellii de lacuna* (*v.* 619 *congruenti: cf. ad v. 157*), *velut* STR. ⟨Mihine? EVC.⟩ Ecquid agis. — 656. hic *def. Bachius de attr. inv.* (*ed. a. 1881*). — 660. caue sis reuenias *Brixius Annal. philol. CXXV p. 57.* — 663. illic *pro* hic *cum Langeno Seyffertus.* — 701. Diuitiis picis *trai. Fleckeisenus, optime hunc locum enarrans Annal. philol. CXLIII p. 657 sqq.* — 709. *De* exeo (ilico) *dubitamus cum Seyfferto aliisque.* — 720. Hem *praefert Seyffertus. Ceterum quod hic v. praeter expectationem catalecticus est fortasse cohaeret cum lacuna v.* 735

signata recteque suppleta a Redslobio Annal. philol. CXXXV p. 763: possis occidisti: <eho tu,> dic igitur (EHOTU = ERGAT). — 758. Quin tu illam inuenies, inquam, meam esse *Goetzius,* illam *ad* eam *corrigendum referens.* — 771. *Cf. Abraham Stud. Pl. p. 215 sq.* — 775. Ab eo quisquis est *Seyffertus duce Nonio p. 293, mox* Id si (Quid si *vulgo cum Camerario*) *coll. Amph. 933 tutatus.* — 779. *An fuit* Antimachides? — 819. soles? deludis *dist. Leo* (*cf. Bacch. 203. Poen. 1410. Truc. 695*): *at cf. Ter. Ad. 79.* — 830 sqq. *Cf. Seyffertus in Burs. Annal. XLVII p. 77 sq. adn.*

Quod testimonia de Plauti vita ac poesi praemisimus a Schoellio composita ac disposita, speramus cum aliis gratum acceptumque fore, tum eis qui scholis Plautum enarrant.

Ienae et Heidelbergae m. Iunio.

G. G. F. S

DE

PLAVTI VITA AC POESI

TESTIMONIA VETERVM

DE PLAVTI NOMINIBVS

I QVINTILIANVS *inst. or. I 4, 25:* scrutabitur ille praeceptor acer atque subtilis origines nominum, quae ex habitu corporis 'Rufos Longosque' fecerunt, ubi erit aliud secretius 'Sullae Burri Galbae Plauti Pansae Scauri' taliaque et ex casu nascentium.

II FESTVS *de verb. sign. p. 238 a, 34 M.* (*cf.* PAVLVS *p. 239, 4*): ⟨Plotos appellant⟩ Vmbri pedibus planis . . . . . us(?) poeta [unde et poeta Accius *Paulus: cf.* VII *et* LXX *et* LXXVIII] quia Vmber Sarsinas erat a pedum planitie initio Plotus, postea Plautus coeptus est dici.

III PROLOGVS CASINAE *v. 34:* Plautus cum latranti nomine.

IV FESTVS PAVLI *p. 231, 1 M.:* Plauti appellantur canes quorum aures languidae sunt ac flaccidae et latius uidentur patere.

V GLOSSAE*:* plautus: languidis auribus uel nomen auctoris *et* plautus: *βαρύωτος* (*CGL. II p. 151, 48 G.*) *et* plautus: auribus magnis, gracili corpore (*cf. CGL. IV p. 136, 14 et Loewius Anal. Pl. p. 203 et Gl. nom. p. 144*).

VI MINVCIVS FELIX *Octav. XIV 1:* homo Plautinae prosapiae. *Cf.* HIERONYMVS *epist. ad Domn. p. 246 Vall.:* Plautinae familiae columen *et epist. ad Pammach. p. 230 Vall.:* inuenti sunt Plautinae familiae.

VII FESTVS *p. 359b, 5 M.* (*ex schedis Pomp. Laeti*)*:* tammodo antiqui ponebant pro modo, ut Attius 'tammodo inquit Praenestinus' (*Trin. 609*)*: quam glossam ignorat Vrsinus, ex Aldo Manutio vel Achille Mafeo*

addidit Antonius Augustinus. tammodo antiqui dicebant pro modo *habet Paulus. Cf.* II *et* LXX.

VIII VARRO *de l. l. VIII 36:* dissimile Plautus et Plautius et commune ut huius Plauti et Marci [*ubi* et Marci *delet Spengelius, alii alia temptant: cf.* Plautius Marcus *qui se nominat in epigrammate apud Plinium N. H. XXXV 10, 115 et vide* XXXII].

IX PROLOGVS ASINARIAE *v. 11:* Maccus uortit barbare.

X VARRO *de l. l. VII 104:* Maccius in Casina.

XI PLINIVS *in Ind. auct. ad Nat. hist. l. XIV. XV. XIX:* ex .... Maccio Plauto.

XII PROLOGVS MERCATORIS *v. 6:* latine [*scil.* uocatur] Mercator Macci Titi [*sic Ritschelius pro* mactici *vel* mattici *librorum,* Marci Accii *vulgatae*].

XIII ACCIVS *apud Gellium N. A. III 3, 9 (ex Varronis de comoediis Plautinis l. I):* nam nec Geminei lenones nec Condalium nec Anus Plauti nec Bis compressa nec Boeotia umquam fuit neque adeo Agroecus neque Commorientes Macci Titi [*sic Ritschelius pro* M. accii titi].

XIV SVBSCRIPTIONES *ex cod. rescr. Ambr.:* T. MACCI PLAVTI ‖ CASINA EXPLICIT ‖ *et* T MACCI PLAVTI ‖ EPIDICVS EXPLICIT ‖ *et* —MAC—L—TI ‖ —— GLORIOSVS EX— ‖ *et* T—— VTI ‖ MENAECHMI EXP— ‖ *et* —MAC—— *sub finem Poenuli.*

DE TEMPORIBVS VITAQVE PLAVTI

XV CICERO *Brut. XVIII 72 sq.:* Liuius primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus docuit anno ipso ante quam natus est Ennius, post Romam conditam autem quarto decumo et quingentesimo, ut hic ait quem nos sequimur. Est enim inter scriptores de numero annorum controuersia. Accius autem a Q. Maxumo quintum consule captum

Tarenti scripsit Liuium annis XXX post quam eum fabulam docuisse et Atticus scribit et nos in antiquis commentariis inuenimus, docuisse autem fabulam annis post XI C. Cornelio Q. Minucio consulibus ludis Iuuentatis, quos Salinator Senensi proelio uouerat. In quo tantus error Acci fuit, ut his consulibus XXXX annos natus Ennius fuerit: cui si aequalis fuerit Liuius, minor fuit aliquanto is qui primus fabulam dedit quam ei qui multas docuerant ante hos consules et Plautus et Naeuius.

XVI Cicero *Tusc. I 1, 3:* annis enim fere quingentis decem post Romam conditam Liuius fabulam dedit C. Claudio Caeci filio M. Tuditano consulibus anno ante natum Ennium [qui fuit maior natu quam Plautus et Naeuius]*: ubi extrema del. Buherius.*

XVII Donatvs *in Ter. And. prol. v. 18:* (in eo disputant Contaminari non decere fabulas .... Qui quom hunc accusant Naeuium Plautum Ennium Accusant quos hic noster auctores habet) in singulis magna emphasis est auctoritatis, sed ordo non est seruatus. Ennius namque ante Plautum fuit: sed quod est summae auctoritatis Ennium ultimum dixit.

XVIII Gellivs *N. A. XVII 21, 46 sq.:* anno deinde post Romam conditam quingentesimo undeuicesimo .... Cn. Naeuius poeta fabulas apud populum dedit .... ac deinde annis fere post quindecim bellum aduersum Poenos sumptum est atque non nimium longe M. Cato orator in ciuitate et Plautus poeta in scaena floruerunt .... neque magno interuallo postea Q. Ennius.

XIX Cicero *de re p. IV 11* (*ex Augustino de civ. d. II 9*)*:* Periclen cum iam suae ciuitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, uiolari uersibus et agi in scaena non plus decuit quam si Plautus noster uoluisset aut Naeuius Publio et Gnaeo Scipioni [† *a. 542 u. c.*] aut Caecilius Marco Catoni male dicere.

XX Plavtvs Militis glor. *v. 211 sq.:*
Nam os columnatum poetae esse indaudiui barbaro,
Quoi bini custodes semper totis horis occubant.
Vbi Festus Pauli p. 36: Plautus Naeuium poetam latinum barbarum dixit.

XXI Gellivs *N. A. III 3, 14 sq.:* sed enim Saturionem et Addictum et tertiam quandam cuius nunc mihi nomen non subpetit in pistrino eum [*scil. Plautum*] scripsisse Varro et plerique alii memoriae tradiderunt, cum pecunia omni quam in operis artificum scaenicorum pepererat in mercatibus perdita inops Romam redisset et ob quaerendum uictum ad circumagendas molas quae trusatiles appellantur operam pistori locasset: sicuti de Naeuio quoque accepimus fabulas eum in carcere duas scripsisse Hariolum et Leontem, cum ob assiduam maledicentiam et probra in principes ciuitatis de Graecorum poetarum more dicta in uincula Romae a triumuiris coniectus esset: unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum quibus multos ante laeserat diluisset.

XXII Hieronymvs *ad Euseb. chron. 1817* (*Bong. 1818*) *i. e. a. 554 u. c.:* Plautus ex Vmbria Sarsinas Romae moritur [*immo* '*clarus habetur*']. qui propter annonae difficultatem ad molas manuarias pistori se locauerat ibi quotiens ab opere uacaret scribere fabulas solitus ac uendere (*cf.* Plavti *Gelasimus in Sticho v. 177 sqq.:* paupertas fecit ridiculus forem: Nam illa artis omnis perdocet ubi quem attigit. Per annonam caram dixit me natum pater).

XXIII Plavtvs Mostellariae *v. 769 sq.:*
Nec mi umbra hic usquamst, nisi si in puteo quaepiamst.
Tra. Quid? Sarsinatis ecquast? si Vmbram non habes.
Cf. II. XXII.

XXIV Didascalia Stichi*:* Graeca Adephoe Menandru | acta ludis plebeis | Cn. Baebio C. Terentio

aed. pl. | <egit> T. Publilius Pellio | <modos fecit> Marcipor Oppii | tibiis Sarranis totam | <facta est?> C. Sulpicio C. Aurelio cos. [*a. 554 u. c.: cf.* XXII].

XXV PLAVTVS BACCHIDVM *v. 214 sq.:*
Etiam Epidicum quam ego fabulam aeque ac me ipsum amo,
Nullam aeque inuitus specto, si agit Pellio.

XXVI SYMMACHVS *epist. X 2:* non idem honor in pronuntiandis fabulis Publio Pollioni [*fort.* Publilio Pellioni] qui Ambiuio fuit.

XXVII PLAVTVS CISTELLARIAE *197 sqq.:*

bene ualete et uincite
Virtute uera, quod fecistis antidhac.
Augete auxilia uostris iustis legibus,
Perdite perduelles, parite laudem et lauream,
Vt uobis uicti Poeni poenas sufferant.

XXVIII CICERO *Cat. mai. de sen. XIV 50:* si uero habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinae nihil est otiosa senectute iucundius . . . . quid in leuioribus studiis, sed tamen acutis? quam gaudebat bello suo Punico Naeuius, quam Truculento Plautus, quam Pseudolo. uidi etiam senem Liuium, qui cum sex annis ante quam ego natus sum fabulam docuisset Centone Tuditanoque consulibus usque ad adulescentiam meam processit aetate.

XXIX *Ex* DIDASCALIA PSEVDOLI: M. Iunio M. fil. pr. urb. | acta Megalesiis [*a. 563 u. c.*].

XXX CICERO *Brut. XV 60:* at hic Cethegus consul cum P. Tuditano fuit bello Punico secundo quaestorque his consulibus M. Cato modo plane annis CXL ante me consulem . . . . illius autem aetatis qui sermo fuerit ex Naeuianis scriptis intellegi potest. His enim consulibus, ut in ueteribus commentariis scriptum est, Naeuius est mortuus: quamquam Varro noster diligentissimus inuestigator antiquitatis putat in hoc erratum uitamque Naeuii producit longius. Nam Plautus P. Claudio L. Porcio uiginti annis post illos

quos ante dixi coss. mortuus est Catone censore [*a. 570 u. c.*]. *Cf.* XXII.

XXXI AELIVS SPARTIANVS *de vita Seueri XXI 2* (*Scr. hist. Aug.* I^2 *p. 151 Pet.*): neminem prope magnorum uirorum optimum et utilem filium reliquisse satis claret .... et ut ordiamur a Romulo: hic nihil liberorum reliquit .... iam uero quid de Homero, Demosthene, Vergilio, Crispo et Terentio, Plauto ceterisque aliis loquar?

DE FABVLIS PLAVTINIS

XXXII GELLIVS *N. A. III 3, 1 sqq.*: uerum esse comperior quod quosdam bene litteratos homines dicere audiui, qui plerasque Plauti comoedias curiose atque contente lectitarunt, non indicibus Aelii nec Sedigiti nec Claudii nec Aurelii nec Accii nec Manilii super his fabulis quae dicuntur ambiguae crediturum, sed ipsi Plauto moribusque ingenii atque linguae eius. hac enim iudicii norma Varronem quoque usum uidemus. nam praeter illas unam et uiginti quae Varronianae uocantur, quas idcirco a ceteris segregauit, quoniam dubiosae non erant, sed consensu omnium Plauti esse censebantur, quasdam item alias probauit adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto uindicauit, sicuti istam, quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boeotia. nam cum in illis una et uiginti non sit et esse Aquili dicatur, nihil tamen Varro dubitauit quin Plauti foret .... Fauorinus quoque noster, cum Neruulariam Plauti legerem quae inter incertas habita est, ...'uel unus hercle' inquit 'hic uersus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse'. nos quoque ipsi nuperrime cum legeremus Fretum — nomen est id comoediae quam Plauti esse quidam non putant — haut quicquam dubitauimus quin ea Plauti foret et omnium quidem maxime genuina .... M. tamen

Varro in libro de comoediis Plautinis primo Accii uerba haec ponit.... [*cf.* XIII] in eodem libro Varronis id quoque scriptum Plautium fuisse quempiam poetam comoediarum. quoniam fabulae ⟨eae *add. Hertzius*⟩ Plauti inscriptae forent, acceptas esse quasi Plautinas, cum essent non a Plauto Plautinae, sed a Plautio Plautianae [*cf.* VIII]. feruntur autem sub Plauti nomine comoediae circiter centum atque triginta: sed homo eruditissimus L. Aelius quinque et uiginti eius esse solas existimauit. neque tamen dubium est quin istaec quae scriptae a Plauto non uidentur et nomini eius addicuntur ueterum poetarum fuerint et ab eo retractatae expolitae sint ac propterea resipiant stilum Plautinum.

XXXIII Servivs *in Verg. Aen. p. 4, 14 Th.:* de numero librorum nulla hic quaestio est, licet in aliis inueniatur auctoribus: nam Plautum alii dicunt unam et uiginti fabulas scripsisse alii quadraginta alii centum.

XXXIV Cicero *epist. IX 16, 4* (*ad L. Papirium Paetum Ser. Caudii* [*cf.* XXXII *in.*] *patruelem*)*:* sed tamen ipse Caesar habet peracre iudicium, et ut Seruius frater tuus, quem litteratissimum fuisse iudico, facile diceret 'hic uersus Plauti est, hic non est', quod tritas auris haberet notandis generibus poetarum et consuetudine legendi, sic audio Caesarem cum uolumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων, si quod adferatur ad eum pro meo quod meum non sit, reicere solere.

XXXV Macrobivs *Saturn. II 1, 10:* et iam primum animaduerto duos quos eloquentissimos antiqua aetas tulit, comicum Plautum et oratorem Tullium, eos ambos etiam ad iocorum uenustatem ceteris praestitisse. Plautus quidem ea re clarus fuit, ut post mortem eius comoediae quae incertae ferebantur Plautinae tamen de iocorum copia noscerentur.

XXXVI Terentivs Evnvchi *prol. v. 25:* Colacem esse Naeui et Plauti ueterem fabulam. *Cf.* XXIV.

XXXVII Terentivs Adelphon *prol. v. 6 sq.* [*cf.* XIII]*:*
Synapothnescontes Diphili comoediast,
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

XXXVIII Prologvs Casinae *v. 31 sqq.:*
Clerumenoe uocatur haec comoedia
Graece, latine Sortientes. Deiphilus
Hanc graece scripsit, postid rursum denuo
Latine Plautus cum latranti nomine:

XXXIX Prologvs Rvdentis *v. 32 sq.:*
Primumdum huic esse nomen urbi Diphilus
Cyrenas uoluit.

XL Prologvs Mercatoris *v. 5 sq.:*
Graece haec uocatur Emporos Philemonis:
Eadem latine Mercator Macci Titi.

XLI Prologvs Trinvmmi *v. 18 sqq.:*
Huic graece nomen est Thensauro fabulae:
Philemo scripsit, Plautus uortit barbare:
Nomen Trinummo fecit.

XLII Plavtvs Mostellariae (*quam* Phasma *bis nominat Festus*) *v. 1149 sqq.:*
si amicus Deiphilo aut Philemoni es
Dicito eis quo pacto tuos te seruos ludificauerit:
Optumas frustrationes dederis in comoediis.

XLIII Prologvs Asinariae *v. 10 sq.:*
huic nomen graece Onagost fabulae.
Demophilus scripsit, Maccus uortit barbare:
Asinariam uolt esse, si per uos licet.

XLIV Prologvs Poenvli *v. 53 sq.:*
Carchedonius uocatur haec comoedia,
Latine †platus patruus pultiphagonides.

XLV Prologvs Militis glor. *v. 86 sq.:*
Alazon graece huic nomen est comoediae:
Id nos latine gloriosum dicimus.

XLVI Prologvs Vidvlariae *v. 6:*
Sc⟨h⟩edi⟨a haec⟩ uo⟨catur*?*⟩ g⟨r⟩ae⟨ce*?*⟩

XLVII *Ex* Libro Glossarvm (*CGL. V p. 181, 7 G.*): aput Romanos quoque Plautus comedie coros exemplo Grecorum inseruit [*cf. Rud. 290 sqq. et* Diomedes *art. gr. III p. 491, 29 K.*].

DE COMMENTATORIBVS PLAVTI

XLVIII Anecdoton Paris. *de notis p. 137 Reiff.*: notae XXI, quae uersibus apponi consuerunt . . . . his solis in adnotationibus Ennii Luc⟨il⟩ii [*add. Bergkius*] et hist[o]ricorum [*del. Schoellius:* et scaenicorum *L. Muellerus: cf. infra* diple obelismene ad separandas in comoediis et tragoediis periodos] usi sunt †uarr^{u}os Ennius Aelius aeque et postremo Probus, qui illas in Virgilio et Horatio et Lucretio apposuit ut Homero Aristarchus.

XLIX Rvfinvs *de metr. Ter. p. 560 sq. K.*: Sisenna in commentario Poenuli Plautinae fabulae . . . . in Pseudolo . . . Scaurus in eadem fabula . . . . Sisenna in Rudente . . . . in Amphitrione . . . . in Captiuis . . . . in Aulularia . . . .

L Charisivs *art. gr. p. 198, 26. 203, 27. 221, 6. 9 K.*: Plautus in Amphitryone . . . . ubi Sisenna . . . .

LI Hieronymvs *adv. Rufinum I 16 t. II p. 457 Vall.*: puto quod puer legeris Aspri in Vergilium et Sallustium commentarios . . . . et aliorum in alios, Plautum uidelicet, Lucretium, Flaccum, Persium atque Lucanum.

LII Rvfinvs *de metr. Ter. p. 565 K.*: mensuram esse in fabulis [hoc est metron *del. Osannus*] Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt hi: Cicero, Scaurus, Firmianus, Varro, Victorinus, Caesius Bassus, Terentianus, Caecilius Vindex, Cinna, Sisenna, Diomedes, Albinus, Quintilianus, Sosipater Charisius, Helenius, Asper, Fl. Caper, Arruntius, Probus,

Plinius, Euanthius, Sacerdos qui et Donatus, Iuba. (*Vix addendum corruptum testimonium ex* LIBRO GLOSSARVM*:* Plautinarum plaucti auctoris regestas.)

DE PLAVTO POETA IVDICIA

LIII GELLIVS *N. A. I 24, 1. 3:* trium poetarum inlustrium epigrammata Cn. Naeuii, Plauti, M. Pacuuii, quae ipsi fecerunt et incidenda sepulcro suo reliquerunt, nobilitatis eorum gratia et uenustatis scribenda in his commentariis esse duxi .... epigramma Plauti quod dubitassemus an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum esset in libro de poetis primo:

Postquam est mortem aptus Plautus, Comoedia luget,
Scaena est deserta, dein Risus, Ludus Iocusque
Et numeri innumeri simul omnes conlacrimarunt.

LIV PROLOGVS CASINAE *v. 11 sqq.:*

Nos postquam populi rumore[m] intelleximus
Studiose expetere uos Plautinas fabulas,
Antiquam eius edimus comoediam,
Quam uos probastis qui estis in senioribus:
Nam iuniorum qui sunt non norunt, scio,
Verum ut cognoscant dabimus operam sedulo.
Haec quom primum actast, uicit omnis fabulas.
Ea tempestate flos poetarum fuit,
Qui nunc abierunt hinc in communem locum,
Sed tamen absentes prosunt ⟨pro⟩ praesentibus.

LV VOLCACIVS SEDIGITVS *apud Gellium N. A. XV 24:* Sedigitus in libro quem scripsit de poetis, quid de his sentiat qui comoedias fecerunt et quem ex omnibus praestare ceteris putet ac deinceps quo quemque in loco et honore ponat, his versibus suis demonstrat:

Multos incertos certare hanc rem uidimus,
Palmam poetae comico cui deferant:
Eum meo iudicio errorem dissoluam tibi,

Vt contra si quis sentiat nil sentiat.
Caecilio palmam Statio do mimico.
Plautus secundus facile exsuperat ceteros.
Dein Naeuius qui †seruet [feruet?] pretio in tertiost.
Si erit quod quarto detur, dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Atilium.
In sexto consequetur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octauum optinet,
Nono loco esse facile facio Luscium.
Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

Cf. SVETONIVS *in vita Terentii p. 53 sq. R.:* hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert .... Volcacius autem non solum Naeuio et Plauto et Caecilio, sed Liuio quoque et Atilio postponit. *Adde* CICERONEM *de opt. gen. or. I 2.*

LVI VARRO *apud Nonium p. 374, 5 M.:* Varro Parmenone: in quibus partibus? in argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus. *Cf.* LXVIII *et* VARRO *apud Charisium II p. 241, 27 K.*

LVII HORATIVS *epist. II 1, 55 sqq.:*

Ambigitur quotiens uter utro sit prior, aufert
Pacuuius docti famam senis, Accius alti,
Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro,
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,
Vincere Caecilius grauitate, Terentius arte.
Hos ediscit et hos arto stipata theatro
Spectat Roma potens: habet hos numeratque poetas
Ad nostrum tempus Liui scriptoris ab aeuo.

LVIII VARRO *de poetis libro I apud Priscianum IX 32 p. 469, 9 H.:* deinde ad Siculos se adplicauit: *cf.* LVII *v. 58.*

LIX CICERO *de officiis I 29, 104:* duplex omnino est iocandi genus: unum illiberale petulans flagitiosum obscenum, alterum elegans urbanum ingeniosum facetum: quo genere non modo Plautus noster et Atticorum antiqua comoedia, sed etiam philosophorum

Socraticorum libri referti sunt multaque multorum facete dicta, ut ea quae a sene Catone conlecta sunt, quae uocant *ἀποφθέγματα*. facilis igitur est distinctio ingenui et inliberalis ioci: alter est, si tempore fit aut si remisso animo, ⟨magno⟩ homine dignus, alter ne libero quidem, si rerum turpitudini adhibetur uerborum obscenitas. *Cf.* XXXII. XXXV.

LX CICERO *de or. III 12, 44 sq. ex persona Crassi:* cum sit quaedam certa uox Romani generis urbisque propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare aut olere peregrinum, hanc sequamur neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam fugere discamus. equidem cum audio socrum meam Laeliam — facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conseruant, quod multorum sermonis expertes ea tenent semper quae prima didicerunt — sed eam sic audio, ut Plautum mihi aut Naeuium uidear audire: sono ipso uocis ita recto et simplici est, ut nihil ostentationis aut imitationis adferre uideatur: ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores: non aspere, ut ille quem dixi, non uaste, non rustice, non hiulce, sed presse et aequabiliter et leniter.

LXI PLINIVS *epist. I 16, 6 de Pompeio Saturnino:* legit mihi nuper epistulas: uxoris esse dicebat: Plautum uel Terentium metro solutum legi credidi. quae siue uxoris sunt, ut adfirmat, siue ipsius, ut negat, pari gloria dignus, qui aut illa componat aut uxorem quam uirginem accepit tam doctam politamque reddiderit.

LXII PLINIVS *epist. VI 21, 4 de Vergilio Romano:* scripsit comoedias Menandrum aliosque aetatis eiusdem aemulatus: licet has inter Plautinas Terentianasque numeres.

LXIII HORATIVS *art. poet. 50 sqq.:*

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget, dabiturque licentia sumpta pudenter,

Et noua fictaque nuper habebunt uerba fidem, si
Graeco fonte cadent parce detorta. quid autem
Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum
Vergilio Varioque? ego cur, adquirere pauca
Si possum, inuideor, cum lingua Catonis et Enni
Sermonem patrium ditauerit et noua rerum
Nomina protulerit? licuit semperque licebit
Signatum praesente nota producere nomen.

LXIV Horativs *epist. II 1, 168 sqq.*:
Creditur, ex medio quia res accessit, habere
Sudoris minimum, sed habet comoedia tanto
Plus oneris quanto ueniae minus. adspice Plautus
Quo pacto partis tutetur amantis ephebi,
Vt patris attenti, lenonis ut insidiosi,
Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis,
Quam non adscricto percurrat pulpita socco:
Gestit enim nummum in loculos demittere, post hoc
Securus cadat an recto stet fabula talo.

LXV Horativs *art. poet. 263 sqq.*:
Non quiuis uidet immodulata poemata iudex
Et data Romanis uenia est indigna poetis.
Idcircone uager scribamque licenter? an omnis
Visuros peccata putem mea, tutus et intra
Spem ueniae cautus? uitaui denique culpam,
Non laudem merui. uos exemplaria graeca
Nocturna uersate manu, uersate diurna.
At uestri proaui Plautinos et numeros et
Laudauere sales, nimium patienter utrumque,
Ne dicam stulte mirati, si modo ego et uos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto
Legitimumque sonum digito callemus et aure.

LXVI Marivs Victorinvs *art. gr. II p. 79, 1 K.*:
quod uero ad clausulas id est minuscula cola pertinet, quot genera uersuum sunt totidem eorum membra pro clausulis poni possunt et solent in canticis magis quam deuerbiis, quae ex trimetris magis subsistunt, collocari et praecipue apud Plautum et Naeuium et

Afranium: nam hi maxime ex omnibus membris uersuum [colis] (*del. Schoellius:* ⟨uelut⟩ colis *Keilius*) ab his separatis licenter usi reperiuntur in clausulis.

LXVII Velleivs Patercvlvs *Hist. rom. I 17, 1:* nam nisi aspera ac rudia repetas et inuenti laudanda nomine in Accio circaque eum Romana tragoedia est dulcesque Latini leporis facetiae per Caecilium Terentiumque et Afranium subpari aetate nituerunt [*ubi* Plautum *inserebat Ianius,* Plautini leporis *corr. Haasius, Plautum inter* aspera ac rudia *numerari sensit Hauptius*].

LXVIII Qvintilianvs *inst. or. X 1, 99:* in comoedia maxime claudicamus. licet Varro Musas Aelii Stilonis sententia Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si latine loqui uellent, licet Caecilium ueteres laudibus ferant, licet Terenti scripta ad Scipionem Africanum referantur (quae tamen sunt in hoc genere elegantissima et plus adhuc habitura gratiae, si intra uersus trimetros stetissent): uix leuem consequimur umbram, adeo ut mihi sermo ipse Romanus non recipere uideatur illam solis concessam Atticis uenerem, cum eam ne Graeci quidem in alio genere linguae obtinuerint.

LXIX Fronto *epist. ad Caes. IV 3 p. 62 N.:* rari admodum ueterum scriptorum in eum laborem studiumque et periculum uerba industriosius quaerendi sese commisere .... poetarum maxime Plautus multo maximeque Ennius .... nec non Naeuius, Lucretius, Accius etiam, Caecilius, Laberius quoque.

LXX Fronto *de orat. sub finem p. 162 N.:* —— hoc genus uerborum Accius Plautus sanus ——

LXXI Gellivs *N. A. VI (VII) 17, 4:* didici ex te et scire nunc coepi, quod non ego omnium solus ut tibi sum uisus ignoraui, sed ut res est Plautus quoque, homo linguae atque elegantiae in uerbis Latinae princeps, quid esset 'obnoxius' nesciuit.

LXXII Gellivs *N. A. I 7, 17:* neque soloecismum esse aiebat 'in potestatem fuisse' ut uulgus semidoctum

putat, sed ratione dictum certa et proba contendebat, qua et Graeci ita uterentur et Plautus uerborum Latinorum elegantissimus in Amphitruone dixit 'numero mi in mentem fuit'.

LXXIII Gellivs *N. A. XIX 8, 6:* 'inimicitiam' tamen, sicuti 'inscientiam' et 'impotentiam' et 'iniuriam', quae ratio est quam ob rem C. Caesar uel dictam esse a ueteribus uel dicendam a nobis putat, quando Plautus linguae Latinae decus 'deliciam' quoque ἑνικῶς dixerit pro 'deliciis'?

LXXIV Diomedes *art. gr. I p. 382, 15 K.:* auctores quibus eloquentiae et elegantiae tributa est opinio.... ut Pacuuius .... item Plautus ....

LXXV Hieronymvs *ad Pammachium LVII 10 t. I p. 315 Vall.:* haec est Plautina eloquentia, hic lepos Atticus et Musarum ut dicunt eloquio comparandus. *Cf.* LXVIII.

LXXVI Hieronymvs *ad Sunniam et Fretelam CVI 3 t. I p. 643 Vall.:* hanc esse regulam boni interpretis ut idioma linguae alterius suae linguae exprimat proprietatibus. quod et Tullium .... fecisse conuincimus et Plautum, Terentium Caeciliumque eruditissimos uiros in graecis comoediis transferendis.

LXXVII Hieronymvs *ad Pammachium LVII 5 t. I p. 309 Vall.:* Terentius Menandrum, Plautus et Caecilius ueteres comicos interpretati sunt [*cf.* LIX *et* LXXVIII]: numquid haerent in uerbis ac non decorem magis et elegantiam in translatione conseruant quam ueritatem interpretationis?

LXXVIII Isidorvs *Orig. VIII 7, 7:* duo sunt autem genera comicorum, id est ueteres et noui: ueteres qui et ioco ridiculares exstiterunt, ut Plautus, Accius, Terentius: noui qui et satyrici *e. q. s.*

LXXIX Isidorvs *Orig. I 40, 3:* fabulas poetae quasdam delectandi causa finxerunt, quasdam ad naturam rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati

sunt. delectandi causa fictae, ut eae quas uulgo dicunt, uel quales Plautus et Terentius composuerunt.

LXXX Hieronymvs *ad Eustochium XXII 30 t. I p. 115 Vall.:* cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis et, quod his difficilius est, consuetudine lautioris cibi propter caelorum me regna castrassem et Hierosolymam militaturus pergerem, bibliotheca quam mihi Romae summo studio ac labore confeceram carere omnino non poteram. itaque miser ego lecturus Tullium ieiunabam: post noctium crebras uigilias, post lacrimas, quas mihi praeteritorum recordatio peccatorum ex imis uisceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus.

LXXXI Rvfinvs *in Hieronymum II 8. 10 t. II p. 639 sqq. Vall.:* Maronem suum comicosque ac lyricos et historicos auctores traditis sibi ad discendum dei timorem puerulis exponebat: scilicet et ut praeceptor fieret auctorum gentilium, quos si legisset tantummodo, Christum se negaturum iurauerat . . . . quaero si uel Flaccus tuus aut Maro, si Plautus comicus aut Terentius certe, si uel Satiricus quis inter omnia spurca sua et impudica istud nefas in deum ex suo ore protulerit? . . . . sic dum totus Plautinae et Tullianae cupis eloquentiae sectator uideri . . . .

LXXXII Hieronymvs *adv. Rufinum I 13 t. II p. 469 Vall.:* audio praeterea te quaedam de epistola mea philosophice carpere et hominem rugosae frontis adductique supercilii Plautino in me sale ludere.

LXXXIII Apollinaris Sidonivs *carm. II 191 de Anthemio Augusto:*

Praeterea quicquid Latialibus indere libris
Prisca aetas studuit, totum percurrere suetus:
Qua Crispus breuitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo fulmine Quintilianus.

LXXXIV Apollinaris Sidonivs *carm. XXIII 148 sq.:*

Quid uos eloquii canam Latini,
Arpinas, Patauine, Mantuane,
Et te, comica qui doces Terenti,
Et te, tempore qui satis seuero
Graios, Plaute, sales lepore transis?

LXXXV CLAVDIANVS MAMERTVS *epist. ad Sapaudum p. 205 Engelbr.:* Naeuius et Plautus tibi ad elegantiam, Cato ad grauitatem .... usui sint.

LXXXVI EVANTHIVS *de trag. et com. p. 6 sq. Reiff.:* haec cum artificiosissima Terentius fecerit, tum illud est admirandum, quod et morem [amorem *Reifferscheidius.* mortem *Scheidemantelius*] retinuit ut comoediam scriberet et temperauit affectum ne in tragoediam transiliret: quod cum aliis rebus minime obtentum et a Plauto et ab Afranio et †appio [a Turpilio *Reifferscheidius.* a Pomponio *Dziatzko*] et multis fere magnis comicis inuenimus. illud quoque inter Terentianas uirtutes mirabile, quod eius fabulae eo sunt temperamento, ut neque extumescant ad tragicam celsitudinem neque abiciantur ad mimicam uilitatem [*huc traicit Scheidemantelius verba* quod cum aliis rebus .... inuenimus]. adde quod nihil abstrusum ab eo ponitur aut quod ab historicis requirendum sit, quod saepius Plautus facit et eo est obscurior in pluribus locis .... et item quod nihil ad populum facit actorem uelut ex tragoedia loqui, quod uitium Plauti frequentissimum est.

T. MACCI PLAVTI

AMPHITRVO

PERSONAE

MERCVRIVS DEVS
SOSIA SERVOS
IVPPITER DEVS
ALCVMENA VXOR
AMPHITRVO DVX
THESSALA ANCILLA
BLEPHARO GVBERNATOR
BROMIA ANCILLA

ARGVMENTVM I

In fáciem uorsus Ámphitruonis Iúppiter,
Dum béllum gereret cúm Telobois hóstibus,
Alc[u]ménam uxorem cépit usuráriam.
Mercúrius formam Sósiae seruí gerit
Abséntis: his Alc[u]ména decipitúr dolis. 5
Postquám rediere uéri Amphitruo et Sósia,
Vtérque deludúntur [dolis] in mirúm modum.
Hinc iúrgium, tumúltus uxori ét uiro,
Donéc cum tonitru uóce missa ex aéthere
Adúlterum se Iúppiter confessus est. 10

ARGVMENTVM II

Amóre captus Álcumenas Iúppiter
Mutáuit sese in fórmam | eius cóniugis,
Pro pátria Amphitruo dúm decernit cum hóstibus.
Habitú Mercurius eí subseruit Sósiae:
Is áduenientis séruom ac dominum frústra habet. 5
Turbás uxori cíet Amphitruo: atque ínuicem
Raptánt pro moechis. Blépharo captus árbiter
Vtér sit non quit Ámphitruo decérnere.
Omném rem noscunt: géminos †Alcumena enítitur.

I 3. 5. *del Valla* ‖ II 1. alcumenas *vel* alcumenae ‖ 3. dum cernit: *corr* B^2 ‖

PROLOGVS

MERCVRIVS
DEVS

Vt uós in uostris uóltis mercimóniis
Emúndis uendundísque me laetúm lucris
Adfícere atque adiuuáre in rebus ómnibus,
Et út res rationésque uostrorum ómnium
Bene éxpedire uóltis peregrique ét domi, 5
Bonóque atque amplo auctáre perpetuó lucro
Quasque íncepistis rés quasque inceptábitis,
Et utí bonis uos uóstrosque omnis núntiis
Me adfícere uoltis, éa adferam, ea ut⟨i⟩ núntiem,
Quae máxume in rem uóstram communém sient — 10
Nam uós quidem id iam scítis concessum ét datum
Mi esse áb dis aliis, núntiis praesim ét lucro —:
Haec út me uoltis ádprobare, adnítier,
Lucrum út perenne uóbis semper súppetat:
Ita huíc facietis fábulae siléntium 15
Itaque aéqui et iusti hic éritis omnes árbitri.
Nunc quóius iussu uénio et quam ob rem uénerim,
Dicám simulque ipse éloquar nomén meum.
Iouis iússu uenio: nómen Mercurióst mihi.
Pater húc me misit ád uos oratúm meus, 20
Tametsí pro imperio uóbis quod dictúm foret
Scibát facturos, quíppe qui intelléxerat

---

5. peregreque B^2 ‖ 9. *add Bo* ‖ 14. suppetat *vel* superat ‖ 19. mercuri(i) est ‖

Veréri uos se et métuere, ita ut aequómst Iouem:
Verúm profecto hoc pétere me precário
A uóbis iussit léniter dictís bonis. 25
Etenim ílle quoius huc iússu uenio Iúppiter
Non mínus quam uostrum quíuis formidát malum:
Humána matre nátus, humanó patre,
Mirári non est aéquom, sibi si praétimet.
Atque égo quoque etiam, quí Iouis sum fílius, 30
Contágione meí patris metuó malum.
Proptérea pace aduénio et pacem ad uós [af]fero.
Iustám rem et facilem esse óratam a uobís uolo:
Nam iúste ab iustis iústus sum oratór datus:
Nam iniústa ab iustis ímpetrari nón decet, 35
Iusta aútem ab iniustís petere insipiéntiast:
Quippe ílli iniqui iús ignorant néque tenent.
Nunc iam húc animum omnes quaé loquar aduórtite.
Debétis uelle quaé uelimus: méruimus
Et ego ét pater de uóbis et re pública. 40
Nam quíd ego memorem, ut álios in tragoédiis
Vidí Neptunum, Vírtutem, Victóriam,
Martém, Bellonam, cómmemorare quaé bona
Vobís fecissent, quís benefactis méus pater,
Deorúm regnator, árchitectus⟨t⟩ ómnibus? 45
Sed mós numquam illi fuít patri meo _ ◡ _
Vt éxprobraret quód bonis facerét boni:
Gratum árbitratur ésse id a uobís sibi
Meritóque uobis bóna se facere quaé facit.
Nunc quám rem oratum huc uéni, primum próloquar: 50
Post árgumentum huius éloquar tragoédiae.
Quid cóntraxistis fróntem? quia tragoédiam
Dixí futuram hanc? déus sum, commutáuero.
Eandem hánc, si uoltis, fáciam | ex tragoédia

---

31. patris *vel* matris ‖ 32. *del Ac* ‖ 37. inilli *vel* nulli: *corr D*[2] ‖ 38. animum omnes *vel* animum ad ea ‖ 45. *add Pareus* ‖ 46. *lac sign Schoe* ‖ 47. exprobraret *vel* exprobaret ‖ 49. fecit ‖

Comoédia ut sit ómnibus isdem uórsibus. 55
Vtrúm sit an non uóltis? sed ego stúltior,
Quasi nésciam uos uélle, qui diuós siem:
Teneó quid animi uóstri super hac ré siet.
Faciam út commixta sit †tragico comoédia:
Nam mé perpetuo fácere ut sit comoédia, 60
Regés quo ueniant ét di, non par árbitror.
Quid ígitur? quoniam hic séruos quoque partés habet,
Faciám sit, proinde ut díxi, tragico[co]moédia.
Nunc hóc me orare a uóbis iussit Iúppiter,
Vt cónquis[i]tores síngula in subséllia 65
Eánt per totam cáueam spectatóribus:
Siquoí fauitores délegatos uíderint,
Vt ís in cauea pígnus capiantúr togae.
†Siue qui ambissent palmam histriónibus
Seu quoíquam artifici — seú per scriptas lítteras 70
Siue [qui] ípse ambissit seú per internúntium —:
Siue ádeo aediles pérfidiose quoí duint:
Si[similem]rém[i]pse [in] legem iússit esse Iúppiter,
Quasi mágistratum sibi álteriue ambíuerit.
Virtúte dixit uós uictores uíuere, 75
Non ámbitione néque perfidia: quí minus
Eadem hístrioni sít lex quae summó uiro?
Virtúte ambire opórtet, non fauitóribus.
Sat habét fauitorum sémper qui recté facit,
Si illís fides est, quíbus est ea res ín manu. 80
Hoc quóque etiam mihí | in mandatís dedit,
Vt cónquis[i]tores fíerent histriónibus:
Qui síbi mandasse[n]t délegati ut plaúderent
Quiue álter quo placére[n]t fecissét minus,
Eius órnamenta et córium uti concíderent. 85

---

55. Commoedia *vel* Commoediam ‖ 56. fit *vel* sit ‖ 62. partes habet *vel* partes ‖ 63. *del Pareus* ‖ 65. 82. *del Weisius* | singuli: *corr D* ‖ 67. fauitores *vel* fautores ‖ 70. Siue: *corr Pareus* ‖ 71. *del Fruterius* | ambisset *vel* ambissent: *corr idem* ‖ 72. aediles *vel* aedibiles ‖ 73. *del Scal* ‖ 83. *del Bent* ‖ 84. *del Pius* | quo placerent alter: *trai Guy* ‖

Mirári nolim uós, quapropter Iúppiter
Nunc hístriones cúret. ne mirémini:
Ipse hánc acturust Iúppiter comoédiam.
Quid ádmirati | éstis, quasi ueró nouom
Nunc próferatur, Ióuem facere histrióniam? 90
Etiam hístriones ánno quom in proscaénio hic
Iouem ínuocarunt, uénit: auxilio ís fuit.
Praetérea certo pródit in tragoédia.
Hanc fábulam inquam hic Iúppiter hodie ípse aget
Et ego úna cum illo. núnc * animum aduórtite, 95
Dum huius árgumentum | éloquar comoédiae.
  Haec úrbs est Thebae: in íllisce habitat aédibus
Amphítruo, natus Argis ex Argó patre,
Quicum Alcumenast núpta, Electri fília.
Is núnc Amphitruo praéfectust legiónibus: 100
Nam cúm Telobois béllumst Thebanó pop[u]lo.
Is príus quam hinc abiit ípsemet in exércitum,
Grauidam Álcumenam | úxorem fecít suam.
Nam ego uós nouisse crédo iam ut sit méus pater,
Quam líber harum rérum multarúm siet 105
Quantúsque amator sí[e]t quod complacitúmst semel.
Is amáre occepit Álcumenam clám uirum
Vsúramque eius córporis cepít sibi
Et gráuidam fecit ís eam compressú suo.
Nunc de Álcumena ut rém teneatis réctius, 110
Vtrímquest grauida, et éx uiro et ex summó Ioue.
Et méus pater nunc íntus hic cum illá cubat
Et haéc ob eam rem nóx est facta lóngior,
Dum <cum> ílla quacum uólt uoluptatém capit.
Sed ita ádsimulauit sé quasi Amphitruó siet. 115
Nunc ne húnc ornatum uós meum admirémini,
Quod ego húc processi síc cum seruilí schema:
Veterem átque antiquam rém nouam ad uos próferam.

---

91. cum in *vel* cum ‖ 92. inuocarunt *vel* inuocauerunt ‖ 101. est bellum: *trai Py* | *del Ca* ‖ 104. pater meus: *trai Bo* ‖ 106. *del Lindemannus* ‖ 108. coepit: *corr ex Nonio* ‖ 112. intus hic *vel* intus ‖ 114. *add Lindemannus* ‖ 117. huc ego processi cum *Charisius* ‖

Proptérea ornatus ín nouom incessí modum:
Nam méus pater intus núnc est eccum Iúppiter. 120
In Ámphitruonis uórtit sese imáginem
Omnésque eum esse cénsent serui quí uident:
Ita uórsipellem sé facit, quandó lubet.
Ego sérui sumpsi Sósiae mihi imáginem,
Qui cum Ámphitruone | ábiit hinc in exércitum, 125
Vt praéseruire amánti meo possém patri
Atque út ne qui essem fámiliares quaérerent,
Vorsári crebro hic quóm uiderent mé domi.
Nunc quom ésse credent séruom et conseruóm suom,
Haud quísquam quaeret quí siem aut quid uénerim. 130
Patér nunc intus súo animo morém gerit:
Cubát complexus, quóius cupiens máxumest.
Quae illi ád legionem fácta sunt, memorát pater
Meus Álcumenae | : ílla illum censét uirum
Suom ésse, quae cum moéchost. ibi nunc méus pater 135
Memorát, legiones hóstium ut fugáuerit,
Quo pácto sit donís donatus plúrumis.
Ea dóna, quae illic Ámphitruoni súnt data,
Abstúlimus: facile méus pater quod uólt facit.
Nunc hódie Amphitruo uéniet huc ab exércitu 140
Et séruos, quoius ego hánc fero | imáginem.
Nunc íternosse ut nós possitis fácilius,
Ego hás habebo | úsque in petaso pínnulas:
Tum meó patri autem tórulus inerit aúreus
Sub pétaso : id signum Ámphitruoni nón erit. 145
Ea sígna nemo | hórum familiárium
Vidére poterit, uérum uos uidébitis.
Sed Ámphitruonis íllic est seruos Sósia:
A pórtu | illic núnc cum lanterna áduenit.
Abigám iam ego illunc áduenientem ab aédibus. 150
Adéste: erit operae prétium | hic spectántibus
Iouem ét Mercurium fácere | histrióniam.

123. lubet *vel* iubet ‖ 139. quot *vel* quod ‖ 143. pinulas: *corr* B^2 ‖ 144. torrulus ‖ 149. lanterna *vel* laterna ‖ 150. illum: *corr Ca* ‖ 151. Adest ferit: *corr Palmerius* ‖

ACTVS I

SOSIA. MERCVRIVS
SERVOS DEVS

SO. Qui me álter est audácior homo aút qui confidéntior,
Iuuentútis mores quí sciam, qui hoc nóctis solus ámbulem?
Quid fáciam, nunc si trésuiri me in cárcerem compégerint? 155
Inde crás quasi e promptária cellá depromar ád flagrum,
Nec caúsam liceat dícere †mihi neque in ero quicquam auxili siet
Nec quísquam sit quin mé ⟨malo⟩ omnes ésse dignum députent.
    Ita quasi incudem me miserum homines octo ualidi caedant:
    [Nec aequum anne iniquum imperet cogitabit] 160
    Ita peregre aduenien hospitio puplicitus accipiar.
  Haec eri inmodestia coegit me, qui hoc noctis a portu ingrati⟨i⟩s excitauit: 163. 164
  Nonne idem hoc luci me mittere potuit? 165
  Opulento homini hoc seruitus durast,
  [Hoc magis miser est diuitis seruos]
  Noctesque diesque assiduo satis superquest,
  Quo facto aut dicto ade⟨o⟩st opus, quietus ne sis.
  Ipse dominus diues operis et laboris expers 170

---

156. quasi *solus* B^2 *add* || 158. *add Mue* || 159 sqq. *ictus omisimus, ubi metra incertiora* || 160. *secl Hermolaus: cf. 173* || 164. *add Pareus* || 167. *secl Gul* | diuitiis *vel* diuitis || 169. *add Lachm* | quietus *vel* quietis ||

Quodquomque homini accidit lubere posse retur:
Aequom esse putat, non reputat laboris quid sit:
Nec aéquom anne iníquom imperét cogitábit.
Ergo ín seruitúte expetúnt multa iníqua:
Habéndum et ferúndum hoc onúst cum labóre. 175
ME. Satiúst me queri íllo modó seruitútem:
Hodié qui fuerim líber,
Eúm nunc potíuit patér seruitútis:
Hic qui uerna natust queritur.
SO. Sum uéro uere uérbero: numeró mihi in mentém fuit 180
Dis áduenientem grátias pro méritis agere atque álloqui.
Ne illi édepol, si meritó meo reférre studeant grátiam,
Aliquem hóminem allegent, quí mihi aduniénti os occillét probe,
Quoniám bene quae in me fécerunt, ingráta ea habui atque ínrita.
ME. Facit ílle quod uolgo haúd solent, ut quíd se sit dignúm sciat. 185
SO. Quod númquam opinatús fui neque álius quisquam cíuium
Sibi éuenturum, id cóntigit, ut sálui poteremúr domi:
Victóres uictis hóstibus legiónes reueniúnt domum
Duéllo extincto máxumo atque intérnecatis hóstibus.
Quod múlta Thebanó pop[u]lo acérba obiecit fúnera, 190
Id ui ét uirtute mílitum uictum átque expugnatum óppidumst,
Império atque auspició | eri mei Ámphitruonis máxume:
Praeda átque agro | adóriaque adfécit popularés suos
Regíque Thebanó Creoni régnum stabiliuít suom.

---

175. opus est: onus *corr* B^2 ‖ 176 sq. *et* 178 sq. *compr* *B*: *discr* *Ri* ‖ 178. potuit: *corr* B^2 ‖ 180. uero uerna: *corr* *Ri* | nunc uero: *corr ex Gellio Nonioque* ‖ 182. gratias: *corr Reinius* ‖ 184. quae *vel* qui ‖ 187. potiremur: *corr Guy* | domum: *corr ex Nonio* ‖ 190. Qui | *del Pareus* ‖ 191. Id ui *vel* Indui ‖

Me a pórtu praemisít domum, ut haec núntiem uxorí suae: 195
Vt gésserit rem públicam ductu, ímperio, auspició suo.
Ea núnc meditabor quó modo illi dícam, quom illo aduénero.
Si díxero mendácium, soléns meo more fécero:
Nam quóm pugnabant máxume, ego túm fugiebam máxume.
Verúm quasi adfuerím tamen simulábo atque audita éloquar. 200
Sed quó modo et uerbís quibus me déceat fabulárier,
Prius ípse mecum etiám uolo hic meditári: sic hoc próloquar.
Princípio ut illo aduénimus, ubi prímum terram tétigimus,
Contínuo Amphitruo délegit uirós primorum príncipes.
Eos légat: Teloboís iubet senténtiam ut dicánt suam: 205
Si síne ui et sine belló uelint rapta ét raptores trádere,
Si quae ásportassent rédderent, se exércitum extempló domum
Redúcturum, abiturós agro Argíuos, pacem atque ótium
Dare íllis: sin alitér sient animáti neque dent quaé petat,
Sese ígitur summa uí uirisque eorum óppidum oppugnássere. 210
Haec úbi Telobois órdine iterárunt quos praefécerat
Amphítruo, magnanimí uiri fretí uirtute et uíribus
Supérbi nimis feróciter legátos nostros íncrepant,
Respóndent bello se ét suos tutári posse, proínde uti
Propéri⟨ter⟩ de suis fínibus exércitus dedúcerent. 215
Haec úbi legati pértulere, Amphítruo castris ílico

---

199. tum *solus* B^2 *add* ‖ 200. quasi adfuerim tamen *vel* tamen quasi adfuerim ‖ 202. sic *vel* si ‖ 207. quae *vel* quas *vel* qua | reddere B^2 | se *vel* si ‖ 209. petat *vel* petant ‖ 210. expugnassere *vel* expugnasse: *corr ex Nonio* (oppugnatus se) ‖ 213. Superbe ‖ 215. Propere: *corr Goe cum Loewio* ‖

Prodúcit omnem exércitum: contrá Teloboae ex óppido
Legiónes educúnt suas nimis púlcris armis praéditas.
Póstquam utrimque éxitumst máxuma cópia,
Díspertití uiri, díspertiti órdines: 220
Nós nostras móre nostro ét modo instrúximus
Légiones: item hóstes contra légiones suas ínstruont.
Deínde utrique ímperatóres in medium éxeunt,
Éxtra turbam órdinum cólloquontúr simul.
Cónuenit, uícti utri sínt eo proélio, 225
Ýrbem, agrum, arás, focos séque uti déderent.
Póstquam id actúmst, tubae †utrimque canunt contra:
Cónsonat térra: clamórem utrimque éfferunt.
Imperatór utrimque hínc et illínc Ioui
Vóta suscípere, * hórtari exércitum. 230
Pró se quisque íd quod quisque <ét> potest ét ualet
Édit, ferró ferit: téla frangúnt: boat
Caélum fremitú uirum: ex spíritu atque anhélitu
Nébula constát: cadunt †uolneris ui et uirium.
Dénique ut uóluimus, nóstra superát manus: 235
Hóstes crebrí cadunt: nóstri contra íngruont.
Vícimus uí feroces.
Séd †fugam in sé tamen némo conuórtitur
Néc recedít loco quín statim rém gerat:
Animam omittúnt prius quám loco démigrent: 240
Quísque ut steterát, iacet óptinetque órdinem.
Hóc ubi Amphítruo erus cónspicatus ést,
Ílico equités iubet déxtera indúcere.
Équites parént citi, ab déxtera máxumo
Cúm clamore ínuolant, ímpetu alacrí: 245
Foédant et próterunt hóstium cópias

---

218. educunt *vel* reducunt ‖ 222. legiones item *adhaeret v. 221: discr Spengelius* ‖ 228. clamorem *vel* clamoremque ‖ 231. *add Bo* ‖ 233. et spiritu *Nonius* ‖ 235. uolumus: *corr* B^2 ‖ 236 sq. *unus v. est in B: discr Herm, item* 246 sq. ‖ 240. Animum *vel* Animom *vel* Animam ‖

Iúre iniustas.
ME. Numquam étiam quicquam adhúc uerborumst prólocutus pérperam.
Namque égo fui illi[c] in ré praesenti et méus quom pugnatúmst pater.
SO. Perduélles penetrant se ín fugam: ibi nóstris animus ádditust. 250
Vorténtibus Telóbois telis cómplebantur córpora,
Ipsúsque Amphitruo régem Pterelam súa | obtruncauít manu.
Haec íllic est pugnáta pugna | úsque a mani ad uésperum:
Hoc ádeo hoc commeminí magis, quia illó die inpransús fui.
Sed proélium id tandém diremit nóx interuentú suo. 255
Postrídie in castra éx urbe ad nos uéniunt flentes príncipes,
Velátis manibus órant, ignoscámus peccatúm suom:
Dedúntque se, diuína humanaque ómnia, urbem et líberos
In dícionem atque in árbitratum cúncti Thebanó poplo.
Post ób uirtutem ero Ámphitruoni pátera donata aúreast, 260
Qui Ptérela po<ti>táre rex est sólitus. haec sic dícam erae.
Nunc pérgam eri imperium éxequi et mé domum capéssere.
ME. Áttat, illic húc iturust: íbo ego illi<c> óbuiam:
Néque ego hu<n>c hominem | hódie ad aedis hás sinam umquam accédere.
Quándo imagost húius in me, cértumst hominem elúdere. 265

---

249. *del Lamb* ‖ 252. Ipsusque *vel* Ipsiusque ‖ 253. illic *vel* illi (illis *Nonius*) | amane: *corr ex Nonio, Donato, Servio* ‖ 256. annos *vel* adnos ‖ 259. poplo *vel* populo ‖ 260. est aurea: *trai Ca* ‖ 261. potare *vel* positare | solitus est: *trai Bo* ‖ 263. *add Fl* ‖

Ét enim uero quóniam formam cépi huius in me<d> ét statum,
Décet et facta móresque huius habére me similés item.
Ítaque me malum ésse oportet, cállidum, astutum ádmodum
Átque hunc telo suó sibi, malítia, a foribus péllere.
Séd quid illuc est? caélum aspectat. óbseruabo quám rem agat. 270
SO. Cérte edepol [scio], si quícquamst aliud quód credam aut certó sciam,
Crédo ego hac noctú Nocturnum óbdormi<ui>sse ébrium.
Nám neque se septéntriones quóquam in caelo cómmouent,
Néque se luna quóquam mutat átque uti exortást semel,
Néc iugulae neque uésperugo néque uergiliae | óccidunt. 275
Íta statim stant sígna neque nox quóquam concedít die.
ME. Pérge, nox, ut óccepisti: gére patri morém meo:
Óptumo optume óptumam operam dás, datam pulcré locas.
SO. Néque ego hac nocte lóngiorem mé uidisse cénseo
Nísi | item unam, uérberatus quám pependi pérpetem:
Eám quoque edepol étiam multo haec uícit longitúdine.
Crédo edepol equidém dormire Sólem, atque adpotúm probe: 282
Míra sunt nisi ínuitauit sése in cena plúsculum.
ME. Áin uero, uérbero? deos ésse tui similís putas?
Égo pol te istis tuís pro dictis ét malefactis, fúrcifer, 285
Áccipiam: modo sís ueni huc, inuénies infortúnium.
SO. Ýbi sunt isti scórtatores, quí soli inuití cubant?

---

266. *add Weisius* ‖ 268. oporet *vel* oportet ‖ 271. *del Bo* | quid ‖ 272. Nocturninum *Hieronymus* ‖ 275. uigulae *vel* iugulae: iugula *Varro* ‖ 276. diei: *corr ex Servio* ‖ 278. das *vel* des ‖ 279. me uidisse *vel* uidisse me ‖ 285. furgifer ‖ 287. soli *vel* soliti ‖

Haéc nox scitast éxercendo scórto conductó male.
ME. Méus pater nunc pro húius uerbis récte et sapientér facit,
Quí conplexus cum Álcumena cúbat amans, animo ópsequens. 290
SO. Íbo ut erus quod ímperauit Álcumenae núntiem.
Séd quis hic est homó, quem ante aedis uídeo hoc noctis? nón placet.
ME. Núllust hoc metúculosus aéque. SO. †Quem in mentém uenit:
Íllic homo | hoc dénuo uolt pállium detéxere.
ME. Tímet homo: delúdam ego illum. SO. Périi, dentes prúriunt: 295
Cérte aduenientem híc me hospitio púgne<o> accептúrus est.
Crédo misericórs est: nunc proptérea quod me méus erus
Fécit ut uigilárem, hic pugnis fáciet hodie ut dórmiam.
Óppido interii: óbsecro hercle, quántus et quam uálidus est.
ME. Cláre a<d>uorsum fábulabor, †hic auscultet quaé loquar: 300
Ígitur magis †modum m<ai>orem in sése concipiét metum.
Ágite pugni: iám diust quom uéntri uictum nón datis.
Iám pridem uidétur factum, herí quod homines quáttuor
Ín soporem cóllocastis núdos. SO. Formidó male,
Né ego hic nomen meúm commutem et Quíntus fiam e Sósia. 305
Quáttuor uirós sopori sé dedisse hic aútumat:
Métuo, ne numerum aúgeam illum. ME. Em, núnciam ergo †sicolo.

---

292. hic est *vel* est hic ‖ 294. dextere: *corr* B^2 ‖ 295. perii *vel* perli ‖ 296. *add* *Ac* ‖ 298. uigilarem *vel* uigilem ‖ 300. Clare *vel* Clar ‖ 302. quod: *corr* *Fl* ‖ 303. pridem *vel* primum ‖ 305. Ne *vel* Non ‖ 306. duros ‖

SO. Cíngitur: certe éxpedit se. ME. Nón feret quin uápulet.
SO. Quís homo? ME. Quisquis homo húc profecto uénerit, pugnós edet.
SO. Ápage, non placét me hoc noctis ésse: cenauí modo: 310
Proín tu istam cenám largire, sí sapis, esuriéntibus.
ME. Haúd malum huic est póndus pugno. SO. Périi, pugnos pónderat.
ME. Quíd, si ego illum tráctim tangam, ut dórmiat? SO. Seruáueris:
Nám continuas hás tris noctes péruigilaui. ME. Péssum<um>st
Fácinus nequitér ferire málam †male discit manus. 315
Ália forma | ésse oportet, quém tu pugno légeris.
SO. Íllic homo me intérpolabit meúmque os finget dénuo.
ME. Éxossatum os ésse oportet, quém probe percússeris.
<SO.> Mírum ni hic me quási murenam éxossare cógitat.
Vltro istu<n>c qui exóssat homines. périi, si me aspéxerit. 320
ME. Ólet homo quidám malo suó. SO. Ei, numnam ego óbolui?
ME. Átque haud longe abésse oportet, uérum longe hinc áfuit.
<SO.> Íllic homo supérstitiosust. ME. Géstiunt pugní mihi.
<SO.> Si ín me exercitúru's, quaeso in párietem ut primúm domes.

---

308. feret *vel* foret ‖ 309. edet *vel* edat ‖ 316. oportet *vel* oporet ‖ 317. ME. ‖ 318. SO. ‖ 319. ne ‖ 320. *add Dousa* ‖ 321. numquam ego *vel* numquam: *corr* B^2 ‖ 322. hic: *corr* B^2 | affuit ‖ 323. *add Lamb* | SO.: *corr Lamb* | gestiuit: *corr* B^2 ‖ 324. exerciturus: *corr Kampmannus* ‖

ME. Vóx mi ad aures áduolauit. SO. Né ego homo infelíx fui, 325
Quí non alas ínteruelli: uólucrem uocem géstito.
ME. Íllic homo a me síbi malam rem arcéssit iumentó suo.
SO. Nón equidem ullum habeó iumentum. ME. Onerándus est pugnís probe.
SO. Lássus sum hercle e náui, ut uectus húc sum: etiam nunc naúseo.
Víx incedo inánis, ne ire pósse cum onere exístumes. 330
ME. Cérte enim hic nescíoquis loquitur. SO. Sáluos sum, non mé uidet:
'Néscioquem' loqui aútumat: mihi cérto nomen Sósiaest.
ME. Hínc enim mihi dext[e]rá uox auris, út uidetur, uérberat.
SO. Métuo uocis né uice<m> hodie hic uápulem, quae hunc uérberat.
ME. Óptume eccum incédit ad me. SO. Tímeo, totus tórpeo. 335
Nón edepol nunc úbi terrarum sím scio, siquís roget,
Néque miser me cómmouere póssum prae formídine.
Ílicet: mandáta eri periérunt una et Sósia.
Vérum certumst cónfidenter hóminem contra cónloqui,
[Igitur] Quí possim uidéri huic fortis, á me ut abstineát manum. 340
ME. Quo ámbulas tu, quí Volcanum in córnu conclusúm geris?
SO. Quíd id exquiris tú, qui pugnis ós exossas hóminibus?
ME. Séruosne <es> an líber? SO. Vtquomque ánimo conlubitúmst meo.

---

325. aduolabit *vel* aduolauit ‖ 329. nunc *vel* non ‖ 332. sosia est: *corr Fl* ‖ 333. *del Lindemannus* ‖ 334. *add Scal* ‖ 336. siquis *vel* ubi ‖ 338. Illic et (*vel* ei) ‖ 339. certus est: *corr J* ‖ 340. *del Ca* | qui *vel* quid ‖

ME. Áin uero? SO. Áio enim uero. ME. Vérbero.
SO. Mentíris nunc.
ME. Át iam faciam ut uérum dicas dícere. SO. Quid
eóst opus? 345
ME. Póssum scire, quó profectus quoíus sis aut quid
uéneris?
SO. Húc eo|, erí sum seruos. númquid nunc es
cértior?
ME. Égo tibi istam hodié, sceleste, cómprimam lin-
guam. SO. Haúd potes:
Béne pudiceque ádseruatur. ME. Pérgin argutárier?
Quíd apud hasce aedís negoti ést tibi? SO. Immo quíd
tibist? 350
ME. Réx Creo uigilés nocturnos síngulos sempér locat.
SO. Béne facit: quia nós eramus péregri, tutatúst domi.
Át nunc abi sane, áduenisse fámiliares dícito.
ME. Néscio quam tu fámiliaris sís: nisi actutum hínc
abis,
Fámiliaris áccip⟨i⟩ere fáxo haud familiáriter. 355
SO. Híc inquam habito ego átque horunc seruós sum.
ME. At scin quó modo?
Fáciam ego hodie té superbum, nísi hinc abis. SO. Quo-
nám modo?
ME. Aúferere, nón abibis, sí ego fustem súmpsero.
SO. Quín me esse huius fámiliai fámiliarem praédico.
ME. Víde sis quam mox uápulare uís, nisi actutum
hínc abis. 360
SO. Tún domo prohibére peregre me áduenientem
póstulas?
ME. Haécine tua domúst? SO. Ita inquam. ME. Quís
erus est igitúr tibi?

---

347. Huic: *corr* B^2 | nunc quid nunc: *corr J* ‖ 350. negotii *vel* negotium | tibi est *vel* tibi es ‖ 352. peregre: *corr Scal* ‖ 354. quam tu *vel* quantum ‖ 356. scin *vel* sin *vel* se in ‖ 357. quonam *vel* quo nomina ‖ 358. Auferrere: *corr ex Nonio* ‖ 359. familiae: *corr Bent* ‖ 361. Tum: *corr J* ‖ 362. *Duo versus sunt* (Quis) ‖ 362 sq. ME. *vel* SO. *et* SO. *vel* ME. ‖

SO. Ámphitruo, qui núnc praefectust Thébanis legiónibus,
Quícum nuptast Alcumena. ME. Quíd ais? quid nomén tibist? 364
SO. Sósiam uocánt Thebani, Dáuo prognatúm patre.
ME. Né tu istic hodié malo tuo cómpositis mendáciis
Áduenisti, audáciai cólumen, consutís dolis.
SO. Ímmo equidem tunicís consutis húc aduenio, nón dolis.
ME. Át mentiris étiam: certo pédibus, non tunicís uenis.
SO. Íta profecto. ME. Núnc profecto uápula ob mendácium. 370
SO. Nón edepol uoló profecto. ME. At pól profecto ingráti<i>s:
Hóc quidem 'profécto' certumst, nón est arbitrárium.
SO. Tuám fidem obsecró. ME. Tun te audes Sósiam esse dícere,
Quí ego sum? SO. Perií. ME. Parum etiam, praéut futurumst, praédicas.
Quóius nunc es? SO. Túos: nam pugnis úsu fecistí tuom. 375
Pró fidem, Thebáni ciues. ME. Étiam clamas, cárnufex?
[E]Lóquere, quid uenísti? SO. Vt esset, quém tu pugnis caéderes.
ME. Quoíus es? SO. Amphitruónis inquam Sósia. ME. Ergo istóc magis,
Quía uaniloquo's, uápulabis: égo sum, non tu, Sósia.
SO. Íta di faciant, út tu potius sís atque ego te ut uérberem. 380
ME. Étiam muttis? SO. Iám tacebo. ME. Quís tibi erust? SO. Quem tú uoles.

---

364. quid (*vel* quod) nomen est tibi (*vel* tibi est) ‖ 367. audatiae: *corr Ca* ‖ 371. *add Py* ‖ 376. fidi *vel* uide: *corr Ald* ¦ clamas *vel* clamat ‖ 377. *del Ald* ‖ 379. uaniloquus: *corr Fl* ‖

ME. Quíd igitur? qui núnc uocare? SO. Némo nisi quem iússeris.
ME. Ámphitruonis te ésse aiebas Sósiam. SO. Peccáueram:
Nam 'Ámphitruonis sócium' †neme ésse uolui dícere.
ME. Scí[e]bam equidem nullum ésse nobis nísi me seruom Sósiam. 385
Fúgit te ratió. SO. Vtinam istuc púgni fecissént tui.
ME. Égo sum Sosia ílle, quem tu dúdum esse aiebás mihi.
SO. Óbsecro ut per pácem liceat te álloqui, ut ne uápulem.
ME. Ímmo indutiaé parumper fíant, siquid uís loqui.
SO. Nón loquar nisi páce facta, quándo pugnis plús uales. 390
ME. Díc[ito] siquid uis: nón nocebo. SO. Tuaé fidei credó? ME. Meae.
SO. Quíd, si falles? ME. Túm Mercurius Sósiae iratús siet.
SO. Ánimum aduorte: núnc licet mihi líbere quiduís loqui.
Ámphitruonis égo sum seruos Sósia. ME. Etiam dénuo?
SO. Pácem feci, foédus feci, uéra dico. ME. Vápula.
SO. Ýt lubet, quid tíbi lubet fac, quóniam pugnis plús uales. 396
Vérum utut es factúrus, hoc quidem hércle haud reticebó tamen.
ME. Tú me uiuos hódie numquam fácies quin sim Sósia.
SO. Cérte edepol tu me álienabis númquam quin nostér siem:
Néc nobis praetér me<d> alius quísquamst seruos Sósia. 400

383. alebas *vel* aiebas ‖ 391. *del Lindemannus* | nocebo *vel* tacebo ‖ 398. uius ‖ 400. *add Ca* | nobis praesente aliquis quisquam nisi seruus *Nonius* ‖

†Qui cum Amphitruone hinc una ieram in exercitum.
ME. Híc homo sanus nón est. SO. Quod mihi praédicas uitium, íd tibist.
Quíd, malum, non súm ego seruos Ámphitruonis Sósia?
Nónne hac noctu nóstra nauis * ex portu Pérsico
Vénit, quae me aduéxit? nonne me húc erus misít meus? 405
Nónne ego nunc [i]sto ante aédes nostras? nón mist lanterna ín manu?
Nón loquor? non uígilo? nonne hic [homo] módo me pugnis cóntudit?
Fécit hercle: †nam etiam misero nunc malaé dolent.
Quíd igitur ego dúbito? aut cur non íntro eo in nostrám domum?
ME. Quíd, domum uostram? SO. Íta enim uero. ME. Quín quae dixistí modo 410
Ómnia ementítu's: equidem Sósia Amphitruónis sum.
Nám noctu hac solútast nauis nóstra e portu Pérsico,
Ét ubi Pterèla réx regnauit óppidum expugnáuimus,
Ét legiones Téloboarum uí pugnando c[o]épimus,
Ét ipsus Amphitruo óptruncauit régem Pterelam in proélio. 415
SO. Égomet mihi non crédo, quom illaec aútumare illum aúdio:
Hícquidem certe quae íllic sunt res géstae memorat mémoriter.
Séd quid ais? quid Ámphitruoni * a Teloboís datumst?
ME. Ptérela rex qui pótitare sólitus est patera aúrea.
SO. Élocutus ést. ubi patera núnc est? ME. * in cístula, 420
Ámphitruonis óbsignata sígnost. SO. Signi díc quid est?
ME. Cúm quadrigis Sól exoriens. quíd me captas, cárnufex?

---

401. ieram *vel* geram || 406. nunc hic B^2 | laterna: *corr D* || 407. *del Guy* || 409. aut *vel* ut || 410. Quid *vel* Qui | uostram *vel* nostram || 411. ementitus || 412. persicco *vel* persico || 417. illic *vel* illi ||

SO. Árgumentis uícit. aliud nómen quaerundúmst mihi.
Néscio unde haec híc spectauit. iám ego hunc decipiám probe:
Nám quod egomet sólus feci néc quisquam alius áffuit 425
Ín tabernaclo, íd quidem hodie númquam poterit dícere.
Sí tu Sosiá's, legiones quóm pugnabant máxume,
Quíd in tabernacló fecisti? uíctus sum, si díxeris.
ME. Cádus erat uini: índe impleui hírneam. SO. Ingressúst uiam.
ME. Éam ego, ut matre fúerat natum, uíni | eduxí meri. 430
SO. Fáctumst illud, út ego illic uini hírneam ebiberím meri.
Míra sunt nisi látuit intus íllic in illac hírnea.
ME. Quíd nunc? uincon árgumentis, té non esse Sósiam?
SO. Tú negas med[e] ésse? ME. Quid ego ní negem, qui egomét siem?
SO. Pér Iouem iuró med esse néque me falsum dícere. 435
ME. Át ego per Mercúrium iuro, tíbi Iouem non crédere:
Nam íniurato scío plus credet míhi quam iurató tibi.
SO. Quís ego sum saltém, si non sum Sósia? te intérrogo.
ME. Ýbi ego Sosiá nolim esse, tu ésto sane Sósia:
Núnc quando ego sum, uápulabis, ni hínc abis, ignóbilis. 440

---

423. uicit *vel* uincit | querendum est *vel* querundum ‖ 426. 428. tabernaclo *vel* tabernaculo ‖ 429. cyrneam *Nonius* | ingressus tu iam *vel* ingressus iam ‖ 432. 431. *collocant EJ* ‖ 431. Factum est *vel* Factum ‖ 435. me de *vel* med ‖ 437. credet *vel* crederet ‖

SO. Cérte edepol, quom illúm contemplo et fórmam cognoscó meam,
Quem ád modum ego sum — saépe in speculum inspéxi —: nimis similést mei.
Ítidem habet petasum ác uestitum: tám consimilest átque ego.
Súra, pes, statúra, tonsus, óculi, nasum, †uel labra,
Málae, mentum, bárba, collus: tótus. quid uerbís opust? 445
Sí tergum cicátricosum, níl hoc similist símilius.
Séd quom cogito, équidem certo idém sum qui sempér fui.
Nóui erum, noui aédis nostras: sáne sapio et séntio.
Nón ego illi optémpero quod lóquitur: pultabó foris.
ME. Quó agis te? SO. Domúm. ME. Quadrigas sí nunc inscendás Iouis 450
Átque hinc fugias, íta uix poteris éffugere infortúnium.
SO. Nónne erae meae núntiare quód erus meus iussít licet?
ME. Tuaé siquid uis núntiare: hanc nóstram adire nón sinam.
Nám si me inritássis, hodie lúmbifra[n]gium hinc aúferes.
SO. Ábeo potius. di ínmortales, óbsecro uostrám fidem, 455
Ýbi ego perii? ubi ínmutatus sum? úbi ego formam pérdidi?
Án egomet me illíc reliqui, sí forte oblitús fui?
Nám hicquidem omnem imáginem meam, quae ántehac fuerat, póssidet.
Víuo fit, quod númquam quisquam mórtuo faciét mihi.
Íbo ad portum atque haéc ut⟨i⟩ sunt fácta, ero dicám meo: 460

---

441. quom *vel* quomodo ‖ 444. nasum *vel* nasa | labra *vel* labram ‖ 445. collum: *corr ex Nonio* ‖ 446. simile(e)st: *corr Angelius cum Frontone* ‖ 447. quom *vel* quomodo ‖ 460. *add Ca* ‖

Nísi etiam is quoque me ígnorabit, quód ille faxit Iúppiter,
Vt ego | hodie ráso capite cáluos capiam píleum.

MERCVRIVS
DEVS

Bene próspere[que] hoc hodie óperis processít mihi:
Amóui a foribus máxumam moléstiam,
Patri út liceret túto illam amplexárier. 465
Iam ille íllue ad erum quom Ámphitruonem aduénerit,
Narrábit seruom hinc sése a foribus Sósiam
Amóuisse: ille adeo íllum mentirí sibi
Credét neque credet húc profectum, ut iússerat.
Erróris ambo ego íllos et deméntiae 470
Complébo atque omnem | Ámphitruonis fámiliam,
Adeo úsque satietátem dum capiét pater
Illíus quam amat: ígitur demum omnés scient,
Quae fácta. denique Álcumenam Iúppiter
Redigét antiquam cóniugi[s] in concórdiam. 475
Nam Amphítruo actutum uxóri turbas cónciet,
Atque ínsimulabit eám probri: ⟨t⟩um méus pater
Eam séditionem illi ín tranquillum cónferet.
(Nunc de Álcumena dúdum quod dixí minus,
Hodie ílla pariet fílios geminós duos: 480
Altér decumo post ménse nascetúr puer
Quam séminatus⟨t⟩, álter mense séptumo.
Eorum Ámphitruonis álter est, altér Iouis.
Verúm minori púero maior ést pater,

---

461. ignorabit *vel* ignorabat | faciat: *corr ex Servio* ‖ 463. *del Ac* ‖ 467. Narrabit *vel* narrauit ‖ 473. scient *vel* sciant ‖ 475. in concordiam coniugis: *trai Ca, del Lindemannus* ‖ 476. contiet *vel* conciet ‖ 477. insimulauit | probrium *vel* proprium ‖ 478. Eam *vel* Iam ‖ 479—485. *secl Vss* ‖ 484. minori puero *vel* minor puer puero ‖

Minór maiori. iámne hoc scitis quíd siet?) 485
Sed Álcumenae | huíus honoris grátia
Patér curauit úno ut fetu fíeret:
Vnó labore absóluet aerumnás duas,
Vt ne ín suspicióne ponatúr stupri,
Et clándestina ut céletur consuétio. 490
Quamquam, út iam dudum díxi, resciscét tamen
Amphítruo rem omnem. quíd igitur? nemo íd probro
Profécto ducet Álcumenae: nám deum
Non pár uidetur fácere, delictúm suom
Suámque [ut] culpam expétere in mortalem út sinat. 495
Orátionem cómprimam: crepuít foris.
Amphítruo subditíuos eccum exít foras
Cum | Álcumena | úxore usurária.

IVPPITER. ALCVMENA. MERCVRIVS
DEVS MVLIER DEVS

IV. Béne uale, Alcuména, cura rém communem, quód facis, 499
Átque inperce quaéso: menses iám tibi esse actós uides.
Míhi necessest íre hinc: uerum quód erit natum tóllito.
AL. Quíd istuc est, mi uír, negoti, quód tu tam subitó domo
Ábeas? IV. Edepol haúd quod tui me néque domi distaédeat:
Séd ubi summus ímperator nón adest ad exércitum, 504
Cítius quod non fáctost usus fít quam quod factóst opus.
ME. Nímis hic scitust sýcophanta, quí quidem meus sít pater.

---

488. Vno *Nonius:* Vno ut | absoluat: exsolueret *Nonius: correximus* ‖ 489. Et ne: *correximus* ‖ 490. celetur suspicio (consuetudo *Donatus*) : *corr ex Paulo* ‖ 492. igitur *vel* agitur | probro *vel* probo ‖ 495. sua si quid culpa expetere mortalem *Nonius* | *del Ac* ‖ 499. quod *vel* quid ‖ 500. At quin perge: *corr Ca* ‖ 506. meus sit *vel* sit meus ‖

Óbseruatote *, quam blande múlieri palpábitur.
AL. Écastor te expérior quanti fácias uxorém tuam.
IV. Sátin habes, si féminarum núllast quam aeque
díligam? 509
ME. Édepol ne illa si ístis rebus té sciat operám dare,
Égo faxim te⟨d⟩ Ámphitruonem ésse malis quám
Iouem.
AL. Éxperiri istúc mauellem mé quam mi memorárier.
Príus abis quam léctus ubi cubuísti concaluít locus.
Héri uenisti média nocte, núnc abis. hocíne placet?
ME. Áccedam atque hanc áppellabo et súbparasitabór
patri. 515
Númquam edepol quemquám mortalem crédo ego uxo-
rém suam
Síc ecflictim amáre, proinde ut híc te ecflictim déperit.
IV. Cárnufex, non égo te noui? ábin e conspectú meo?
Quíd tibi hanc curátiost rem, uérbero, aut muttítio?
Quo⟨í po⟩l ego iam hoc scípione — AL. Ah nóli. IV.
Muttitó modo. 520
ME. Néquiter paene éxpediuit príma parasitátio.
IV. Vérum quod tu dícis, mea uxor, nón te mi irascí
decet.
Clánculum abi⟨i⟩ | á legione: óperam hanc subrupuí
tibi,
Éx me primo ⟨ut⟩ príma scires, rem út gessissem
públicam.
Éa tibi omnia énarraui. nísi te amarem plúrumum, 525
Nón facerem. ME. Facítne ut dixi? tímidam palpo
pércutit.
IV. Núnc, ne legio pérsentiscat, clám illuc redeun-
dúmst mihi,
Né me uxorem praéuortisse dícant prae re pública.

---

507. quam blande suppalpatur mulieri *Servius Dan*: ut blande palpetur mulieri *Donatus* ‖ 510. si istis *vel* fustis ‖ 511. *add Fl* ‖ 516. credo ego *vel* credo ‖ 517. afflictim are *vel* et flictim (*vel* fictum) are: *corr* B^2 ‖ 520. Quo lego (*vel* idego): *suppl Fl duce Ca* ‖ 524. *add Fl* | cessissem: *corr DJ* ‖

AL. Lácrumantem ex abitú concinnas tú tuam uxorém. IV. Tace:
Né corrumpe oculós: redibo actútum. AL. Id 'actutúm' diust. 530
IV. Nón ego te hic lubéns relinquo néque abeo abs te. AL. Séntio:
Nám qua nocte ad mé uenisti, eádem abis. IV. Cur mé tenes?
Témpus <est>: exíre ex urbe príus quam lucescát uolo.
Núnc tibi hanc paterám, quae dono mi ílli[c] ob uirtutém datast,
Ptérela rex qui pótitauit, quem égo mea occidí manu, 535
Álcumena, tíbi condono. AL. Fácis ut alias rés soles.
Écastor condígnum donum, quálest qui donúm dedit.
ME. Ímmo sic condígnum donum, quálest quoi donó datu<m>st.
IV. Pérgin autem? nónne ego possum, fúrcifer, te pérdere?
AL. Nóli amabo, Amphítruo, irasci Sósiae causá mea. 540
IV. Fáciam ita ut uis. ME. Éx amore hic ádmodum quam saéuos est.
IV. Númquid uis? AL. Vt quom ábsim me ames, †metuam te absentém tamen.
ME. Eámus, Amphitruó: lucescit hóc iam. IV. Abi prae, Sósia:
Iam égo sequar. numquíd uis? AL. Etiam: ut áctutum aduenias. IV. Licet:
Príus tua | opínione híc adero: bonum ánimum habe. 545

---

530. actutum *vel* actuum (*bis*) ‖ 533. luciscat: *corr* B^2 ‖ 534. *del Ac* | data est *vel* datest ‖ 537. Edepol *Nonius* | quale est *vel* qualis est (culest *Nonius*) ‖ 541. sueuus *vel* seuus ‖ 543. luciscit: *corr* B^2 ‖

Núnc te, nox, quae mé mansisti, mítto ut<i> cedás die[i],
Ýt mortalis ínlucescas lúce clara et cándida.
Átque quanto, nóx, fuisti lóngior hac próxuma,
Tánto breuior díes ut fiat fáciam, ut aeque †disparet
Et dies e nocte accedat. ibo ét Mercurium súbsequar. 550

ACTVS II

AMPHITRVO. SOSIA
DVX SERVOS

AM. Age í tu secúndum. SO. Sequór, subsequór te.
AM. Sceléstissumúm te arbitrór. SO. Nam quam | ób rem?
AM. Quia íd quod neque ést neque fuít neque futúrumst
Mihí praedicás. SO. Ecceré, iam tuátim
Facís, ut tuís nulla apúd te fidés sit. 555
AM. Quid ést? quo modó? iam quidem hércle ego tibi ístam
Sceléstam, scelús, linguam abscídam. SO. Tuós sum:
Proinde út commodúmst et lubét, quicque fácias.
Tamén quin loquár haec utí facta súnt hic,
Numquam úllo modó me potés deterrére. 560
AM. Sceléstissume, aúdes mihí praedicáre id,
Domí te esse núnc, qui hic adés? SO. Vera díco.
AM. Malúm quod tibí di dabúnt atque ego hódie
Dabo. SO. Ístuc tibíst in manú: nam tuós sum.
AM. Tun mé, uerbero, aúdes erúm ludificári? 565

---

546. quae me *vel* quae | *add Gru* | *del Py* ‖ 547. inlucescas *vel* illucescat ‖ 554. tuautem: *corr ex Charisio, Nonio, glossario* ‖ 555. sit fides: *trai Guy* ‖ 558. commodum siet lubet: *corr Ca* ‖ 564. Dabo (*sic B*) *adhaeret versui 563* ‖

Tune íd dicere aúdes, quod némo umquam homo
ántehac
Vidít nec potést fierí, tempore úno
Homo ídem duóbus locís ut simúl sit?
SO. Profécto, ut loquór, res itást. AM. Iuppitér te
Perdát. SO. Quid malí sum, ere, tua éx re pro-
méritus? 570
AM. Rogásne, improbe, étiam qui lúdos facís me?
SO. Meritó maledicás mi, si <nón> id ita fáctumst.
Verum haúd mentiór resque utí facta díco.
AM. Hic homo ébrius est ut opínor.
SO. Vtinam ita essem. AM. Optas quae facta. SO.
Egone? AM. Tu istic: 575
Vbi bibisti? SO. Nusquam equidem bibi. AM. Quid
hoc sit hominis?
SO. Equidem decies dixi: domi ego sum, inquam,
ecquid audis? et apud te adsum Sosia idem.
Satin hoc plane, satin diserte, ere, nunc uideor tibi
locutus esse? AM. Vah,
Apage te a me. SO. Quid est negoti? AM. Pestis
te tenet. SO. Nam quor istuc 580
Dicis? equidem ualeo et saluos sum recte, Am-
phitruo.
AM. At te ego faciam hodie proinde ac meri-
tus es 583
Vt minus ualeas et miser sis, saluos domum si re-
diero iam.
Séquere sis, erum quí ludificas díctis delirántibus: 585
Quí quoniam erus quod ímperauit néglexisti pérsequi,
Núnc uenis etiam últro inrisum dóminum: quae neque
fíeri
Póssunt neque fando úmquam accepit quísquam, pro-
fers, cárnufex:

---

570. perdat *adhaeret v. 569* ‖ 571. Rogas me *J*[1] ‖ 574. *adhaeret versui 573* | homo hic: *trai Luchsius* ‖ 575 sqq. *cf ad v. 159 sqq.: trochaei sunt* ‖ 577. et quid ‖ 583. A te *vel* At te ‖

Quoíus ego hodie in térgum faxo ista éxpetant mendácia.|
SO. Ámphitruo, misérruma istaec míseriast seruó bono,
Ápud erum qui uér[b]a loquitur, si íd ui uerum uíncitur. 591
AM. Quo íd, malum, pactó potest nam — mécum argumentís puta —
Fíeri, nunc ut<í> tu <et> hic sis ét domi? id dicí uolo.
SO. Súm profecto et híc et illi[c]: hoc quoíuis mirarí licet,
Néque tibi * ístuc mirum mágis uidetur quám mihi. 595
AM. Quó modo? SO. Nilo, ínquam, mirum mágis tibi istuc quám mihi:
Néque, ita me di amént, credebam prímo mihimet Sósiae,
Dónec Sosiá <me> ille egomet fécit sibi uti créderem.
Órdine omne, ut<í> quicque actumst, dúm apud hostis sédimus,
Édissertauít: tum formam una[m] ábstulit cum nómine. 600
Néque lac lacti<s> mágis est simile quam ílle ego similést mei.
Nam út dudum ante lúcem a portu mé praemisistí domum —
AM. Quíd igitur? SO. Prius múlto ante aedis stábam quam illo aduéneram.
AM. Quás, malum, nugás? satin tu sánus es? SO. Sic sum út uides.
AM. Huíc homini nescíoquid est malí mala obiectúm manu, 605
Póstquam a me abiit. SO. Fáteor: nam sum obtúsus pugnis péssume.

---

589. Quo uis *vel* Quoius | tergo: *corr Ac* | expetant *vel* expectant ‖ 591. *del Py* ‖ 592. potes: *corr ex Nonio* ‖ 593. *add Ca et Guy* ‖ 594. *del Pareus* ‖ 598. *addidimus duce Kaempfio* ‖ 599. Ordine omne *vel* Ordinem omnem | *add Ca* ‖ 601. ego similis est D^2 ‖

AM. Quís te uerberáuit? SO. Egomet mémet, qui nunc súm domi.
AM. Cáue quicquam, nisi quód rogabo té, mihi respónderis.
Ómnium primum íste qui sit Sósia, hoc dicí uolo.
SO. Túos est seruos. AM. Míhi quidem uno té plus etiamst quám uolo, 610
Néque, postquam sum nátus, habui nísi te seruom Sósiam.
SO. Át ego nunc, Amphítruo, dico: Sósiam seruóm tuom
Praéter me alterum, ínquam, aduenicns fáciam ut offendás domi,
Dáuo prognatúm patre eodem quo égo sum, forma, aetáte item
Qua égo sum. quid opust uérbis? geminus Sósia hic factúst tibi. 615
AM. Nímia memoras míra. sed uidístin uxorém meam?
SO. Quín intro ire in aédis numquam lícitumst. AM. Quis te próhibuit?
SO. Sósia ille, quém iam dudum díco, is qui me cóntudit.
AM. Quís istic Sosiást? SO. Ego, inquam. quótiens dicendúmst tibi?
AM. Séd quid ais? num obdórmiuisti dúdum? SO. Nusquam géntium. 620
AM. Íbi forte istum sí uidisses quéndam in somnis Sósiam.
SO. Nón soleo ego somnículose éri | imperia pérsequi.
Vígilans uidi, uígilans †nunc uídeo, uigilans fábulor,
Vígilantem ille mé iam dudum uígilans pugnis cóntudit.
AM. Quís homo? SO. Sosia, ínquam, ego ille. quaéso, nonne intéllegis? 625

---

614. Dabo: *corr* D^2 | pregnatum ‖ 615. quod: *corr* *J* ‖ 619. Quid: *corr* B^2 | tibi *solus* B^2 *add* ‖

AM. Quí, malum, intellégere quisquam pótis est? ita naugás blatis.
SO. Vérum actutum nósces, quom illum nósces seruom Sósiam.
AM. Séquere hac igitur mé: nam mi istuc prímum exquisitóst opus.
(Séd uide ex naui éfferantur quae ímperaui iam ómnia.
SO. Ét memor sum et díligens, ut quae ímperes compáreant: 630
Nón ego cum uinó simitu ébibi imperiúm tuom.
AM.) Vtinam di faxínt, infecta dícta re[t] eueniánt tua.

ALCVMENA. THESSALA. AMPHITRVO. SOSIA
MVLIER ANCILLA DVX SERVOS

AL. Satín parua rés est uolúptatum in uíta atque in aétate agúnda,
Praequám quod moléstumst? †ita quoique comparatumst in aetate hominum:
Ita dí<ui>s est plácitum, uolúptatem ut maéror comés consequátur: 635
Quin íncommodí plus malíque ilico ádsit, boní si optigít quid.
Nam ego íd nunc expérior domo átque ipsa dé me sció, quoi uolúptas
Parúmper datást, dum uirí mei †mihi potestas uidendi fuit
Noctem únam modo: átque is repénte abiit á me * hínc ante lúcem.
Sola híc mihi nunc uídeor, quia ílle hinc abést, quem ego amó praeter ómnes. 640

---

626. nugas blattis: *corr ex Nonio* ‖ 627. quam: *corr Sey* ‖ 629—631. *secl Vss* ‖ 629. iam imperaui: *trai Bo* ‖ 631. simitu *vel* simul ‖ 632. *del Ca* (*cum D?*) ‖ 635. *add Leo* ‖ 636. boni *vel* doni | quod *vel* quid ‖ 638. uiuendi *vel* uidendi ‖

Plus aegri ex abitu uiri quam ex aduentu uoluptatis cepi: sed hoc me beat
Saltem quom perduellis uicit et domum laudis compos reuenit: id solaciost.
Absit dum modo laude parta domum recipiat se: feram et perferam usque 645
Abitum eius animo forti atque offirmato: id modo si mercedis
Datur mihi, ut meus uictor uir belli clueat, satis
Mihi esse ducam. uirtus praemiumst optumum,
Virtus omnibus rebus anteit profecto.
Libertas, salus, uita, res et parentes, patria et prognati 650
Tutantur, seruantur.
Virtus omnia in sese habet, omnia adsunt bona quem penest uirtus. 652. 653
AM. Édepol me uxori éxoptatum crédo aduenturúm domum,
Quaé me amat, quam cóntra amo: praesértim re gestá bene, 655
Víctis hostibús, quos nemo pósse superarí ratust:
Eós auspicio meo átque [in]ductu prímo coetu uícimus.
Cérte enim me illi éxpectatum optáto uenturúm scio.
SO. Quíd? me non rere éxpectatum amícae uenturúm meae?
AL. Méus uir hicquidemst. AM. Séquere hac tu me AL. Nám quid ille reuórtitur, 660
Quí dudum properáre se[se] aibat? án ille me temptát sciens
Átque id se uolt éxperiri, súom abitum ut desíderem?
Écastor me<d> haúd inuita sé domum recipít suam.

---

641 sqq. *cf ad v. 159 sqq.* ‖ 642. quam ‖ 646. mercedes: *corr D*² ‖ 647. belli ducat (*vel* reducat *vel* redeat): *corr B*² ‖ 648. ducam *vel* dicam ‖ 649. ante it *vel* ante id ‖ 661. *del Py* | aiebat: *corr Guy* ‖ 662. si: *corr Ac* | habitum ‖ 663. *add Ca* ‖

SO. Ámphitruo, redíre ad nauem méliust nos. AM. Qua grátia?
SO. Quía domi datúrus nemost prándium aduenién-tibus. 665
AM. Quí tibi †nunc istuc in mentem uenit? SO. Quí<a> enim sero aduénimus.
AM. Quí? SO. Quia Alcuménam ante aedis stáre saturam intéllego.
AM. Gráuidam ego illanc híc reliqui, quóm abeo. SO. Ei, perií miser.
AM. Quíd tibist? SO. Ad aquám praebendam cómmodum aduení domum,
Décumo post mense, út rationem té ductare intéllego. 670
AM. Bóno animo es. SO. Scin quám bono animo sím? si situlam [iam] cépero,
Númquam edepol tu míhi diuini [quicquam] créduis post húnc diem,
Ní ego illi puteó, si occepso, ánimam omnem intertráxero.
AM. Séquere hac me modo. álium ego isti rei állegabo: né time.
AL. Mágis nunc <me> meum offícium facere, si huíc eam aduorsum, árbitror. 675
AM. Ámphitruo uxorém salutat laétus speratám suam,
Quam ómnium Thebís uir unam esse óptumam diiúdicat,
Quámque adeo ciués Thebani uéro rumiferánt probam.
Váluistin usque? éxpectatun áduenio? SO. Haud uidí magis

---

668. illam: *corr Ca* | quam habeo ‖ 669. commodum *solus* B^2 *in marg* ‖ 670. dictare: *corr Lamb* ‖ 671. *del Ca* ‖ 672. *del Bo* | credius *vel* creduis ‖ 673. occepto: *corr ex Nonio* animam *vel* animo ‖ 674. re D^1 | alligabo ‖ 675. *add Lindemannus* | faceres huic: *corr Ca* ‖ 676. salutet *vel* salutat ‖ 678. abeo *vel* adeo (ideo *Nonius*) | uero rumificant *vel* uerorum mirificant: *corr ex Nonio* ‖ 679 sq. *dist Muretus* ‖

Éxpectatum: eúm salutat mágis haud qui[s]quam quám canem. 680
AM. Ét quom [te] grauidam et quóm te pulcre plénam aspicio, gaúdeo.
AL. Óbsecro ecastór, quid tu me déridiculi grátia
Síc salutas átque appellas, quási dudum non uíderis,
Quási qui nunc primúm recipias té domum huc ex hóstibus?
(Átque me nunc proínde appellas, quási multo post uíderis.) 685
AM. Ímmo equidem te nísi nunc hodie númsquam uidi géntium.
AL. Cúr negas? AM. Quia uéra didici dícere. AL. Haud aequóm facit,
Quí quod didicit íd dediscit. án periclitámini,
Quíd animi habeam? séd quid huc uos réuortimini tám cito?
Án te auspicium cómmoratumst án tempestas cóntinet, 690
Quí non ab<i>isti ád legiones, íta ut<i> dudum díxeras?
AM. Dúdum? quam dudum ístuc factumst? AL. Témptas: iam dudúm [pridem], modo.
AM. Quí istuc potis est fíeri, quaeso, ut dícis: iam dudúm, modo?
AL. Quíd enim censes? te út deludam cóntra, lusorém meum,
Quí nunc primum te áduenisse dícas, modo qui hinc ábieris. 695
AM. Haéc quidem delíramenta lóquitur. SO. Paulispér mane,
Dum édormiscat únum somnum. AM. Quaéne uigilans sómniat?
AL. Équidem ecastor uígilo et uigilans íd quod factumst fábulor:

680. *del Fl* || 681. *del Py* | ascipio || 685. *secl Muretus* || 691. *add Ca* || 692. *del Brunckius* || 693. quaes *vel* quaeso || 696. AL. Paulisper: *corr Sarac* || 697. Quaene *vel* Quae nunc | somniat *vel* somniet ||

Nám dudum ante lúcem et istunc ét te uidi. AM. Quo ín loco?
AL. Híc in aedibús ubi tu habitas. AM. Númquam factumst. SO. Nón taces? 700
Quíd si e portu náuis huc nos dórmientis détulit?
AM. Étiam tu quoque ádsentaris húic? SO. Quid uis fíeri?
Nón tu scis? Bacchaé bacchanti sí uelis aduorsárier,
Éx insana insániorem fácies, feriet saépius:
Si óbsequare, uná resoluas plága. AM. At pol qui cérta res 705
Hánc est obiurgáre, quae me hódie aduenientém domum
Nóluerit salútare. SO. Inritábis crabronés. AM. Tace.
Álcumena, unúm rogare té uolo. AL. Quiduís [rogare] roga.
AM. Núm tibi aut stultítia accessit aút superat supérbia?
AL. Quí istuc in menté<m>st tibi ex me, mí uir, percontárier? 710
AM. Quía salutare áduenientem mé solebas ántidhac,
Áppellare itidem út pudicae suós uiros quae súnt solent.
Eó more expertém te factam aduéniens offendí domi.
AL. Écastor equidém te certo heri áduenientem ílico
Ét salutaui ét ualuissesne úsque exquisiuí simul, 715
Mí uir, et manúm prehendi et ósculum tetulí tibi.
SO. Tún heri hunc salútauisti? AL. Et té quoque etiam, Sósia.
SO. Ámphitruo, speráui ego istam tíbi par[i]turam fílium:

---

700. Hc^{i} *vel* Hic ‖ 705. obsequar funa: *corr Ca* ‖ 706. obiurgare *vel* adiurgare ‖ 707. crabrones *vel* crabones ‖ 708. *del Ald* ‖ 709. Nunc: *corr Ca* ‖ 710. ex me *add ex Nonio* | percontarier *vel* percontrarier ‖ 711. salutare *vel* si salutare | ante hac *vel* antidhac ‖ 714. quidem: *corr* B^{2} ‖ 718. *del Bent* ‖

Vérum non est púero grauida. AM. Quíd igitur? SO. Insánia.
AL. Équidem sana sum ét deos quaeso, ut sálua pariam fílium: 720
Vérum tu malum mágnum habebis, si híc suom officiúm facit:
Ób istuc omen, óminator, cápies quod te cóndecet.
SO. Énim uero praegnáti oportet et malum et malúm dari,
Ýt quod obrodát sit, animo sí male esse occéperit.
AM. Tú me heri hic uidísti? AL. Ego, inquam, sí uis deciens dícere. 725
AM. Ín somnis †fortasse? AL. Ímmo uigilans uigilantem. AM. Vae miseró mihi.
SO. Quíd tibist? AM. Delírat uxor. SO. Átra bili pércitast:
Núlla res tam délirantis hómines concinnát cito.
AM. Ýbi primum tibí sensisti, múlier, implicíscier?
AL. Équidem ecastor sána et salua súm. AM. Cur igitur praédicas 730
Té heri me uidísse, qui hac noctu ín portum aduectí sumus?
Íbi cenaui atque íbi quieui in náui noctem pérpetem
Néque meum pedem huc íntuli etiam in aédis, ut cum exércitu
Hínc profectus sum ád Teloboas hóstis eosque ut uícimus.
AL. Ímmo mecum cénauisti et mécum cubuistí. AM. Quid [id] est? 735
AL. Véra dico. AM. Nón de hacquidem hercle ré: de | aliis néscio.
AL. Prímulo dilúculo abi⟨i⟩sti ád legiones. AM. Quó modo?
SO. Récte dicit, út commeminit: sómnium narrát tibi.

---

722. ame (*vel* ome) nominator: *corr Scut* | concedet ‖ 723. pregnati *vel* pregnanti ‖ 735. *del Ald* ‖ 738. comminit: *corr B*[2] ‖

Séd, mulier, postquam éxperrectá's, té prodigialí Ioui
Aút mola salsa hódie aut ture cónprecatam opórtuit. 740
AL. Vaé capiti tuó. SO. Tua istuc réfert, si curáueris.
AL. Íterum iam hic in me ínclementer dícit, atque id síne malo.
AM. Táce tu. tu dic: égone abs te abii hinc hódie cum dilúculo?
AL. Quís igitur nisi uós narrauit mi, ílli ut fuerit proélium?
AM. Án etiam id tu scís? AL. Quippe qui ex te audíui, ut urbem máxumam 745
Éxpugnauissés regemque Ptérelam tute occíderis.
AM. Égone istuc dixí? AL. Tute istic, étiam adstante hoc Sósia.
AM. Aúdiuistin tú me narrare haéc hodie? SO. Vbi ego audíuerim?
AM. Hánc roga. SO. Mequidém praesente númquam factumst, quód sciam.
AL. Mírum quin te aduórsus dicat. AM. Sósia, age me huc áspice. 750
SO. Spécto. AM. Vera uólo loqui te, nólo adsentarí mihi.
Aúdiuistin tu hódie me illi dícere ea quae illa aútumat?
SO. Quaéso edepol, num tú quoque etiam insánis, quom id me intérrogas,
Qui ípsus equidem núnc primum istanc técum conspició simul?
AM. Quí<d> nunc, mulier? aúdin illum? AL. Ego uéro, ac falsum dícere. 755
AM. Néque tu illi neque míhi uiro ipsi crédis? AL. Eo fit, quía mihi

---

739. te *ex Nonio add* ‖ 743. hin *vel* hinc ‖ 748. haec *vel* hoc ‖ 749. Factus est: *corr* D^2J ‖ 754. ipsos *vel* ipsus ‖ 755 sq. AL. ego .... credis *solus* B^2 *in marg* ‖

Plúrumum credo ét scio istaec fácta proinde ut pró-
loquor.
AM. Tún me heri aduenísse dicis? AL. Tún te abisse
hodie hínc negas?
AM. Négo enim uero et me áduenire núnc primum aio
ad té domum.
AL. Óbsecro, etiamne hóc negabis, te aúream pate-
rám mihi 760
Dédisse dono hodié, qua te illi dónatum esse díxeras?
AM. Néque edepol dedí neque dixi: uérum ita anima-
tús fui
Ítaque nunc sum, ut eá te patera dónem. sed quis
istúc tibi
Díxit? AL. Ego equidem éx te audiui et éx tua accepí
manu
Páteram. AM. Mane, mane, óbsecro te. nímis de-
miror, Sósia, 765
Quí illaec illic mé donatum esse aúrea paterá sciat,
Nísi tu dudum hanc cónuenisti et nárrauisti haec
ómnia.
SO. Néque edepol ego díxi neque istam uídi nisi tecúm
simul.
AM. Quíd hoc sit hominis? AL. Vín proferri páte-
ram? AM. Proferrí uolo.
AL. Fíat. ⟨i⟩ tu, Théssala, intus páteram profertó
foras, 770
Qua hódie meus uir dónauit me. AM. Sécede huc tu,
Sósia.
Énim uero illud praéter alia míra miror máxume,
Si haéc habet [pateram] illam. SO. An étiam credis íd,
quae in hac cistéllula
Tuó signo obsignáta fertur? AM. Sáluom signumst?
SO. Ínspice.

757. ista hec *vel* ista et: *corr Lamb* ‖ 759. aduenere *vel* aduenire ‖ 765. demimor *vel* demireor: *corr* D^2J^2 ‖ 766. illic *vel* illi | sciat *vel* sicat ‖ 770. *add Ac* | profecto *vel* proferto ‖ 773. *del Brixius* ‖

AM. Récte: itast ut óbsignaui. SO. Quaéso, quin tu istánc iubes 775
Pró cerrita círcumferri? AM. Édepol qui factóst opus:
Nam haéc quidem edepol láruarum plénast. ⟨AL.⟩ Quid uerbís opust?
Ém tibi pateram: éccam. AM. Cedo mi. ⟨AL.⟩ Age áspice huc sis núnciam
Tú qui quae facta ínfitiare, quem égo iam hic conuincám palam.
Éstne haec patera quá donatu's ílli? AM. Summe Iúppiter, 780
Quíd ego uideo? haec eást profecto pátera. perii, Sósia.
SO. Aút pol haec praestígiatrix múlto mulier máxumast
Aút pateram hic inésse oportet. AM. Ágedum, exsolue cístulam.
SO. Quíd ego istam exsoluam? óbsignatast récte. res gestást bene:
Tu ⟨álium⟩ peperisti Ámphitruonem, ego álium peperi Sósiam: 785
Núnc si patera páteram peperit, ómnes congemináuimus.
AM. Cértumst aperire átque inspicere. SO. Víde sis signi quíd siet,
[AL.] Né posterius ín me culpam cónferas. AM. Aperí modo.
Nam haéc quidem nos délirantis fácere dictis póstulat.
AL. Vnde haec igitur ést nisi abs te, quaé mihi donó datast? 790
AM. Ópus mist istuc éxquisito. SO. Iúppiter, pro Iúppiter.

---

777. laruarum *vel* larumarum | *add Sarac* ‖ 778. AL. Cedo mihi age: *corr Angelius* ‖ 780. donatus illi (*vel* illic): *corr Fl* ‖ 782. multo mulier *vel* mulier multo ‖ 783. eam (*vel* eam eam) solue: *corr Mue* ‖ 785. *add Fl duce Guyeto* ‖ 786. pateram patera *vel* patera pateram ‖ 787. Vides si signi ‖ 788. Ne *vel* Nec ‖

AM. Quíd tibist? SO. Hic pátera nulla in cístulast. AM. Quid ego aúdio?
SO. Íd quod ueru<m>st. AM. At cum cruciatú iam, nisi apparét, tuo.
AL. Haéc quidem apparét. AM. Quis igitur tíbi dedit? AL. Qui mé rogat.
SO. Mé captas, quia túte ab naui clánculum huc aliá uia 795
Praécucurristi átque hinc pateram túte exemisti átque eam
Huíc dedisti, póst ha<n>c rursum óbsignasti clánculum.
AM. Eí mihi, iam tú quoque huius ádiuuas insániam?
Aín heri nos áduenisse huc? AL. Áio, aduenìensque ílico
Mé salutauísti, et ego te, et ósculum tetulí tibi. 800
AM. Iám illuc non placét principium de ósculo. perge éxsequi.
AL. Láuisti. AM. Quid póstquam laui? AL. Áccubuisti. SO. Euge, óptume.
Núnc exquire. AM. Ne ínterpella. pérge porro dícere.
AL. Céna adpositast: cénauisti mécum: ego accubuí simul.
AM. Ín eodem lectó? AL. In eodem. SO. Ei, nón placet conuíuium. 805
AM. Síne modo arguménta dicat. quíd postquam cenáuimus?
AL. Té dormitare aíbas: mensa ablátast: cubitum hinc ábi<i>mus.
AM. Vbi tu cubuisti? AL. Ín eodem lectó tecum una in cúbiculo.
AM. Pérdidisti. SO. Quíd tibist? AM. Haec mé modo ad mortém dedit.

---

793. *add J* | At tum: *corr* D^2J | cruciatu lam (*vel* iam) ‖ 797. *add Spengelius* ‖ 801. pergam: *corr Muretus* ‖ 806. dicit *vel* dicat ‖ 807. dormitare *vel* dormitasse | alebas *vel* aiabas *vel* aiebas: *corr Guy* | *add Ca* ‖

AL. Quíd iam, amabo? AM. Né me appella. SO. Quíd tibist? AM. Perií miser, 810
Quía pudicitiae húius uitium me hí<n>c absentest ádditum.
AL. Óbsecro ecastór, cur istuc, mí uir, ex te<d> aúdio?
AM. Vír ego tuos sim? né me appella, fálsa, falso nómine.
SO. Haéret haec res, sí quidem haec iam múlier factast éx uiro.
AL. Quíd ego feci, quá istaec propter dícta dicantúr mihi? 815
AM. Túte edictas fácta tua: ex me quaéris, quid delíqueris?
AL. Quíd ego tibi delíqui, si quoi núpta sum tecúm fui?
AM. Tún[e] mecum fuerís? quid illac ínpudente audácius?
Sáltem, tute sí pudoris égeas, sumas mútuom.
AL. Ístuc facinus, quód tu insimulas, nóstro generi nón decet. 820
Tú si me inpudícitiai cáptas, capere nón potes.
AM. Pró di inmortalís: cognoscin tú me saltem, Sósia?
SO. Própemodum. AM. Cenáuin ego heri in náui in portu Pérsico?
AL. Míhi quoque adsunt téstes, qui illud quód ego dicam adséntiant.
<SO.> Néscio quid istúc negoti dícam, nisi si quíspiamst 825
Ámphitruo alius, †qui forte te hic absente tamen
Tuám rem curet téque absente hic múnus fungatúr tuom.

810. amabo *vel* ambo ‖ 812. *add Ca* ‖ 813. sim *vel* sum | falso falso: *corr D*² | nomine *vel* momine ‖ 818. *del Fl* ‖ 821. inpudicitiae: *corr Gru* | non potes (*vel* potest) capere: *trai Muretus* ‖ 822. saltem sosia *vel* sosia saltem ‖ 823. cenauin *vel* cenaui ‖ 824. SO. ‖ 825. *add Pius* ‖

Nám quom de illo súbditiuo Sósia mirúmst nimis,
Cérte de istoc Amphitruone iam álterum mirúmst magis.
⟨AM.⟩ Néscioquis praestígiator hánc frustratur múlierem. 830
AL. Pér supremi régis regnum iúro et matrem fámilias
Iúnonem, quam mé uereri et métuerest par máxume,
Vt mi extra unum té mortalis némo corpus córpore
Cóntigit, quo me ímpudicam fáceret. AM. Vera istaéc uelim.
AL. Véra dico, séd nequiquam, quóniam non uis crédere. 835
AM. Múlier es, audácter iuras. AL. Quaé non deliquít, decet
Aúdacem esse, cónfidenter pró se et proterué loqui.
AM. Sátis audacter. AL. Vt pudicam décet. AM. †In uerbís probas.
AL. Nón ego illam mihi dótem duco ésse, quae dos dícitur,
Séd pudicitiam ét pudorem et sédatum cupídinem, 840
Deúm metum, paréntum amorem et cógnatum concórdiam,
Tíbi morigera atque út munifica sím bonis, prosím probis.
SO. Ne ísta edepol, si haec uéra loquitur, éxamussimst óptuma.
AM. Délenitus súm profecto ita, út me qui sim nésciam.
SO. Ámphitruo's proféeto: caue sis né tu te usu pérduis: 845
Íta nunc homines ínmutantur, póstquam peregre aduénimus.

---

828. Namque: *corr Mue* ‖ 829. AM. *D* | mirum est *vel* est mirum ‖ 830. *add Bo* ‖ 836. delinquit *Nonius* ‖ 837. propterue *D* ‖ 842. munificas in ‖ 843. uera haec *Nonius* ‖ 844. Delinitus: *corr ex Nonio* ‖

AM. Múlier, istam rem ínquisitam cértumst non amíttere.
AL. Édepol me lubénte facies. AM. Quíd ais? respondé mihi:
Quíd si adduco tuóm cognatum húc ab naui Naúcratem,
Quí mecum una uéctust una náui: atque is si dénegat 850
Fácta, quae tu fácta dicis, quíd tibi aequomst fíeri?
Númquid causam dícis, quin te hoc múltem matrimónio?
AL. Sí deliqui, núlla causast. AM. Cónuenit. tu, Sósia,
Dúc hos intro. ego húc ab naui mécum adducam Naúcratem.
SO. Núnc quidem praetér nos nemost: díc mihi uerum sério, 855
Écquis alius Sósia intust, quí mei[s] similís siet?
AL. Ábin hinc a me, dígnus domino séruos? SO. Abeo, sí iubes.
AL. Nímis ecastor fácinus mirumst, quí illi conlubitúm siet
Meó uiro, sic me ínsimulare fálso facinus tám malum.
Quícquid est, iam ex Naúcrate cognáto id cognoscám meo. 860

---

847. istanc B^2 ‖ 849. naucratam *vel* naucratem ‖ 850. Qui *vel* Quid ‖ 854. abducam: *corr J* ‖ 856. *del* D^2 ‖ 858. conlitum: *corr D* ‖ 859. falsum: *corr Lindemannus* ‖

ACTVS III

IVPPITER
DEVS

Ego sum ílle Amphitruo, quóiist seruos Sósia,
Idém Mercurius quí fit quando cómmodumst,
In súperiore quí habito cenáculo,
Qui intérdum fio Iúppiter, quandó lubet. 864
Huc aútem quo<m> extemplo áduentum adporto, ílico
Amphítruo fio et uéstitum inmutó meum.
Nunc húc honoris uóstri uenio grátia,
Ne hanc íncohatam tránsigam comoédiam.
Simul Álcumenae, quám uir insontém probri
Amphítruo accusat, uéni ut auxiliúm feram: 870
Nam méa sit culpa, quód egomet contráxerim,
Si id Álcumenae | ínnocenti | éxpetat.
Nunc Ámphitruonem mémet, ut occepí semel,
Esse ádsimulabo | átque in horum fámiliam
Frustrátionem | hódie iniciam máxumam. 875
Post ígitur demum fáciam res fiát palam
Atque Álcumenae in témpore auxiliúm feram
Faciámque ut uno fétu et quod grauidást uiro
Et mé quod grauidast páriat sine dolóribus.
Mercúrium iussi mé continuo cónsequi, 880
Siquíd uellem imperáre. nunc hanc ádloquar.

ALCVMENA. IVPPITER
MVLIER DEVS

AL. Duráre nequeo in aédibus. ita mé probri,
Stuprí, dedecoris á uiro argutám meo:

---

861. cui (*vel* cuius) est ‖ 862. fit *vel* sit | commodust *vel* commodumst ‖ 870. auxillum *vel* auxilium ‖ 875. initium *vel* iniciam ‖ 882. Durare *vel* Dumre ‖

Ea quaé sunt facta †infectare est at clámitat: 884
Quae néque sunt facta néque ego in me admisi, árguit
Atque íd me susque déque esse habiturám putat.
Non édepol faciam néque me perpetiár probri
Falso ínsimulatam, quín ego illum aut déseram
Aut sátis faciat mi ille átque adiuret ínsuper,
Nolle ésse dicta quae ín me insontem prótulit. 890
IV. Faciúndumst mi illud, fíeri quod illaec póstulat,
Si me íllam amantem ad sése studeam récipere:
Quando égo quod feci fáctum id Amphitruoni óffuit
Atque ílli dudum méus amor negótium
Insónti exhibuit: núnc autem insontí mihi 895
Illíus ira in hánc et maledicta éxpetent.
AL. ⟨S⟩ed éccum uideo, quí me miseram | árguit
Stuprí, dedecoris. IV. Té uolo, uxor, cónloqui.
Quo te áuortisti? AL. Ita ⟨íngeni⟩ ingeniúm meumst:
Inimícos semper ósa sum optuérier. 900
IV. Heia aútem inimicos? AL. Síc est, uera praédico:
Nisi étiam hoc falso díci insimulatúrus es.
IV. Nimis íracunda's. AL. Pótin [est] ut abstineás manum?
Nam cérto si sis sánus aut sapiás satis,
Quam tu ínpudicam esse árbitrere et praédices, 905
Cum ea tú sermonem néc ioco nec sério
Tibi hábeas, nisi [si] sis stúltior stultíssumo.
IV. Si díxi, nilo mágis es neque ego esse árbitror,
Et id húc reuorti, | út me purgarém tibi.
Nam númquam quicquam méo animo fuit aégrius 910
Quam póstquam audiui té⟨d⟩ esse iratám mihi.
Cur díxisti? inquiés. ego expediám tibi.

---

884. at *vel* ad *vel* atque *vel* ac ‖ 887. Non *vel* Ne ‖ 894. ille: *corr Py* ‖ 897. Et: *corr Guy* ‖ 899. *add Sey* ‖ 902. est *Nonius* ‖ 903. uerecunda es *(etiam Nonius)*: *corr Lamb* | est *vel* es: *del Ca* ‖ 906. Cum fatu: *corr Ca* | loco: *corr* D^2 ‖ 907. *del J, Py* ‖ 911. audiui *vel* audiuit | *add Ca* ‖

Non édepol quo te esse ínpudicam créderem:
Verúm periclitátus sum animúm tuom,
Quid fáceres et quo pácto id ferre indúceres. 915
Equidém ioco illa díxeram dudúm tibi,
Ridículi causa. uél hunc rogato Sósiam.
AL. Quin húc adducis meúm cognatum Naúcratem,
Testém quem dudum te ádducturum díxeras, 919
Te huc nón uenisse? IV. Síquid dictumst pér iocum,
Non aéquomst id te sério praeuórtier.
AL. Ego illúm scio quam dóluerit cordí meo.
IV. Per déxteram tuam te, Álcumena, oro óbsecro,
Da míhi | hanc ueniam, ignósce, irata né sies.
AL. Ego ístaec feci uérba uirtute írrita. 925
Nunc quándo factis me ímpudicis ábstinei,
Ab ímpudicis díctis auortí uolo.
Valeás, tibi habeas rés tuas, reddás meas.
Iuben mi íre comites? IV. Sánan es? AL. Si nón iubes,
Ibo égomet: comitem míhi Pudicitiam dúxero. 930
IV. Mane, árbitratu tuó ius iurandúm dabo,
Me meám pudicam esse úxorem arbitrárier.
Id égo si fallo, túm te, summe Iúppiter,
Quaeso Ámphitruoni ut sémper iratús sies.
AL. A, própitius sit pótius. IV. Confidó fore: 935
Nam iús iurandum uérum te aduorsúm dedi.
Iam núnc irata nón es? AL. Non sum. IV. Béne facis.
Nam in hóminum aetate múlta eueniunt huíus modi:
Capiúnt uoluptates, cápiunt rursum míserias:
Irae ínteueniunt, rédeunt rursum in grátiam. 940
Verum írae siquae fórte eueniunt huíus modi
Intér eos: rursum sí reuentum in grátiamst,
Bis tánto amici súnt inter se quám prius.
AL. Primúm cauisse opórtuit ne díceres: 944

---

916. Equidem *vel* Et quidem ‖ 919. dixeras *vel* dixeris ‖ 923. dextram *vel* dexteram ‖ 926. abstines: *corr Luchsius* ‖

Verum éadem si isdem púrgas mi, patiúnda sunt.
IV. Iube uéro uasa púra adornarí mihi,
Vt quae ápud legionem uóta uoui, sí domum
Redíssem saluos, éa ego | exsoluam ómnia.
AL. Ego ístuc curabo. IV. Éuocate huc Sósiam:
Gubérnatorem, qui ín mea nauí fuit, 950
Blepharónem arcessat, quí nobiscum prándeat.
Is ádeo inpransus _ ᴗ ludificábitur,
Quom ego Ámphitruonem cóllo hinc obstrictó traham.
AL. Mirúm quid solus sécum secreto ílle agat.
Atque áperiuntur aédis: exit Sósia. 955

SOSIA. IVPPITER. ALCVMENA
SERVOS DEVS MVLIER

SO. Ámphitruo, assum: síquid opus est, ímpera, imperium éxequar.
IV. Óptume aduenís. SO. Iam _ ᴗ pax est inter uós duos?
Nám quia uos tranquíllos uideo, gaúdeo et uolupést mihi.
Átque ita seruom pár uidetur frúgi sese instítuere:
Proínde eri ut sint, ípse item sit: uóltum e uoltu cómparet: 960
Trístis sit, si erí sint tristes: hílarus sit, si gaúdeant.
Séd age respondé: iam uos redístis in concórdiam?
IV. Dérides, qui scís haec [iam] dudum mé dixisse pér iocum.
SO. Án id ioco dixísti? equidem sério ac ueró ratus.
IV. Hábui expur<i>gátionem: fácta pax est. SO. Óptumest. 965
IV. Égo rem diuinam íntus faciam, uóta quae sunt. SO. Cénseo.
IV. Tú gubernatórem a naui huc éuoca uerbís meis

---

960. ipse item *vel* item ipse | e *vel* et ‖ 961. si eri *vel* fieri ‖ 963. *del Ca* ‖ 965. AL. Habui | *add Ri* ‖

Blépharonem, <q>ui ré diuina fácta mecum prándeat.
SO. Iam híc ero, quom illíc censebis ésse me. IV. Actutum húc redi.
AL. Númquid uis, quin ábeam iam intro, ut ápparentur quíbus opust? 970
IV. Í sane et quantúm potes paráta fac[ta] sint ómnia.
AL. Quín uenis quandó uis intro? fáxo haud quicquam sít morae.
IV. Récte loquere et proínde diligéntem ut uxorém decet.
Iam hi<sce> ámbo, et seruos ét era, frustra súnt duo, 974
Qui me Ámphitruonem réntur esse: erránt probe.
Nunc tú diuine | húc fac adsis Sósia.
Audís quae dico, támetsi praesens nón ades.
Fac Ámphitruonem | áduenientem ab aédibus
Vt ábigas: quouis pácto fac comméntus sis.
Volo déludi illum, [e]dúm cum hac usurária 980
Vxóre nunc mihi mórigero. haec curáta si[e]nt
Fac sís, proinde adeo ut uélle me<d> intéllegis,
Atque út ministres míhi, mihi quom sácruficem.

MERCVRIVS
DEVS

Concédite atque abscédite omnes, dé uia decédite:
Nec quísquam †tam audax fuat homo qui óbuiam obsistát mihi. 985
Nam míhi quidem hercle quí minus liceát deo minitárier
Populó, ni decedát mihi, quam séruolo in comoédiis?

---

968. ut: *corr Goe cum Loewio* ‖ 970. opust *vel* opus ‖ 971. potes *vel* potest | *del Py* ‖ 974. *add Fl* ‖ 977. praeses: *corr* D^2*J* ‖ 978. Faciam amfitrione aduenieute *Nonius* ‖ 979. Vt abeat *Nonius* | cum mentus sies: *corr ex Nonio* ‖ 980. diludi illum edum: *corr J* ‖ 981. *del Ca* ‖ 982. *add Bo* ‖ 983. cum mihi: *trai Ca* ‖

Ille náuem saluam núntiat aut írati aduentúm senis:
Ego súm Ioui dicto aúdiens, eius iússu nunc huc me ádfero.
Quam ob rém mihi magis par ést uia decédere et concédere. 990
Patér uocat me, eúm sequor, eius dícto imperio sum aúdiens.
Vt filium bonúm patri esse opórtet, it[id]em ego [ego] súm patri.
Amánti subparasítor, hortor, ádsto, admoneo, gaúdeo.
Siquíd patri uolupést, uoluptas éa mi multo máxumast.
Amát: sapit: recté facit, animó quando obsequitúr suo: 995
Quod ómnis homines fácere oportet, dum íd modo fiát bono.
Nunc Ámphitruonem uólt deludi méus pater: faxó probe
Iam hic déludetur, spéctatores, uóbis <in>spectántibus.
Capiám coronam mi ín caput, adsímulabo me esse ébrium.
Atque íllue sursum escéndero: inde óptume aspellám uirum 1000
De súpero, quom huc accésserit: faciam út sit madidus sóbrius.
Deinde ílli actutum súfferet suos séruos poenas Sósia:
Eum fécisse ille hodie árguet, quae ego fécero hic: quid <íd> mea?
Meo me aéquomst morigerúm patri: eius stúdio seruire áddecet.
Sed éccum Amphitruonem: áduenit. iam ille híc deludetúr probe, 1005
Siquidém uos uoltis aúscultando operám dare.

---

992. *del Lindemannus* (ego *cum J*) ‖ 993. subparasitor *vel* subparasitabor ‖ 996. fiat *vel* fiat ‖ 998. *add Py* ‖ 1000. cis (*vel* scis) pellam (*vel* pella): *corr Ca* ‖ 1002. ille: *corr Lamb* ‖ 1003. *add Ca* ‖

Ibo íntro, ornatum cápiam qui potí[u]s decet:
Dein[de] súsum escendam in téctum, ut illum hinc próhibeam.

AMPHITRVO

DVX

Naúcratem quem cónuenire uólui, in naui nón erat,
Néque domi neque in úrbe inuenio quémquam qui illum uíderit: 1010
Nam ómnis plateas pérreptaui, gýmnasia et myropólia,
Ápud emporium atque ín macello, ín palaestra atque ín foro,
Ín medicinis, ín tonstrinis, ápud omnis aedís sacras
Súm defessus quaéritando, núsquam inuenio Naúcratem.
Núnc domum ibo atque éx uxore hánc rem pergam exquírere, 1015
Quís fuerit quem própter corpus suóm stupri compléuerit.
Nám me quam illam quaéstionem inquísitam hodie amíttere
Mórtuom satiúst. sed aedis óccluserunt. eúgepae:
Páriter hoc fit átque ut alia fácta sunt: feriám foris.
Áperite hoc: heus, écquis hic est? écquis hoc aperit óstium? 1020

1007. *del Scal* ‖ 1008. *del Ca* | prohibeam *vel* probeam ‖ 1009. Naugratem ‖ 1012. emporinm *vel* emponum ‖ 1013 sq. *dist Vss* ‖ 1018. eugepae *vel* euge ‖

MERCVRIVS. AMPHITRVO
DEVS DVX

ME. Quís ad fores est? AM. Égo sum. ME. Quid ego sum? AM. Íta loquor. ME. Tibi Iúppiter
Díque omnes iráti certo súnt, qui sic frangás fores.
AM. Quó modo? ME. Eo modo, út profecto uíuas aetatém miser.
AM. Sósia. ME. Ita: sum Sósia, nisi mé esse oblitum exístumas.
Quíd nunc uis? AM. Sceléste, at etiam quíd uelim, id tu mé rogas? 1025
ME. Íta, rogo: paene éffregisti, fátue, foribus cárdines.
Án foris censébas nobis públicitus praebérier?
Quíd me aspectas, stólide? quid nunc uís tibi aut quis tú's homo?
AM. Vérbero, etiam quís ego sim me rógitas, ulmorum Ácheruns?
Quém pol ego hodie ob ístaec dicta fáciam feruentém flagris. 1030
ME. Pródigum te fuísse oportet ólim in adulescéntia[m].
AM. Quídum? ME. Quia senécta aetate á me mendicás malum.
AM. Cúm cruciatu tuo ístaec hodie, uérna, uerba fúnditas.
ME. Sácrufico ego tibí. AM. Qui? ME. Quia enim té macto infortúnio.

* * * * * * * *
* * * * * * * * *
* * * * * * * *
* * * * * * * * *

1026. *dist Langenus* | effregisti *vel* effregistis ‖ 1027. publicitus *vel* publicius ‖ 1033. macto infortunio *vel* macto: *cf. fragm I* | *lac sign DE* ‖

I At ego certo †cruce et cruciatum mactabo exuo mastigia.
II Erus Amphitruo occupatus.
III Óptumo iure ínfringatur aúla cineris ín caput.
IV Né tu postulés matulam unam tíbi †aquam infundi ín caput

V Quíd minitabas té facturum, si ístas pepulissém fores?
VI Ibi scrobes effodito plus sexagenos in dies.

VII Láruatus: édepol hominem míserum: medicum quaéritat.
VIII Nílne te pudét, sceleste, pópuli in conspectum íngredi?
IX Mánufestum hunc obtórto collo téneo furem flágiti.
X Immo ego hunc, Thebáni ciues, quí domi uxorém meam
Ímpudicitia ímpediuit, téneo, thensaurúm stupri.

XI Exiúrauisti té mihi dixe pér iocum.
XII Quaeso áduenienti mórbo medicarí iube:
Tu cérte aut laruátus aut cerrítus es.

Fragmenta sicut in editione maiore disposuimus coniunctis quae cohaerere viderentur, sed neque personas adscribere neque audacius distinguere scaenas voluimus ‖ I. *Nonius p. 342* ‖ II. *Nonius p. 354* ‖ III. *et* IV. *Nonius p. 543* ‖ V. *Nonius p. 473* ‖ VI. *Priscianus I p. 168, 5 et p. 320, 24 H., Nonius p. 225 (Probus Cath. p. 20, 2 K., schol. ad Luc. VIII 756 et Verg. Georg. II 50. 288, al.)* | effodito plus *Prisc.*: fodito *Non.* | in die *cod. G schol. Luc.* ‖ VII. *Nonius p. 44* ‖ VIII. *Nonius p. 453* ‖ IX. *Nonius p. 453* (*s. v.* furtum) ‖ X. *Nonius p. 331 et 456* ‖ XI. *Nonius p. 105* ‖ XII. *Nonius p. 44 et 247* | quaeso *vel* quasi | medicati: *corr Hauptius* | iube *vel* iure *vel* iuuem *vel* iuuenem | es aut cerritus: *trai Ac* ‖

XIII Nisi hóc ita factumst proínde ut factum esse aútumo,
Non caúsam dico quín uero insimulés probri.

XIV Quí nequeas nostrórum uter sit Ámphitruo decérnere.

XV _ ∪ _ ∪ _ abiendi núnc tibi etiam occásiost.
XVI †cuiusque me absente córpus uolgauít suom.
XVII Nó[bi]li pessumó precari.
XVIII Animam comprime.
XIX Clandestino
(XX Nón ego te nouí, naualis scríba, columbar[i] ímpudens?)

ACTVS IIII

* * * * * * * * * *
* * * * * * * * *
* * * * * * * * * *

BLEPHARO. GVBERNATOR **AMPHITRVO.** DVX **IVPPITER** DEVS

* * * * * * * * * *

⟨BL.⟩ Vós inter uos pártite: ego abeó, mihi negótiumst: 1035
Néque ego umquam usquam tánta mira mé uidisse cénseo.

XIII. *Nonius p. 237* | uerum quin (*vel* quin in) simules: *corr Langenus* ‖ XIV. *Nonius p. 285* ‖ XV. *Priscianus I p. 564, 12 H.* ‖ XVI. *Nonius p. 182* ‖ XVII. *Servius Dan. in Aen. VIII 127* | *del Daniel* ‖ XVIII. *Nonius p. 233* ‖ XIX. *Gloss. Plaut.* ‖ XX. *Festus p. 169* (Plautus) | *del Scal* ‖

AM. Blépharo, quaeso ut áduocatus mi ádsis neue abeás. BL. Vale.
Quíd opust me aduocáto, qui[n] utri sim áduocatus néscio?
IV. Íntro ego hinc eo: Álcumena párturit. AM. Perií miser.
Quíd ego _ ᴗ quem áduocati iam átque amici déserunt? 1040
Númquam edepol me inúltus istic lúdificabit quísquis est.
[Nam] Iám ad regem rectá me ducam résque ut factast éloquar.
Égo pol illum ulcíscar hodie Théssalum uenéficum,
Quí peruorse pérturbauit fámiliae mentém meae.
Séd ubi illest? intro édepol abiit, crédo ad uxorém meam. 1045
Quí me Thebis álter uiuit míserior? quid núnc agam?
Quem ómnes mortalés ignorant ét ludificant út lubet.
Cértu⟨m⟩st, intro rúmpam in aedi[bu]s: úbi quemque hominem aspéxero,
Si[ue] áncillam, seu séruom, siue uxórem, siue adúlterum,
Seú patrem, siue áuom uidebo, óbtruncabo in aédibus: 1050
Néque me Iuppitér neque di omnes íd prohibebunt, sí uolent,
Quín sic faciam ut⟨í⟩ constitui: pérgam in aedi[bu]s núnciam.

1038. opust med *vel* opus me | *del Ca* ‖ 1041. Numquem: *corr J* | ludificauit ‖ 1042. *del Gru* ‖ 1048. *add J* | *del Ca* ‖ 1049. *delevimus* | siue seruum | siue (*vel* seu) adulterum ‖ 1052. *add et del Ca* ‖

ACTVS V

BROMIA. AMPHITRVO
ANCILLA DVX

BR. Spes átque opes uitaé meae iacént sepultae in péctore
Neque úllast confidéntia iam in córde quin amíserim.
Ita míhi uidentur ómnia, mare, térra, caelum cónsequi,
Iam ut ópprimar, ut énicer. me míseram: quid agam néscio. 1056
Ita tánta mira in aédibus sunt fácta: uae miseraé mihi.
Animó malest, aquám uelim: corrúpta sum atque absúmpta sum.
Capút dolet neque aúdio nec óculis prospició satis.
Nec mé miserior féminast neque úlla uideatúr magis.
Ita eraé meae hodie cóntigit: nam ubi párturit, deos síbi inuocat, 1061
Strepitús, crepitus, sonitús, tonitrus: ut súbito ut propere, ut uálide tonuit.
Vbi quísque institerat, cóncidit crepitu: íbi nescioquis máxuma
Vóce exclamat: 'Álcumena, adést auxilium, né time:
Ét tibi et tuís propitius caéli cultor áduenit. 1065
Exsúrgite' inquit 'quí terrore meo óccidistis praé metu'.
Vt iácui, exurgo: ardére censui aédis: ita tum cónfulgebant.
Íbi me inclamat Álcumena: iam éa res me horrore ádficit.
Erílis praeuortít metus: accúrro ut sciscam quíd uelit:
Atque íllam geminos fílios puerós peperisse cónspicor:

1053. Spes *vel* (D)apes ‖ 1054. confidentiā: *corr* B^2 ‖ 1056. inicer *vel* inicier *vel* enicer ‖ 1067. tum *vel* tunc *vel* tim ‖ 1068. res me *vel* res ‖ 1069. meotus *vel* meo(to)tius *vel* motus: *corr ex Nonio* | sciam *Nonius* ‖

Neque nóstrum quisquam sénsimus, quom péperit, neque prouídimus. 1071
Séd quid hoc? quis hic ést senex,
Qui ante aédis nostras síc iacet? numnam húnc percussit Iúppiter?
Credo édepol: nam pro Iúppiter, sepúltust quasi sit mórtuos.
Ibo út cognoscam, quísquis est. Amphítruo †hic quidem érus meus. 1075
Amphítruo. AM. Perii. BR. Súrge. AM. Interii. BR. Cédo manum. AM. Quis mé tenet?
BR. Tua Brómia ancilla. AM. Tótus timeo |, íta me increpuit Iúppiter.
Nec sécus est quasi si ab Ácherunte uéniam. sed quid tú foras
Egréssa's? BR. Eadem nós formido tímidas terrore ímpulit: 1079
In aédibus, tu ubi hábitas, nimia míra uidi. uaé mihi, Amphítruo |: ita mihi ánimus etiam núnc abest. AM. Agedum éxpedi:
Scin mé tuom esse erum Ámphitruonem? BR. Scío. AM. Vide etiam núnc. BR. Scio.
AM. Haec sóla sanam méntem gestat meórum familiárium.
BR. Immo ómnes sani súnt profecto. AM. At me úxor insaním facit
Suis foédis factis. BR. Át ego faciam tu ídem ut aliter praédices, 1085
Ámphitruo: piam ét pudicam ésse tuam uxorem út scias,
De eá re signa atque árgumenta paúcis uerbis éloquar.

1071. Neque prouidimus (*vel* praeuidimus) *adhaeret v. 1072* ‖ 1075. et: *corr Ac* | cognoscam *vel* cognosco ‖ 1078. acheronte ‖ 1083. sarcam *vel* saccam: *corr Ca* | mentem gestat *vel* gestat | mearum *vel* morum *vel* mea: *corr Ac* ‖ 1086. tuam esse *vel* esse tuam *vel* esse ‖

Ómnium primum Álcumena géminos peperit fílios.
AM. Aín tu, geminos? BR. Géminos. AM. Di me séruant. BR. Sine me dícere,
Ýt scias tibi tuaéque uxori deós esse omnis própitios. 1090
AM. Lóquere. BR. Postquam párturire hodie úxor occepít tua,
Ýbi utero exortí dolores, út solent puérperae,
Ínuocat deos ínmortalis, út sibi auxiliúm ferant,
Mánibus puris, cápite operto. íbi continuo cóntonat 1094
Sónitu maxumo. aédes primo rúere rebamúr tuas:
Aédis totae cónfulgebant tuaé, quasi essent aúreae.
AM. Quaéso, absoluito hínc me extemplo, quándo satis delúseris.
Quíd fit deinde? BR. Dum haéc aguntur, ínterea uxorém tuam
Néque gementem néque plorantem nóstrum quisquam audíuimus:
Íta profecto síne dolore péperit. AM. Iam istuc gaúdeo, 1100
Ýtut erga me méritast. BR. Mitte istaéc, [atque] haec quae dicam áccipe.
Póstquam peperit, púeros lauere iússit nos. occépimus.
Séd puer ille quém ego laui, ut mágnust et multúm ualet.
Néque eum quisquam cólligare quíuit incunábulis.
AM. Nímia mira mémoras: si istaec uéra sunt, diuínitus 1105
Nón metuo quin méae | uxori látae suppetiaé sient.
BR. Mágis iam faxo míra dices. póstquam in cunas cónditust,

1092. Ibi ‖ 1098. sit *vel* fit ‖ 1101. *del Bo* ‖ 1102. lauare: *corr ex Nonio* | ut hos accedimus *Nonius* ‖

Déuolant angués iubati deórsum in inpluuiúm duo
Máxumi: contínuo extollunt ámbo capita. AM. Eí mihi.
BR. Né paue. sed ángues oculis ómnis circumuísere. 1110
Póstquam pueros cónspicati, pérgunt ad cunás citi:
Égo cunas recéssim rursum uórsum trahere et dúcere,
Métuens pueris, míhi formidans, tántoque angues ácrius
Pérsequi. postquám conspexit ángues ille altér puer, 1114
Cítus e cunis éxilit, facit récta in anguis ínpetum:
Álterum alterá prehendit eós manu perníciter.
AM. Míra memoras: nímis formidolósum facinus praédicas:
Nám mihi horror mémbra misero pércipit dictís tuis.
Quíd fit deinde? pórro loquere. BR. Púer ambo anguis énicat.
Dum haéc aguntur, uóce clara exclámat uxorém tuam — 1120
AM. Quís homo? BR. Summus ímperator díuom atque hominum Iúppiter:
Ís se dixit cum Álcumena clám consuetum cúbitibus,
Eúmque filiúm suom esse, quí illos angues uícerit:
Álterum tuom ésse dixit púerum. AM. Pol me haud paénitet, 1124
Sí licet boní dimidium míhi diuidere cúm Ioue.
Ábi domum, iube uása pura actútum adornarí mihi,

1108. iuuati: *corr D² cum Servio Dan.*: iubatae *Nonius* (*et* in conpluuium) ‖ 1112. recessum: *corr Valla* ‖ 1115. *post 1116 extat* ‖ 1116. altera praehendit *vel* alter ap(p)rehendit ‖ 1117. facinus praedicas *vel* praedicas facinus ‖ 1119. fit *vel* sit ‖ 1122. cubilibus: *corr Scal* ‖ 1124. tuum esse *vel* esse tuum ‖ 1125. Si licet *vel* Scilicet ‖ 1126. iube *vel* iuue ‖

Ýt Iouis suprémi multis hóstiis pacem éxpetam.
Égo Teresiam cóniectorem áduocabo et cónsulam,
Quíd faciundum cénseat: simul hánc rem ut factast éloquar.
Séd quid hoc? quam uálide tonuit. di, óbsecro uostrám fidem. 1130

IVPPITER. AMPHITRVO
DEVS DVX

IV. Bono ánimo's: adsum auxílio, Amphitruo, tíbi et tuis:
Nil ést quod timeas: háriolos, harúspices
Mitte ómnes: quae futúra et quae facta éloquar,
Multo ádeo melius quam ílli, quom sum Iúppiter.
Primum ómnium Alcuménae usuram córporis 1135
Cepi ét concubitu gráuidam feci fílio.
Tu gráuidam item fecísti, quom in exércitum
Proféctu's: uno pártu duos peperít simul.
Eorum álter, nostro quíst susceptus sémine,
Suis fáctis te inmortáli adficiet glória. 1140
Tu cum Álcumena uxóre antiquam in grátiam
Redi: haúd promeruit quam ób rem uitio uórteres:
Mea uí subactast fácere. ego in caelúm migro.

AMPHITRVO
DVX

Fáciam ita ut iubés et te oro prómissa ut serués tua.
Íbo ad uxorem íntro: missum fácio Teresiám senem.
Núnc, spectatorés, Iouis summi caúsa clare plaúdite. 1146

1137. item *vel* ita ‖ 1138. Profectus: *corr* *Fl* | 1146 clara *vel* clare *vel* dare ‖

T. MACCI PLAVTI

A S I N A R I A

GRAECA ONAGVS DEMOPHILV

PERSONAE

LIBANVS SERVOS
DEMAENETVS SENEX
ARGYRIPPVS ADVLESCENS
CLEAERETA LENA
LEONIDA SERVOS
MERCATOR (CHLAMYDATVS)
PHILAENIVM MERETRIX
DIABOLVS ADVLESCENS
PARASITVS
ARTEMONA VXOR
GREX

ARGVMENTVM

Amánti argento fílio auxiliárier
Sub império uiuens uólt senex uxório:
Itaque ób asinos relátum pretium Saúreae
Numerári iussit séruo<lo> Leónidae.
Ad amícam id fertur: cédit noctem fílius. 5
Riuális amens ób <p>raereptam múlierem
Is rem ómnem uxori pér parasitum núntiat.
Accúrrit uxor ác uirum e lustrís rapit.

---

3. ob *vel* ab ‖ 4. *add Ald* ‖ 6. riumus | *add Ca* ‖ 8. eius trisrae: *corr Ca ex v. 934* ‖

PROLOGVS

Hoc ágite sultis, spéctatores, núnciam:
Quaequidém mihi atque uóbis res uortát bene
Gregique huíc et dominis átque conductóribus.
Face núnciam tu praéco omnem auritúm poplum.
Age núnc reside: cáue modo ne gráti<i>s. 5
Nunc quíd processerim húc et quid mihi uóluerim
Dicam: út sciretis nómen huius fábulae.
Nam quód ad argumentum áttinet, sané breuest.
Nunc quód me dixi uélle uobis dícere
Dicam: húic nomen Graéce Onagost fábulae: 10
Demóphilus scripsit, Máccus uortit bárbare:
Asináriam uolt ésse, si per uós licet.
Inést lepos ludúsque in hac comoédia:
Ridícula res est: dáte benigne operám mihi.
Vt uós †item alias, páriter nunc Mars ádiuuet. 15

---

1. si uultis *vel* sultis *(sic Donatus)* ‖ 4. Eace *vel* Face | iam nunc: *trai Lingius* | populum *vel* poplum ‖ 5. *add Scal* ‖ 10. onagrost *vel* onagost ‖ 13. Inest *vel* Id est ‖

ACTVS I

LIBANVS. DEMAENETVS
SERVOS SENEX

LI. Sicút tuom uis únicum gnatúm tuae
Superésse uitae sóspitem et supérstitem,
Ita téd obtestor pér senectutém tuam
Perque íllam quam tu métuis uxorém tuam:
Siquíd med erga | hódie falsum díxeris, 20
Vt tíbi superstes úxor aetatém siet
Atque ílla uiua uíuos ut pestem óppetas.
DE. (Per Díum Fidium quaéris: iurató mihi
Videó necesse esse éloqui quidquíd roges.)
Ita me óbstinate adgréssu's, ut non aúdeam 25
Profécto percontánti quin promam ómnia.
Proinde áctutum istuc quíd sit quod scire éxpetis
Elóquere: ut ipse scíbo, te faciam út scias.
LI. Dic óbsecro hercle sério quod té rogem:
Caue míhi mendaci quícquam. DE. Quin tu ergó rogas? 30
LI. Num me ílluc ducis, úbi lapis lapidém terit?
DE. Quid istúc est aut ubi istúc est terrarúm loci? 32a
(DE. Quid istúc sit aut ubi istúc sit nequeo nóscere.)
LI. (Vbi flént nequam homines quí polentam pínsitant.) 32c

18. ted *vel* te ‖ 23 sq. *secl Fl* | deum: *corr Hermolaus* ‖ 25. adgressus ‖ 26. percunctanti ‖ 32 b. *una cum iterato* 32 c *legitur post v. 45: trai Ca, secl Scal* | istud (*vel* istuc) est aut: *corr Ca* ‖ 32 c. *secl Ac* | pinsitant *vel* pransitant ‖

Apud fústitudinas férricrepinas ínsulas, 33
Vbi uíuos homines mórtui incursánt boues.
DE. Modo pól percepi, Líbane, quid istuc sít loci: 35
Vbi fít polenta, té fortasse dícere. LI. Ah[c],
Neque hércle ego istuc díco nec dictúm uolo
Teque óbsecro hercle, ut quaé locutu's déspuas.
DE. Fiát: geratur mós tibi. LI. Age age, usque éxcrea.
DE. Etiámne? LI. Age quaeso hercle úsque ex penitis faúcibus: 40
Etiam ámplius. DE. Nam quo úsque? LI. Vsque ad mortém uolo.
DE. Caue sís malam rem. LI. Vxóris dico, nón tuam.
DE. Donó te ob istuc díctum, ut expers sís metu.
LI. Di tíbi dent quaequomque óptes. DE. Redde operám mihi.
Cur hóc ego ex te quaéram aut cur minitér tibi, 45
Proptérea quod me nón scientem féceris? 48
Aut cúr postremo fílio suscénseam,
Patrés ut faciunt céteri? LI. Quid istúc nouist?
Demíror quid sit ét quo euadat sum ín metu. 51
DE. Equidém scio iam fílius quod amét meus
Istánc meretricem e próxumo Philaénium.
Estne hóc ut dico, Líbane? LI. Rectam instás uiam:
Ea rés est: sed eum mórbus inuasít grauis. 55
DE. Quid mórbist? LI. Quia non súppetunt dictís data.
DE. Tune és adiutor núnc amanti fílio?

---

33. fustitudinas *vel* fustidunas ‖ 37. ego *vel* ergo ‖ 38. ut qui B^2 | locutus: *corr Fl* ‖ 40. *post v. 55 legitur* | quaesso hercule *Priscianus* ‖ 43. expers sis *vel* expressis ‖ 45. *Cf ad v. 32b* ‖ 48. non scientem *vel* nescientem ‖ 51. *post v. 83 legitur (una cum iterato v. 52): trai Ac* ‖ 52. scio iam *vel* iam scio ‖ 53. philenium: *corr Py* ‖ 54. instas *vel* instans ‖ 55. *Cf ad v. 40* ‖

LI. Sum uéro, et alter nóster est Leónida.
DE. Bene hércle facitis: ét a me initis grátiam.
Verúm meam uxorem, Líbane, [ne]scis qualís siet. 60
LI. Tu prímus sentis: nós tamen in pretió sumus.
DE. Fateór eam esse inpórtunam atque incómmodam.
LI. Postérius istuc dícis quam credó tibi.
DE. Omnés parentes, Líbane, liberís suis,
Qui mi aúscultabunt, fácient obsequéntiam: 65
[Quippe quí mage amico utántur gnato et béneuolo:]
Atque égo me id facere stúdeo: uolo amari á meis,
Volo mé patris mei símilem, qui causá mea
Naucléri<c>o ipse ornátu per falláciam
Quam amábam abduxit áb lenone múlierem. 70
Neque púduit eum id aetátis sycophántias
Struere ét beneficiis me émere gnatum suóm sibi.
Eos mé decretumst pérsequi morés patris.
Nam me hódie orauit Árgyrippus fílius,
Vt<í> sibi amanti fácerem argenti cópiam: 75
Et íd ego percupio óbsequi gnató meo.
[Volo amori obsecutum illius, uolo amet me patrem.]
Quamquam íllum mater árte contentéque habet,
Patrés ut cons<ue>uérunt: ego mitto ómnia haec.
Praesértim quom is me dígnum quoi concréderet
Habuít, me habere honórem eius ingenió decet:
Quom me ádiit, ut pudéntem gnatum aequómst patrem, 82
Cupio ésse amicae quód det argentúm suae.
LI. Cupis íd quod cupere té nequiquam intéllego:

60. *del Bo* ‖ 63. dicis *vel* dictis ‖ 65. obsequellam: *corr Scal* ‖ 66. *secl Fl* | bene uolo *vel* beniuolo ‖ 67. amari *vel* amare ‖ 68. me (*vel* mei) patris mei ‖ 69. Nauderio: *corr Ca* ‖ 72. meęmare *vel* mee mea (*vel* m&) re *vel* me emere ‖ 75. *add Py* ‖ 76 Ego sane cupio obsequi *Nonius* ‖ 77. *secl Fl* ‖ 82. aequost *vel* atquost *vel* aequomst ‖ 83. *Cf ad v. 51* ‖

Dotálem seruom Saúream uxor túa ⏑ _ 85
Addúxit, quoi plus ín manu sit quám tibi.
DE. Argéntum accepi, dóte imperium uéndidi.
Nunc uérba in pauca cónferam quid té uelim.
Vigínti iam usust fílio argentí minis:
Face id út paratum iám sit. LI. Vnde géntium?
DE. Me défraudato. LI. Máxumas nugás agis: 91
Nudó detrahere uéstimenta mé iubes.
(Defrúdem te ego? age sís, tu sine pennís uola.)
Ten égo defrudem, quoi ípsi nil est ín manu,
Nisi quíd tu porro uxórem defrudáueris? 95
DE. Qua mé, qua uxorem, quá tu seruom Saú-
ream
Potés, circumduce, aúfer: promittó tibi
Non óbfuturum, sí | id hodie efféceris.
LI. Iubeás una opera mé piscari in áere
†Venari autem rete iaculo in medió mari. 100
DE. Tibi óptionem súmito Leónidam:
Fabricáre quiduis, quíduis comminíscere:
Perfícito argentum | hódie ut habeat fílius,
Amícae quod det. LI. Quíd ais tu, Demaénete?
⏑ quíd si forte in ínsidias deuénero, 105
Tun rédimes me, si me hóstes intercéperint?
DE. Redimám. LI. Tum tu igitur áliud cura
quídlubet.
DE. Ego eo ád forum, nisi quíd uis. LI. Ei,
bene ámbula.
DE. Atque aúdin etiam? LI. Ecce. DE. Siquid
té uolam,
Vbi erís? LI. Vbiquomque lúbitum erit animó
meo. 110
Profécto nemost quém iam dehinc metuám mihi,

---

86. sit *vel* est ‖ 91. defraudato *vel* defrudato ‖ 92. Nudo *vel* Nodo ‖ 93. *secl Fl* ‖ 94. Tene: *corr ex Nonio* ‖ 95. defraudaueris *vel* defrudaueris ‖ 96. me *vel* me arte ‖ 98. si id *Festus*: sit *vel* si ‖ 108. Ego eo *vel* Eo ego | DE. Fiet ne ambula: *corr Fl* ‖

Nequíd nocere póssit, quom tu míhi tua
Orátione omnem ánimum ostendistí tuom.
Quin té quoque ipsum fácio haud magni, si hóc
patro.
Pergám quo occepi atque íbi consilia exórdiar.
⟨DE.⟩ Audín tu? apud Archibúlum ego ero ar-
gentárium. 116
LI. Nempe ín foro? DE. Ibi, siquíd opus fuerit.
LI. Méminero.
⟨DE.⟩ Non ésse seruos péior hoc quisquám potest
Nec mágis uorsutus néc quo ab caueas aégrius.
Eidem hómini, siquid récte curatúm uelis, 120
Mandés: moriri sése misere máuolet,
Quam nón perfectum réddat quod promíserit.
Nam ego illúc argentum tám paratum fílio
Scio ésse quam me hunc scípionem cóntui.
[LI.] Sed quíd ego cesso ire ád forum quo[d]
inc[o]éperam? 125
⏑ _ atque ibi manébo apud argentárium.

ARGYRIPPVS
ADVLESCENS

Sícine hoc fít? foras aédibus me éici?
Prómerenti óptume hoc[c]ín[e] preti rédditur?
Béne merentí mala's, mále merentí bona's.
Át malo cúm tuo: nám iam ex hoc locó 130
Íbo ego ad trésuiros uóstraque ibi nómina
Fáxo erunt: cápitis te pérdam ego et fíliam,
Perlecebrae, permities, adulescentum exitium.
Nám mare haud ést mare: uós mare acérrumum:

---

112. possit cum mihi *vel* mihi possit cum: *ubi* tu *add B*[2] ‖ 116–118. *pers add et corr Angelius* ‖ 117. siquid *vel* siquidem ‖ 120. Eidem *vel* Fidem ‖ 121. mauolet *vel* magis uolet ‖ 123. illud: *corr Bo* ‖ 125. *pers del Angelius* ‖ 128. *del Bo* ‖ 133. *cf. ad Amph 159 sqq.* ‖

Nam ín mari répperi, hic élaui boní́s. 135
Íngrata atque ínrita esse ómnia intéllego
Quaé dedi et quód bene féci: at posthác tibi
Mále quod potero fácere, faciam méritoque id faciám tuo.
Égo pol te redigam eódem unde orta's, ád egestatis términos:
Égo edepol te fáciam ut quae sis núnc et quae fuerís scias. 140
Quaé prius quam istam adii átque amans ego ánimum meum | istí dedi,
Sórdido uitam óblectabas páne in pannis ínopia:
Atque ea si erant, mágnam habebas ómnibus dis grátiam.
Éadem nunc, quomst mélius, me quoius óperast ignorás, mala.
Réddam ego te ex ferá fame mansuétem: me spectá modo. 145
Nám isti quod succénseam ipsi níl est, nil quicquám meret:
Tuó facit iussú, tuo imperio páret: mater tu éadem era's.
Té ego ulciscar, té ego ut digna's pérdam atque ut de mé meres.
Át scelesta uíden ut ne id quidem mé dignum esse exístumat
Quém adeat, quem cónloquatur quoíque irato súpplicet?
Átque eccam inlecebra éxit tandem: opínor hic ante óstium 151
Meó modo loquar quaé uolam, quoniam íntus non licitúmst mihi.

---

143. magnas — gratias: *corr Bent* ‖ 145. mansuetam: *corr ex Nonio* ‖ 146. quid: *corr Ac* ‖ 150. conlocatur *vel* conloquatur ‖ 151. exit *vel* exiit ‖

CLEAERETA. ARGYRIPPVS
LENA ADVLESCENS

CL. V́num quodque istórum uerbum númmis Philippeis aúreis
Nón potest auférre hinc a me, síquis emptor uénerit:
Néc recte quae tu ín nos dicis, aúrum atque argentúm merumst. 155
Fíxus hic apud nós est animus túos clauo Cupídinis:
Rémigio uelóque quantum póteris festina ét fuge:
Quám magis te in altúm capessis, tam aéstus te in portúm refert.
AR. Ego pol istum pórtitorem príuabo portório:
Égo te dehinc, ut mérita's de me et meá re, tractare éxequar, 160
Quóm tu me⟨d⟩ ut méritus sum non tráctas ⟨at⟩que eicís domo.
CL. Mágis istuc percípimus lingua díci quam factís fore.
AR. Sólus solitúdine ego ted átque ab egestate ábstuli:
Sólus si ductém, referre grátiam numquám potes.
CL. Sólus ductató, si semper sólus quae poscám dabis. 165
Sémper tibi promíssum habeto hac lége, dum superés datis.
AR. Quí modus dandó? nam numquam tú quidem expleri potes.
Módo quom accepisti, haúd multo post áliquid quod poscás paras.
CL. Quíd modist ductándo, amando? númquamne explerí potes?
Módo remisistí, continuo iam út remittam ad té rogas.

---

157. potes *Nonius* ‖ 158. Quo magis (*om* tam) *Nonius* ‖ 161. me: *corr Bo* | quae: *corr Lachm* ‖ 167. dandi: *corr Ac* ‖ 168 Modo quod: *corr Py* ‖

AR. Dédi equidem quod mécum egisti. CL. Et tíbi ego misi múlierem: 171
Pár pari datum hóstimentumst, ópera pro pecúnia.
AR. Mále agis mecum. CL. Quíd me accusas, sí facio officiúm meum?
Nám neque fictum usquámst neque pictum néque scriptum in poématis,
Vbi lena bene agát cum quiquam amánte, quae frugi ésse uolt. 175
<AR.> Míhi quidem te párcere aequomst tándem, ut tibi durém diu.
<CL.>. Nón tu scis? quae amánti parcet, éadem sibi parcét parum.
Quási piscis itidémst amator lénae: nequamst nísi recens.
Ís habet sucum, is suáuitatem: eum quóuis pacto cóndias
Vél patinariúm, uel assum uórses quo pactó lubet. 180
Ís dare uolt, is se áliquid posci: nam íbi de pleno prómitur,
Néque ille scit quid dét, quid damni fáciat: illi reí studet:
Vólt placere sése amicae, uólt mihi, uolt pédisequae,
Vólt famulis, uolt étiam ancillis: ét quoque catuló meo
Súbblanditur nóuos amator, se út quom uideat gaúdeat.
Véra dico: ad suóm quemque hominem quaéstum esse aequomst cállidum. 186
AR. Pérdidici istaec ésse uera dámno cum magnó meo.
CL. Si écastor nunc hábeas quod des, ália uerba praéhibeas:
Núnc quia nil habés, maledictis te eám ductare póstulas.

---

174. fictum *et* est neque (nec) *add ex Nonio* ‖ 176 sq. *add Scut* ‖ 179 sq. *dist Ac* ‖ 181. ubi ‖ 188 Si ecastor *vel* Sic castor | perhibeas *vel* prohibeas: *corr Passeratius* ‖

AR. Nón meumst. CL. Nec meúm quidem edepol ád te ut mittam gráti<i>s. 190
Vérum aetatis átque honoris grátia hoc fiét tui:
Quía nobis lucró fuisti pótius quam decorí tibi,
Sí mihi dantur dúo talenta argénti numerata ín manum,
Hánc tibi noctem honóris causa gráti<i>s donó dabo.
AR. Quíd, si non est? CL. Tíbi non esse crédam: illa alio ibít tamen. 195
AR. Vbi illaec quae dedi ánte? CL. Abusa: nám si ea durarént mihi,
Múlier mitterétur ad te, númquam quicquam póscerem.
Díem aquam solem lúnam noctem, haéc argento nón emo:
Cétera quae uólumus uti Graéca mercamúr fide.
Quom á pistore pánem petimus, uínum ex oenopólio, 200
Si aés habent, dant mércem: eadem nós discip<u>lina útimur:
Sémper o[c]culataé manus sunt nóstrae, credunt quód uident.
Vétus est 'nili †coáctiost' — scis cúius: non dico ámplius.
AR. Áliam nunc mi orátionem déspoliato praédicas,
[Longe aliam, inquam, praebes nunc atque olim quom dabam] 205
Áliam atque olim quom ínliciebas mé ad te blande ac bénedice.
Túm mi aedes quoque árridebant, quom ád te ueniebám, tuae.
Me únice unum ex ómnibus te atque íllam amare ai[e]bás mihi.
Vbi quid dederam, quási columbae púlli in ore ambaé meo

---

190 194. *add Ca* ‖ 197. ad te nec te quicquam pascerem *Nonius* ‖ 200. oenopolio *vel* cenopolio ‖ 201. *add Fl* ‖ 202. occulatae *vel* obcultae *vel* occultatae ‖ 203. coaetio (*vel* coactio) est ‖ 205. *secl Fl* ‖ 208. *del Bent* ‖

Vsque eratis: meó de studio stúdia erant uostra ómnia.
Vsque adhaerebátis: quod ego iússeram, quod uólueram, 211
Fáciebatis: quód nolebam ac uótueram, de indústria
Fúgiebatis néque conari id fácere audebatís prius.
Núnc neque quid uelím neque nolim fácitis magni, péssumae.
CL. Nón tu scis? hic nóster quaestus aúcupi simíllumust. 215
Aúceps quando cóncinnauit áream, offundít cibum:
Áues adsuescunt: nécessest facere súmptum qui quaerít lucrum. 217. 218
Saépe edunt: semél si captae súnt, rem soluont aúcupi.
Ítidem hic apud nos: aédis nobis áreast, aucéps sum ego,
Éscast meretrix, léctus inlex ést, amatorés aues. 221
Béne salutandó consuescunt, cómpellando blánditer,
Ósculando, orátione uínnula, uenústula.
Sí papillam pértractauit, haúd est ab re | aúcupis.
Sáuium si súmpsit, sumere eúm licet sine rétibus. 225
Haécine te esse oblítum, in ludo quí fuisti tám diu?
AR. Túa ista culpast, quaé discipulum sémidoctum abs te ámoues.
CL. Rémeato audactér, mercedem sí eris nactus: núnc abi.
AR. Máne, mane, audi: díc, quid me aequom cénses pro illa tíbi dare,
Ánnum hunc ne cum quíquam alio sit? CL. Túne? uigintí minas: 230
Átque ea lege: si álius ad me príus attulerit, tú uale.
AR. Át ego est etiam príus quam abis quod uólo loqui. CL. Dic quód lubet.
AR. Nón omnino iám perii: est relícuom quo pereám magis.

---

213. conari *vel* coronari ‖ 216. concinauit: *corr D* ‖ 219. sunt captae: *trai Gru* ‖ 220. Ititidem *vel* Itidem ‖ 224. pertractabit: *corr Ca* ‖ 233. quo *vel* quod ‖

Hábeo unde istuc tíbi quod poscis dém: sed in legés meas
Dábo, ut<i> scire póssis, perpetuom ánnum hunc mihi uti séruiat 235
Néc quemquam interea álium admittat prórsus quam me ad sé uirum.
CL. Quín, si tu uolés, domi serui quí sunt castrabó uiros.
Póstremo, ut uolés nos esse, sýngraphum facito ádferas.
Ýt uoles, ut tíbi lubebit, nóbis legem inpónito:
Módo tecum una argéntum adferto, fácile patiar cétera. 240
[AR.] Pórtitorum símillumae sunt iánuae lenóniae:
Si ádfers, tum patént: si non est quód des, aedes nón patent.
<AR.> Ínterii, si nón inuenio ego íllas uigintí minas:
Ét profecto, nísi illud perdo argéntum, pereundúmst mihi.
Núnc pergam ad forum átque experiar ópibus, omni cópia: 245
Súpplicabo, exóbsecrabo, ut quémque amicum uídero.
Dígnos, indignós adire †atque experiri certumst mihi:
Nám si mutuás non potero, cértumst sumam faénore.

ACTVS II

LIBANVS

SERVOS

Hércle uero, Líbane, nunc te méliust expergíscier
Átque argento cónparando fíngere falláciam. 250

---

235. *add Ca* ‖ 238. syngrapham: *corr Sarac* ‖ 241. *del Lamb* ‖ 243. *add Lamb* ‖ 247. experiri *vel* experire ‖ 249. nunc te meliust *vel* non te melius uel ‖

Iám diust factúm, quom discesti áb ero atque abi<i>sti ád forum,
[Igitur inueniúndo argento ut fíngeres falláciam.]
Íbi tu ad hoc diéi tempus dórmitasti in ótio.
Quín tu abs te socórdiam omnem réice et segnitiem ámoue
Átque ad ingeniúm uetus uorsútum te recipís tuom?
Sérua erum: caue tú idem faxis álii quod seruí solent; 256
Quí ad eri fraudátionem cállidum ingeniúm gerunt.
Ѵnde sumam? quem ínteruortam? quo hánc celocem cónferam?
Ínpetritum, inaúguratumst: quóuis a<d>mittúnt aues.
Pícus et cornix [est] ab laeua, córuos, parra ab déxtera 260
Cónsuadent: certum hérclest uostram cónsequi senténtiam.
Séd quid hoc, quod pícus ulmum túndit? haud temeráriumst.
Cérte hercle ego quantum éx augurio aúspici<oque> intéllego,
Aút mihi in mundó sunt uirgae aut átriensi Saúreae.
Séd quid illuc, quod éxanimatus cúrrit huc Leónida?
Métuo quom illic óbscaeuauit meaé falsae falláciae. 266

LEONIDA. LIBANVS
SERVI II

LE. Ѵbi ego nunc Libanúm requiram aut fámiliarem fílium,

---

251. *add Ca* ‖ 252. *secl Guy* ‖ 258. celocem *vel* celo ēē ‖ 260. cornex *vel* cornix | *del Guy* | porro: *corr* B^2 ‖ 262. haud *pro* non *Nonius* ‖ 263. *add Merula* ‖ 266. quod: *corr ex Nonio* (cum) | obsc(a)euauit *(sic Nonius) vel* obsc(a)eruauit *vel* obseruauit ‖ 267. nunc libanum *vel* libanum nunc ‖

Vt ego illos lubéntiores fáciam quam Lubéntiast?
Máxumam praedam ét triumphum eis ádfero aduentú meo.
Quándo mecum páriter potant, páriter scortarí solent,
Hánc quidem quam náctus praedam páriter cum illis pártiam. 271
LI. Íllic homo aedis cómpilauit, móre si fecít suo:
Vaé illi qui tam indíligenter óbseruauit iánuam.
LE. Aétatem uelím seruire, Líbanum ut conueniám modo.
LI. Meá quidem hercle | ópera liber númquam fies ócius. 275
LE. Étiam de tergó ducentas plágas praegnatís dabo.
LI. Lárgitur pecúlium: omnem in térgo thensaurúm gerit.
LE. Nám †si huic occasioni tempus sése supterdúxerit,
Númquam edepol quadrígis albis índipiscet póstea.
Érum | in obsidióne linquet, ínimicum animos aúxerit.
Séd si mecum occásionem opprímere hanc quae obuenít studet, 281
Máxumas opímitatis gaúdio effertíssumas
Suís eris ille úna mecum páriet, gnatoque ét patri,
Adeo ut aetatem ámbo ambobus nóbis sint obnóxii,
Nóstro deuinctí beneficio. LI. Vínctos nescioquós ait.
Nón placet: metuo ín commune néquam fraudem fraúsus sit. 286
LE. Périi ego oppidó, nisi Libanum inuénio iam, ubi ubist géntium.
LI. Íllic homo socium ád malam rem quaérit quem adiungát sibi.
Nón placet: pro mónstro extemplost, quándo qui sudát tremit.

---

270. potant *vel* portant ‖ 274. Aetate: *corr ex Nonio* ‖ 277. omnem *vel* omne ‖ 279. indipiscet *vel* indispiscet ‖ 282. opimitates *vel* opimates (optimitas et *Nonius*) ‖ 286. siet: *corr ex Nonio* ‖ 289. exemplo est *Nonius cum D*[1] sudat qui *Nonius* ‖

LE. Séd quid ego hic properáns concesso pédibus, lingua lárgior? 290
Quín ego hanc iubeó tacere, quaé loquens lacerát diem?
LI. Édepol hominem | ínfelicem, quí patronam cónprimat:
Nám siquid sceléste fecit, língua pro illo périerat.
LE. Adproperabo, né post tempus praédae praesidiúm parem.
LI. Quaé illaec praedast? íbo aduorsum atque électabo quídquid est. 295
Iúbeo te saluére uoce súmma, quoad uirés ualent.
LE. Gýmnasium flagrí, salueto. LI. Quíd agis, custos cárceris?
LE. Ó catenarúm colone. LI. O uírgarum lascíuia.
LE. Quót pondo ted ésse censes núdum? LI. Non edepól scio.
LE. Scíbam ego te nescíre: at pol ego quí te<d> expendí scio. 300
Núdus uinctus céntum pondo's, quándo pendes pér pedes.
LI. Quo árgumento istúc? LE. Ego dicam quo árgumento et quó modo.
Ád pedes quando ádligatumst aéquom centumpóndium,
Vbi manus manicaé complexae súnt atque adductae ád trabem,
Néc dependes néc propendes, quín malus nequámque sis. 305
LI. Vaé tibi. LE. Hoc téstamento Séruitus legát tibi.
LI. Vérbi[s]uelitátionem fíeri compendí uolo:
†Quid istud negotist? LE. Certumst crédere? LI. Audactér licet [sis].
<LE.> Sís amanti súbuenire fámiliari fílio,
Tántum adest boni ínprouiso, uérum commixtúm malo:

---

299. ted *vel* te ‖ 300. *add Guy* ‖ 303. adligatus est: *corr Ca* ‖ 305. dependis nec propendis: *corr Angelius* ‖ 307. *del Meursius* | compendi *vel* compendio ‖ 309. *add Sarac* | Sis amanti *vel* Amanti ‖

Ómnes de nobís carnuficum cóncelebrabuntúr dies. 311
([LE.] Líbane, nunc audácia usust nóbis inuenta ét dolis.
Tántum facinus módo | inueni ego, út nos dicamúr duo
Ómnium digníssumi esse quó cruciatus cónfluant.)
LI. Érgo mirabár quod dudum scápulae gestibánt mihi, 315
Háriolari quae óccéperunt síbi | esse in mundó malum.
Quídquid est, elóquere. LE. Magnast praéda cum magnó malo.
LI. Sí quidem omnes cóniurati crúciamenta cónferant,
Hábeo opinor fámiliarem térgum, ne quaerám foris.
LE. Sí istam firmitúdinem animi óp†ines, saluí sumus.
LI. Quín si tergo ré<s> soluendast, rápere cupio públicum: 321
Pérnegabo atque óbdurabo, périurabo dénique.
LE. Ém ista uirtus ést, quando usust, quí malum fert fórtiter.
Fórtiter malúm qui patitur, ídem post potitúr bonum.
LI. Quín rem actutum edísseris? cupió malum nancíscier. 325
LE. Plácide ergo unumquídquid rogita, ut ádquiescam: nón uides
Me éx cursura anhélitum etiam dúcere? LI. Age age, mánsero
Tuo árbitratu, uél adeo usque dúm peris. LE. Vbinámst erus?
LI. Máior apud forúmst, minor hic est íntus. LE. Iam satis ést mihi.
LI. Túm igitur tu díues es factus? LE. Mítte ridiculária. 330

312—314. *secl Vss* ‖ 312. *del Sarac* ‖ 313. inueni *vel* inuenio ‖ 316. Hariolarique: *corr Ca* ‖ 319. familiare: *corr ex Nonio* ‖ 320. firmitudinem *vel* firmidinem *vel* formidinem ‖ 321. *add Py* ‖ 323. Hem ‖ 324. post patitur ‖ 326. unum quidque derogita: *corr Bo et Ca* ‖

LI. Mítto: †istuc quod adfers aúres exspectánt meae.
LE. Ánimum aduorte, ut aéque mecum haéc scias.
LI. Taceó. LE. Beas.
Méministin asinós Arcadicos mércatori Péllaeo
Nóstrum uéndere átriensem? LI. Mémini: quid tum póstea?
LE. Ém, ergo is argentum húc remisit, quód daretur Saúreae 335. 336
Pró asinis: adoléscens uenit módo, qui id argentum áttulit.
LI. Vbi is homost? LE. Iam déuorandum cénses, si conspéxeris?
LI. Ita enim uero: séd tamen tu némpe eos asinos praédicas
Vétulos, claudos, quíbus subtritae ad fémina iam erant úngulae? 340
LE. Ípsos, qui tibi súbuectabant rúre huc uirgas úlmeas.
LI. Téneo: atque idem te hínc uexerunt uínctum rus. LE. Memor és probe.
Vérum in tonstrina út sedebam, [me] me ínfit percontárier,
Écquem filiúm Stratonis nóuerim Demaénetum.
Díco me nouísse extemplo et me éius seruom praédico 345
Ésse et aedis démonstraui nóstras. LI. Quid tum póstea?
LE. Aít se ob asinos férre argentum átriensi Saúreae,
Víginti minas: séd eum sese nón no[ui]sse hominem quí siet:
Ípsum uero sé nouisse cállide Demaénetum.
Quóniam ille elocútus haec sic — LI. Quíd tum? LE. Ausculta ergó: scies. 350

---

334. atriensem *vel* attriensem ‖ 335 sq. Em *vel* Hem ‖ 337. quid *vel* qui: *corr B*[2] | 343. *del Py* | percontarier *vel* percontrarior ‖ 348. *del Guy* ‖ 349. *post* 350 *legitur: trai Ac* ‖ 350. sic *vel* sit ‖

Éxtemplo fació facetum me átque magnificúm uirum,
Díco me<d> esse átriensem. síc hoc respondít mihi:
'Égo pol Saureám non noui néque qua facie sít scio.
Té non aequomst súscensere. sí erum uis Demaénetum,
Quém ego noui, addúce: argentum nón morabor quín feras'. 355
Égo me dix<i> erum ádducturum et mé domi praestó fore.
Ílle in balineás iturust: índe huc ueniet póstea.
Quíd nunc consilí captandum cénses? dic. LI. Em istúc ago,
Quó modo argento ínteruortam et áduentorem et Saúream.
Iam hóc opus est exásciato: nám si ille argentúm prius 360
Hóspes huc affért, continuo nós ambo exclusí sumus.
Nám me hodie senéx seduxit sólum sorsum ab aédibus:
Míhi tibique intérminatust nós futuros úlmeos,
Ní hodie Argyríppo | essent uíginti argentí minae.
Iússit uel nos átriensem uél nos uxorém suam 365
Défraudare: díxit sese óperam promiscám dare.
Núnc tu abi ad forum ád erum et narra haec út nos acturí sumus:
Te éx Leonidá futurum esse átriensem Saúream,
Dum árgentum afferát mercator pró asinis. LE. Faciam út iubes.
LI. Égo illum interea hic óblectabo, príus si forte aduénerit. 370
LE. Quíd ais? LI. Quid uis? LE. Púgno malam sí tibi percússero,
Móx quom †Sauream imitabor, caueto ne suscénseas.
LI. Hércle uero tú cauebis né me attingas, sí sapis,
Né hodie maló cum auspicio nómen commutáueris.

352. *add Ca* ‖ 356. dixeram: *corr Ac* ‖ 358. hem ‖ 360. exasceatum: *corr Ac* ‖ 366. promissam: *corr Palm* ‖ 373. si me sapis: me *del B*[2] ‖

LE. Quaéso, aequo animo pátitor. LI. Patitor tú item, quom ego te réferiam. 375
LE. Díco ut usus<t> fíeri. LI. Dico hercle égo quoque ut factúrus sum.
LE. Né nega. LI. Quin prómitto, inquam, hostíre contra ut mérueris.
LE. Égo abeo: tu iám, scio, patiére. sed quis hic ést? is est,
Íllest ipsus. iam égo recurro húc: tu hunc interea híc tene:
Vólo seni narráre. LI. Quin tu<om> offícium facis ergo [h]ác fugis? 380

MERCATOR. LIBANVS
CHLAMYDATVS SERVOS

ME. Vt démonstratae súnt mihi, hasce aédis esse opórtet,
Demaénetus ubi dícitur habitáre. i, puere, púlta
Atque átriensem Saúream, sist íntus, euocáto huc.
LI. Quis nóstras sic frangít foris? ohe, ínquam, siquid aúdis.
ME. Nemo étiam tetigit: sánun es? LI. At cénsebam attigísse 385
Proptérea, huc quia habebás iter. nolo égo fores consérues
Meas á te uerberárier: sane égo sum amicus nóstris [aedibus].
ME. Pol haúd periclumst, cárdines ne fóribus effrangántur,
Si istóc ex[t]emplo | ómnibus qui quaérunt respondébis.

---

376. *add Lamb* ‖ 377. Ne nega *vel* Nega | memineris *Nonius* ‖ 380. *del Py* ‖ 385. sanusne: *corr Bo* ‖ 387. *del Gul* ‖ 388. efrangantur *vel* ef(f)ringantur ‖

LI. Ita haéc moratast iánua: extémplo ianitórem 390
Clamát, procul siquém uidet ire ád se calcitrónem.
Sed quíd uenis? quid quaéritas? ME. Demaénetum uolébam.
LI. Si sít domi, dicám tibi. ME. Quid? éius atriénsis?
LI. Niló mage intus ést. ME. Vbist? LI. Ad tónsorem ire díxit.
ME. †Cum uenisset post non rediit? LI. Non édepol. quid uolébas? 395
ME. Argénti uigintí minas, si adésset, accepísset.
LI. Qui pró istuc? ME. Asinos uéndidit Pellaéo mercatóri
Mercátu. LI. Scio: tu id núnc refers? iam hic crédo eum adfutúrum.
ME. Qua fácie uoster Saúreast? si is ést, iam scire pótero.
LI. Maciléntis malis, rúfulus, aliquántum uentriósus,
Truculéntis oculis, cómmoda statúra, tristi frónte. 401
ME. Non pótuit pictor réctius descríbere eius fórmam.
LI. Atque hércle ipsum adeo cóntuor: quassánti capite incédit.
Quisque óbuiam huic occésserit iráto, uapulábit.
ME. Siquidem hércle Aeacidinís minis animísque expletus [in]cédit, 405
Si méd iratus tétigerit, irátus uapulábit.

---

403. quansanti *vel* quassanti ‖ 405. eachidinis *vel* eachinidis | animusque: *corr B* | *del Scal* ‖ 406. med *vel* me ‖

LEONIDA. LIBANVS. MERCATOR

SERVI II CHLAMYDATVS

LE. Quid hoc sít negoti, néminem meum díctum magni fácere?
Libanum ín tonstrinam ut iússeram ueníre, is nullus uénit.
Ne ille édepol tergo et crúribus consúluit haud decóre.
ME. Nimis ímperiosust. LI. Vaé mihi. ⟨LE.⟩ Hodié [LE.] saluere iússi 410
Libanúm libertum? iám manu emíssus? ⟨LI.⟩ Obsecró te.
⟨LE.⟩ Ne tu hércle cum magnó malo mihi óbuiam occessísti.
Cur nón uenisti, ut iússeram, in tonstrínam? LI. Hic me morátust.
LE. Siquidem hércle nunc summúm Iouem te dícas detinuísse
Atque ís precator ádsiet, malám rem effugies númquam.
Tu, uérbero, imperiúm meum contémpsisti? LI. Perii, hóspes. 416
ME. Quaeso hércle noli, Saúrea, mea caúsa hunc uerberáre.
LE. Vtinám nunc stimulus ín manu mihi sít — ME. Quiesce quaéso.
LE. Qui látera conterám tua, quae occálluere plágis.
Abscéde [h]ac sine me hunc pérdere, qui sémper me ira incéndit, 420
Quoi númquam unam rem mé licet semél praecipere fúri,
Quin céntiens eadem ímperem atque oggánniam: itaque iam hércle
Clamóre ac stomacho nón queo labóri suppeditáre.

---

407. magni *vel* magnum ‖ 410. *add et del Lomanus* ‖ 411 sq. *pers add Angelius* ‖ 419. occaluere *vel* occulluere ‖ 420. *del Bent* ‖

Iussín, sceleste, ab iánua hoc stércus hinc auférri?
Iussín columnis déici operás araneórum? 425
Iussín in splendorém dari bullás has foribus nóstris?
Nil ést: tamquam si claúdus sim, cum fústist ambu-
lándum.
Quia tríduom hoc unúm modo foro óperam adsiduam
dédo,
Dum réperiam qui quaéritet argéntum in faenus, híc uos
Dormítis intereá domi atque erus ín hara, haud aedi-
bus hábitat. 430
Em ergo hóc tibi. LI. Hospes, te óbsecro, defénde.
ME. Saurea, óro
Mea caúsa ut mittas. LE. Ého, †ecquis pró uectura
olíui
Resóluit? LI. [Re]Soluit. LE. Quoí datumst? LI.
Stichó uicario ípsi
Tuo. LE. Váh, delenire ápparas: scio míhi uicarium
ésse
Neque eo ésse seruom in aédibus eri quí sit pluris
quam ílles[i]t. 435
Sed uína quae heri uéndidi uinário Exaerámbo,
Iam pro ís satis fecít Sticho? LI. Fecísse satis opínor:
Nam uídi huc ipsum addúcere trapézitam Exaerámbum.
LE. Sic dédero: prius quae crédidi, uix ánno post exégi.
Nunc sát agit: adducít domum etiam últro et scribit
númmos. 440
Dromó mercedem réttulit? LI. Dimídio minus, opínor.
LE. Quid rélicuom? LI. Aibat réddere, quom extém-
plo redditum ésset:
Nam rétineri, ut quod sít sibi operís locatum effíceret.
LE. Scyphós quos utendós dedi Philodámo, rettulítne?

---

425. operas aranearum: telas araneorum *Nonius* ‖ 428. dedi: *corr Bent* ‖ 431. Hem: *corr Brixius* ‖ 433. *del Turn* ‖ 435. *del Ald* ‖ 436. heri *vel* eri ‖ 437. iis *vel* his ‖ 438. et rapezitam *vel* et rapere ita: *corr B*[2] ‖ 439. *dist Palm* | prius quam: *corr Pius* ‖ 442. aiebat *vel* alebat: *corr Reizius* | quam: *corr Lamb* ‖

LI. Non étiam. LE. Hem non? sí uelis, da, cómmoda homini amíco. 445
ME. Perii hércle: iam hic me abégerit suo ódio. LI. Heus, iam satís tu:
Audín quae loquitur? LE. Aúdio et quiésco. ME. Tandem opínor
Contícuit: nunc adeam óptumumst prius quam íncipit tinníre.
Quam móx mi operam das? LE. Éhem, optume: quam dúdum tu aduenísti?
Non hércle te prouíderam: quaesó ne uitio uórtas. 450
Ita íracundia óbstitit oculís. ME. Non mirum fáctumst.
Sed sí domist, Demaénetum uolébam. LE. Negat esse íntus:
Verum ístuc argentúm tamen mihi sí uis denumeráre,
Reprómittam istoc nómine solútam rem futúram.
ME. Sic pótius, ut Demaéneto tibi eró praesente réddam. 455
LI. Erus ístunc nouit átque erum hic. ME. Ero huíc praesente réddam.
LI. Da módo meo períc<u>lo: rem sáluam ego exhibébo.
Nam sí sciat nostér senex fidém non esse huic hábitam,
Suscénseat, qu<oi>i ómnium rerum ípsus semper cré[di]dit.
LE. Non mágni pendo: né duit, si nón uolt. sic sine ástet. 460
LI. Da, inquám: uah[c], formidó miser, ne hic mé tibi arbitrétur
Suasísse, sibi ne créderes. da quaéso ac ne formída:
Saluom hércle erit. ME. Credám fore, dumquidem ípse in manu | habébo.
Peregrínus ego sum: Saúream non nóui. LI. At nosce sáne.

---

456. istunc *vel* istuc | ego huic ‖ 459. *add Py duce Goe cum Loewio* | *del Ca* ‖ 460. *dist Vss* ‖ 463. habebo B^2: habeo ‖

ME. Sit, nón sit, non edepól scio: si is ést, eum esse opórtet. 465
Ego cérte me incertó scio hoc datúrum nemini hómini.
LE. Hercle ístum di omnes pérduint. uerbó caue supplicássis:
Feróx est, uigintí minas meás tractare sése.
Nemo áccipit: aufer té domum, abscede hínc, molestus né sis.
ME. Nimis íracunde: nón decet supérbum esse hominem séruom. 470
LE. Malo hércle iam magnó tuo, ni istí nec recte dícis.
LI. Impúre, nili, nón uides irásci? LE. Perge pórro.
LI. Flagítium | hominis, da óbsecro argentum huíc, ne male loquátur.
ME. Malum hércle uobis quaéritis. LE. Crura hércle diffringéntur,
Ni istum ínpudicum pércies. LI. Perii hércle: age inpudíce, 475
Sceléste, non audés mihi scelésto subueníre?
LE. Pergín precari péssumo? ME. Quae rés? tun libero hómini
Male séruos loquere? LE. Vápula. ME. Idquidém tibi hercle fíet,
Vt uápules, Demaénetum simulác conspexero hódie.
(In iús uoco te. LE. Nón eo. ME. Non eís? memento. LE. Mémini. 480
ME. Dabitúr pol suppliciúm mihi de térgo uostro. LE. Vaé te:
Tibi quídem supplicium, cárnufex, de nóbis detur? ME. Atque étiam
Pro díctis uostris máledic[t]is poenaé pendentur mi hódié.) 483

---

469. accepit: *corr Py* | aufert te: *corr* B^2 ‖ 471. LE. *add* B^2 ‖ 472. nihili *vel* nibili ‖ 474 sq. diffringentur age in pudice (*vel* impudice) Ni . . . hercle: *trai Gul* ‖ 478. Malo | flet: *corr D* ‖ 480—483. *secl Vss* ‖ 480. iis ‖

LE. Quid, uérbero? ain tu, fúrcifer? erum nós fugitare cénses? 485
Ei núnciam ad erum, quó uocas, iamdúdum quo uolébas.
ME. Nunc démum? tamen numquam hínc feres argénti nummum, nísi me
Dare iússerit Demaénetus. LE. Ita fácito: age ambula érgo.
Tu cóntumeliam álteri faciás, tibi non dicátur?
Tam ego hómo sum quam tu. ME. Scílicet ita rés est. ⟨LE.⟩ Sequere hac érgo. 490
[LE.] Praefí[ci]scini hoc nunc díxerim: nemo étiam me accusáuit
Meritó meo, neque me álter est Athénis hodie quísquam,
Quoi crédi recte aequé putent. ME. Fortássis: sed tamén me
Numquam hódie induces út tibi credam hóc argentum ignóto.
Lupus ést homo homini, nón homo, quom quális sit non nóuit. 495
* * * * * * * * * * * * * * * * *
LE. Iam núnc secunda míhi facis: ⟨s⟩cibam huíc te capitulo hódie
Factúrum satis pro iniúria: quamquam égo sum sordidátus,
Frugí tamen sum néc potest pecúlium enumerári.
ME. Fortásse. LE. Etiam †nunc dico Périphanes Rhodó mercator díues
Absénte ero solús mihi taléntum argenti sŏli 500
Adnúmerauit et [mihi] crédidit nequé⟨st⟩ deceptus ín eo.

---

485. nos *Osbernus*: nosmet ‖ 486. Ei *vel* li ‖ 491. ci *del Curio* ‖ 492. athenis alter est: *trai Bent* ‖ 495 sq. *lac sign Scal* | huic *vel* huc ‖ 497. ego sum *vel* sum ego | sorditatus *vel* sordidatus ‖ 501. *delevimus* | *add Reizius* ‖

ME. Fortásse. LE. Atque etiam tú quoque ipse, si ésses percontátus
Me ex áliis, scio pol créderes nunc quód fers. ME. Haud negássim.

ACTVS III

CLEAERETA. PHILAENIVM
LENA MERETRIX

CL. Néqueon ego ted ínterdictis fácere mansuetém meis?
Án ita tu's animáta, ut qui †matris expers imperii sies? 505
PH. Vbi piem Pietátem, si istoc móre moratám tibi
Póstulem placére, mater, míhi quo pacto praécipis?
CL. Hócinest pietátem colere, mátri[s] imperium mínuere?
Án decorumst áduorsari meís te praeceptís? ⟨PH.⟩ Quid est?
Néque quae recte fáciunt culpo néque quae delinquónt amo. 510
CL. Sátis dicaculá's amatrix. PH. Máter, is quaestúst mihi:
Língua poscit, córpus quaerit, ánimus ⟨h⟩or⟨t⟩at, rés monet.
CL. Égo te uolui cástigare: tú mi accusatríx ades.
PH. Néque edepol te accúso neque id me fácere fas exístumo.
Vérum ego meas querór fortunas, quóm illo quem amo próhibeor. 515

---

503. quo id *vel* quid hi *vel* quod ‖ 504. ted *vel* te | mansuetam: *corr Fl* ‖ 506. isto: *corr ex Nonio* | moratam *vel* morata ‖ 508 sq. *inverso ordine libri: trai Fl* | colore *vel* colere | *del Bent* | *add Ca* ‖ 511. est mihi *vel* mihi est ‖ 512. *add Ac* ‖

CL. Écqua pars orátionis dé die dabitúr mihi?
PH. Ét meam partém loquendi ét tuam tradó tibi:
Ad loquendum atque ád tacendum túte habeas portísculum.
Quín pol si reposíui remum, sóla ego in castéria
Vbi quiesco, omnís familiae caúsa consistít tibi. 520
CL. Quíd ais tu, quam ego únam uidi múlierem audacíssumam?
Quótiens te uotui Árgyrippum fílium Demaéneti
Cómpellare aut cóntrectare cónloquiue aut cóntui?
Quíd dedit? quid déportari iússit ad nos? án [tu] tibi 524
Vérba blanda esse aúrum rere, dícta docta pró datis?
Vltro amas, ultro éxpetessis, últro ad te accersí iubes:
Íllos qui dant eós derides: quí deludunt déperis.
An te id exspectáre oportet, síquis promittát tibi
Té facturum díuitem, si móri<a>tur matér sua?
Écastor nobís periclum [magnum] et fámiliae porténditur, 530
Dum éius exspectámus mortem, né nos moriamúr fame.
Núnc adeo nisi mi húc argenti ádfert uigintí minas,
Né ille ecastor hínc trudetur lárgus lacrumarúm foras.
Híc dies summúst apud me †inopiae excusatio.
PH. Pátiar, si cibó carere mé iubes, matér mea. 535
CL. Nón uoto ted amáre qui dant, qu<ói>a amentur grátia.
PH. Quíd si hic animus óccupatust, máter, quid faciám? mone. CL. Em, 537. 538

516. Egoua: *corr Kampmannus* ‖ 519. reposiui *vel* reposui (repulsaui *Nonius*) ‖ 522 *et* 542. argirippum *vel* agrippum ‖ 524. *del Reizius* ‖ 527. dederis: *corr Ca* ‖ 529. *add Py* | tua ‖ 530. *del Py* ‖ 531. Dum eius *vel* Demetrius ‖ 533. largus *vel* largos ‖ 534. summust *vel* summe est ‖ 536. *add Bergkius* ‖ 537 sq. quid *vel* quod | hem ‖

Meúm caput contémples, si quidem éx re consul-
tás tua.
PH. Etiam opilió qui pascit, máter, alienás ouis, 540
Áliquam habet pecúliarem, quí spem soletúr suam.
Síne me amare unum Árgyrippum ánimi causa, quém
uolo.
CL. Íntro abi: nam té quidem edepol níl est inpu-
déntius.
PH. Aúdientem dícto, mater, próduxisti fíliam.

LIBANVS. LEONIDA
SERVI II

LI. Perfídiae laudes grátiasque habémus merito
mágnas, 545
Quom nóstris sycophántiis dolís astutiísque,
Scapulárum confidéntia, uirtúte ulmorum fréti
* * * * * * * * * * * * * *
Qui aduórsum stimulos lámminas crucésque con-
pedésque
Neruós catenas cárceres numéllas pedicas bóias 550
Indúctoresque acérrumos gnarósque nostri térgi
[Qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices in-
diderunt]
* * * * * * * * * * * * * *
Eae núnc legiones cópiae exércitusque eórum
Vi púgnando periúriis nostrís fugae potíti. 555
Id uírtute huius cóllegai meáque comitáte
Factúmst. qui mest uir fórtior ad súfferundas plágas?
LE. Edepól uirtutes quí tuas nunc póssis con-
laudáre,

---

546. astutusque: *corr* B^2 ‖ 547 sq. freci *vel* freti | *lac sign Fl* ‖ 550. carceris (carcerem *Nonius*) ‖ 551. indoctoresque ‖ 552 sq. *secl Bo* | *lac sign Fl* ‖ 554. forum: *corr Ca* ‖ 555. eugae: *corr Buechelerus* ‖ 556 collegae: *corr Sey* ‖ 557. me uir fortior est: *trai Weisius* | sufferandas *vel* sufferendas ‖ 558 sq. *distinximus* ‖

Sicút ego possim, quaé domi duellíque male fecísti?
Ne illa édepol pro meritó [nunc] tuo memorári multa póssunt: 560
Vbi fídentem fraudáueris, ubi ero ínfidelis fúeris,
Vbi uérbis conceptís sciens lubénter periuráris,
Vbi párietis perfóderis, in fúrto ubi sis praehénsus,
Vbi saépe causam díxeris pendéns aduorsus ócto
Artútos audacís uiros, ualéntis uirgatóres. 565
LI. Fateór profecto ut praédicas, Leónida, esse uéra:
Verum édepol ne etiam túa quoque malefácta iterari múlta
Et uéro possunt: úbi sciens fidéli infidus fúeris,
Vbi praénsus in furtó sies manufésto et uerberátus,
Vbi périuraris, úbi sacro manús sis admolítus, 570
Vbi erís damno ⟨et⟩ moléstiae et dedécori saepe fúeris,
Vbi créditum quod sít tibi datum ésse pernegáris,
Vbi amícae quam amicó tuo fuerís magis fidélis,
Vbi saépe ad languorém tua durítia dederis ócto
Validós lictoris, úlmeis adféctos lentis uírgis. 575
Num mále relatast grátia, ut collégam collaudáui?
LE. Vt méque teque máxume atque ingénio nostro décuit.
LI. Iam omítte ista atque hoc quód rogo respónde. LE. Rogita quíduis.
LI. Argénti uigintí minas habésne? LE. Harioláre
Edepól senem Demaénetum lepidúm fuisse nóbis:
Vt ádsimulabat Saúream me⟨d⟩ ésse quam facéte: 581

---

560. *del Guy* ‖ 565. Astutos: *corr Fl duce Turn* ‖ 567. ni: *corr Ca* | tua *vel* tuo ‖ 569. et manifesto: *trai Scal* ‖ 571. *add Bo* ‖ 576. gratia ut *vel* gratia ‖ 578. quod uis *vel* quid uis ‖ 579 sq. *dist Reinkensius* ‖ 581. *add Ca* | quem ‖

Nimis aégre risum cóntin[u]i, ubi hóspitem inclamáuit,
Quod sé⟨se⟩ absente míhi fidem habére noluísset.
(Vt mémoriter me Saúream uocábat atriénsem.)
LI. Manedúm. LE. Quid est? LI. Philaénium estne haec quae íntus exit * 585
†Atque Argyrippus una? LE. Ópprime os: is ést: subauscultémus.
LI. Lacrumántem laciniá tenet lacrumáns: quidnam esse dícam?
[LE.] Taciti aúscultemus. LE. Áttatae, modo hércle in mentem uénit:
Nimis uéllem habere pérticam. LI. Quoi reí? LE. Qui uerberárem 589
Asinós, si forte occéperint clamáre hinc ex crumína.

ARGYRIPPVS. PHILAENIVM.
ADVLESCENS MERETRIX
LIBANVS. LEONIDA
SERVI II

AR. Cur mé retentas? PH. Quía tui amáns abeuntis égeo.
AR. Valé. PH. Aliquanto | ámplius ualérem, si hic manéres.
AR. Salué. PH. Saluere mé iubes, quoi tu ábiens offers mórbum?
AR. Matér supremam míhi tua dixít: domum ire iússit.
PH. Acérbum funus fíliae faciét, si te caréndumst. 595

---

582. *del Bo* ‖ 583. *add Gru* ‖ 584. *secl R. Muellerus* ‖ 586. subascultemus *vel* subauscultemus ‖ 588. Tacite: *corr Abraham* | LI. ‖ 589. LE. Quo cui (*vel* Cui quoi *vel* Cui) rei LI. ‖ 594. sup(p)remum: *corr Turn* ‖

LI. Homo hércle hinc exclusúst foras. LE. Ita rés est. AR. Mitte quaéso.
PH. Quo núnc abis? quin tu híc manes? AR. Nox, sí uoles, manébo.
LI. Audín hunc opera ut lárgus est noctúrna? nunc enim ésse
Negótiosum intérdius uidélicet Solónem,
Legés ut conscribát, quibus se pópulus teneat. gérrae: 600
Qui sése parere ápparent huius légibus, profécto
Numquám bonae frugí sient, diés noctesque pótent.
LE. Ne iste hércle ab ista nón pedem discédat, si licéssit,
Qui núnc festinat átque ab hac minátur sese abíre.
LI. Sermóni iam finém face tuo: huíus sermonem accípiam. 605
AR. Valé. ⟨PH.⟩ Quo properas? ⟨AR.⟩ Béne uale: apud Órcum te uidébo:
Nam equidém me iam quantúm potest a uíta abiudicábo.
PH. Cur tu óbsecro inmeritó meo me mórti dedere óptas?
AR. Ego té? quam si | intéllegam deficere uita, iam ípse
Vitám meam tibi lárgiar et dé mea ad tuam áddam. 610
PH. Cur érgo minitarís mihi te uítam esse amissúrum?
Nam quíd me facturám putas, si istúc quod dicis fáxis?
[Mihi] Certúmst efficere in me ómnia eadém quae tu in te fáxis.

---

597. mox: *corr Lipsius* ‖ 598 sq. enim est Negotiosus: *corr Mue* | interdius *vel* interduis ‖ 602. frugi *vel* fruge ‖ 611. tibi te: *corr Lomanus* ‖ 613. *del Lachm* | eadem *vel* tandem ‖

AR. O mélle dulci dúlcior mihi tú's. PH. †Certe enim tu uita's mihi:
Compléctere. AR. Fació lubens. PH. Vtinám sic efferámur. 615
LE. O Líbane |, ut miser ést homo qui amát. LI. Immo hercle uéro
Qui péndet multost míserior. LE. Scio quí periclum féci.
Circúmsistamus: álter hinc, hinc álter appellémus.
Ere, sálue. [LI.] Sed num fúmus est haec múlier quam amplexáre?
AR. Quidúm? LE. Quia oculi súnt tibi lacrumántis, eo rogáui. 620
AR. Patrónus qui uobís fuit futúrus, perdidístis.
LE. Equidem hércle nullum pérdidi, ideó quia numquam ullum hábui.
LI. Philaénium, salué. PH. Dabunt di quaé uelitis uóbis.
LI. Noctém tuam et uiní cadum uelím, si optata fíant.
AR. Verbúm caue faxis, uérbero. LI. Tibi équidem, non mihi, ópto. 625
AR. Tum tu ígitur loquere quídlubet. LI. Hunc hércle uerberáre.
LE. Quisnam ístuc adcredát tibi, cinaéde calamistráte?
Tun uérberes qui pró cibo habeás te uerberári?
AR. Vt uóstrae fortunaé meis praecédunt, Libane, lónge,
Qui | hódie numquam ad uésperum uiuám. LI. Quapropter quaéso? 630
AR. Quia ego hánc amo | et haéc me amat: huic quód dem nusquam quícquamst:

---

614. dulce: *corr* B^2 ‖ 617. scio qui (*vel* quia) ‖ 619. *del Dziatzko, v.* 620. 622 LE. *pro* LI. *et* 623 LI. *pro* LE. *scribens* ‖ 620. eo *vel* ego ‖ 626. quod *vel* quid ‖ 631. numquam ‖

Hinc méd amantem ex aédibus delégit huius máter.
Argénti uigintí minae me<d> ád mortem appulérunt,
Quas hódie adulescens Díabolus ipsí daturus díxit,
Vt hánc ne quoquam mítteret nisi ád se hunc annum tótum. 635
Vidétin uigintí minae quid póllent quidue póssunt?
Ille quí illas perdit sáluos est: ego quí non perdo péreo.
LI. Iam dédit argentum? AR. Nón dedit. LI. Bono ánimo es: ne formída.
LE. Secéde huc, Libane: té uolo. LI. Siquíd uis. AR. Obsecró uos,
Eadem ístac opera suáuiust compléxos fabulári. 640
LE. Non ómnia eadem aeque ómnibus, ere, suáuia esse scíto.
Vobís est suaue amántibus compléxos fabulári:
[AR.] Ego cómplexum huius níl moror, [LE.] meum aútem hic aspernátur.
Proinde ístud facias ípse, quod faciámus nobis suádes.
AR. Ego uéro et quidem edepól lubens: intérea, si uidétur, 645
Concédite istuc. LE. Vín erum delúdi? LI. Dignu[m]st sáne.
LE. Vin fáciam ut te Philaénium praesénte hoc amplexétur?
LI. Cupio hércle. LE. Sequere hac. AR. Écquid est salútis? satis locúti.
LE. Auscúltate atque operám date et mea dícta deuoráte.
Primum ómnium seruós tuos nos ésse non negámus:
Sed tíbi si uigintí minae argénti proferéntur, 651
Quo nós uocabis nómine? AR. Libértos. LE. Non patrónos?

---

633. mortem *vel* amortem ‖ 641 sq. *om EJ* ‖ 641. LI.: *corr Dziatzko* | atque: *corr Angelius* ‖ 643. haec: *corr Py* ‖ 646. *del Pius* ‖ 647. ut me: *corr Lomanus* ‖ 648. ec quid est *vel* ec quidem ‖ 651. si *solus B² add* ‖ 652. LE. *solus B²* ‖

AR. Id pótius. LE. Vigintí minae hic ínsunt in crumína:
Has égo si uis tibí dabo. AR. Di té seruassint sémper,
Custós erilis, décus popli, thensaúrus copiárum, 655
Salus †interioris hominis amórisque imperátor:
Hic póne, hic istam cólloca crumínam in collo pláne.
LE. Nolo égo te qui erus sís mihi onus ístuc sustinére.
AR. Quin tú labore líberas te atque ístam inponis ín me?
LE. Ego báiulabo, tu út decet dominum ánte me ito inánis. 660
AR. Quid núnc? ⟨LE.⟩ Quid est? ⟨AR.⟩ Quin trádis huc crumínam pressatum ⟨úm⟩erum?
⟨LE.⟩ Hanc quoí daturu's hánc iube petere átque orare mécum:
Nam istúc procliuest quó[d] iubes me pláne conlocáre.
PH. Da méus ocellus, méa rosa, mi | ánime, mea uolúptas,
Leónida, argentúm mihi: ne nós diiunge amántis. 665
LE. Dic ígitur me [tuum] passérculum gallínam coturnícem,
Agnéllum haedillum mé tuom dic ésse uel uitéllum:
Prehénde auriculis, cómpara labélla cum labéllis.
AR. Ten ósculetur, uérbero? LE. Quam uéro indignum uísumst?
Atquí pol hodie nón feres, ni génua confricántur. 670
AR. Quiduís egestas ímperat: fricéntur, dan[t] quod óro?
PH. Age, mí Leonida, óbsecro, fer amánti ero salútem:

---

653. AR. *solus* B^2 ‖ 654. Has *vel* Hac ‖ 654 *et* 658. ego *vel* ergo ‖ 656. hominis *vel* corporis ‖ 661. *pers add Scal* | *add Bent* ‖ 662. daturus: *corr Fl* ‖ 663. *del Vss* ‖ 665. deiunge: *corr Fl* ‖ 666. *del Guy* ‖ 670. confringantur *vel* confricantur ‖ 671 *del Sauppius duce Gru* ‖

Redime ístoc benefició te ab hoc et tíbi eme hunc isto argénto.
LE. Nimis bélla's atque amábilis: et si hóc meum esset, hódie
Numquám me orares quín darem. illúm te orare méliust: 675
Illic hánc mihi seruandám dedit. ei sáne bella bélle.
Cape hóc sis, Libane. AR. Fúrcifer, etiám me delusísti?
⟨LE.⟩ Numquam hércle facerem, génua ni tam néquiter fricáres.
Age sís tu in partem núnciam hunc delúde atque amplexáre hanc.
LI. Taceás, me spectes. AR. Quín ad hunc, Philaénium, adgredímur, 680
Virúm quidem pol óptumum et non símilem furis húius?
LI. Inámbulandumst: núnc mihi uicíssim supplicábunt.
AR. Quaeso hércle, Libane, sís erum tuis fáctis sospitári,
Da míhi istas uigintí minas: uidés me amantem egére.
LI. Vidébitur: factúm uolo: redíto huc conticínio.
Nunc ístanc tantispér iube petere átque orare mécum. 686
PH. Amándone exorárier uis té⟨d⟩ an osculándo?
LI. Enim uéro utrumque. PH. Ego óbsecro te [et tu], utrúmque nostrum sérua.

---

674. meum esset *vel* esset meum ‖ 675. me orares *vel* m(e)orarem ‖ 676. et sane: i *corr* B^2 ‖ 680. adhunc *vel* ad huc ‖ 683. LE. ‖ 684. meam ante megere (*vel* mergere) ‖ 685. huc *om Varro* | conticinno *(etiam cod Varr)*: *corr ex Varrone, Placido, al.* ‖ 686. istanc *vel* istam nunc | iubes: *corr* B^2 ‖ 687. iuste: uis te B^2 | *add Reizius* ‖ 688. Enimuero *vel* Innumero | ego *vel* ergo | te et tu *vel* et tu: *del Bo* ‖

AR. O Líbane, mi[hi] patróne, mihi trade ístuc: magis decórumst
Libértum potius quám patronum onus ín uia portáre.
PH. Mi Líbane, ocellus aúreus, donúm decusque amóris, 691
Amábo, faciam quód uoles, da istúc argentum nóbis.
LI. Dic ígitur me<d> aníticulam, colúmbulam, catéllum,
Hirúndinem, monérulam, passérculum putíllum:
Fac próserpentem béstiam me, dúplicem ut habeam línguam, 695
Circúmda torquem[e] brácchiis, meum cóllum circumpléete.
AR. Ten cónplectatur, cárnufex? LI. Quam uéro indignus uídeor?
Ne istúc nequiquam díxeris tam indígnum dictum | ín me,
Vehes pól hodie me, sí quidem hoc argéntum ferre spéres.
AR. Ten égo ueham? LI. Tun hóc feras argéntum | aliter á me? 700
AR. Perii hércle: †si uerum quidemst decórum erum uehere séruom,
Inscénde. LI. Sic istí solent supérbi subdomári.
Asta ígitur, ut consuétus es puer ólim: scin ut dícam?
[PH.] Em síc: abi, laudo, néc te equo magis ést equos ullus sápiens.
AR. Inscénde actutum. LI. Ego fécero: hem, quid istúc est? ut tu incédis? 705
Demam hércle iam de | hórdeo, tolútim ni badízas.

---

689. *del Ca* ‖ 692. *dist Sey* ‖ 693. *add Guy* | columbam uel catellum: *corr Bent* ‖ 694. monerulam *vel* monedulam | putillum passerculum: *trai Scal* ‖ 695. proserpente bestiam eduplicem ‖ 696. Circumdatorque me: *corr Havetus* ‖ 701. Perii *vel* Peri ‖ 702. sic (*vel* si) istuc: *corr Lamb* ‖ 703. stin *vel* scin ‖ 704. Hem ‖ 705. incedis *vel* uidebis ‖

AR. Amábo, Libane, iám sat est. LI. Numquam hércle hodie exorábis:
Nam iám calcari quádrupedo agitábo aduorsum clíuom,
†Postea ad pistorés dabo, ut ibí cruciere cúrrens.
Asta, út descendam núnciam in proclíui, quamquam néquam es. 710
AR. Quid núnc * quoniam ám[a]bo ut est lubitúm nos delusístis,
Datísne argentum? LI. Sí quidem mihi státuam et aram státuis
Atque út deo mi hic ímmolas bouém: nam ego tibi Salús sum.
LE. Etiám tu, ere, istunc ámoues abs te átque †ipse me adgrédere
Atque ílla sibi quae hic iússerat mihi státuis supplicásque? 715
AR. Quem te aútem diuom nóminem? LE. Fortúnam atque Obsequéntem.
AR. Iam istóc es melior. LI. Án quid est [olim] hominí Salute mélius?
AR. Licet laúdem Fortunám, tamen ut né Salutem cúlpem.
PH. Ecástor ambae súnt bonae. AR. Sciam, úbi boni quid déderint.
LE. Opta íd quod ut contingát tibi uis. AR. Quíd si optaro? LE. Euéniet. 720
AR. Opto ánnum hunc perpetuóm mihi huius óperas. LE. Inpetrásti.
AR. Ain uéro? LE. Certe inquam. LI. Ád me adi uicíssim atque experíre.
Exópta id quod uis máxume tibi éuenire: fíet.
AR. Quid ego áliud exoptem ámplius nisi íllud quoius inópiast?

711. PH.: *corr Ca* ‖ 716. deum: *corr Bent* ‖ 722. ad uicissim: *corr B*[2] ‖

Vigínti argenti cómmodas minás, huius quas dem mátri. 725
LI. Dabúntur. animo sís bono face: éxoptata optíngent.
AR. Vt cónsue<ue>re, hominís Salus frustrátur et Fortúna.
LE. Ego cáput huic argentó fui †hodie reperiúndo.
LI. Ego pés fui. AR. Quin néc caput nec pés sermoni[s] appáret:
Nec quíd dicatis scíre nec me cúr ludatis póssum.
LI. Satis iám delusum cénseo: nunc rém ut est eloquámur. 731
Animum, Árgyrippe, aduórte sis: patér nos ferre hoc iússit
Argéntum ad te<d>. AR. Vt témpore opportúneque attulístis.
LI. Hic ínerunt uigintí minae bonaé mala opera pártae:
Has tíbi nos pactis légibus dare iússit. AR. Quid id est, quaéso? 735
LI. Noctem huíus et cenam síbi ut dares. AR. Iube áduenire, quaéso:
Meritíssumo eius quaé uolet faciémus, qui hosce amóres
Nostrós dispulsos cónpulit. LE. <Patiérin, Argyríppe,>
Patrem hánc amplexarí tuom? AR. Haec fáciet facile ut pátiar.
[AR.] Leónida, curre óbsecro: patrem húc orato ut uéniat. 740
LE. Iam dúdumst intus. <AR.> Hác quidem non uénit. <LE.> Angipórto

---

725. quas dem *vel* quidem ‖ 726. face *vel* facie ‖ 727. *add Py* ‖ 729. nec (*vel* ne) caput | *del Bent* ‖ 730. nec me cur ludatis scire: *trai Herm* ‖ 733. *add Guy* ‖ 738. dispulsos *vel* discipulos | *suppl Angelius et Fl* ‖ 739. *totus v. legitur post v. 760* (*hic* Haec . . . patiar): *trai Py* ‖ 740. *del Py* ‖ 741. *add Ac* ‖

Illác per hortum círcumit clam, néquis se uidéret
Huc íre familiárium: ne uxór resciscat métuit.
De argénto si matér tua sciát, ut sit factum. AR.
Héia:
Benedícite. <LI.> Ite intró cito. <AR.> Valéte. LE.
Et uos amáte. 745

ACTVS IIII

DIABOLVS. PARASITVS
ADVLESCENS

DI. Agedum ístum ostende quém conscrips[is]ti sýngraphum
Intér me et amicam et lénam. leges péllege:
Nam tú poeta's prósus ad eam rem únicus.
PA. Horréscet faxo léna, leges quom aúdiet.
DI. Age quaéso mi hercle tránslege. PA. Audin? DI. Aúdio. 750
PA. 'Diábolus Glauci fílius Cleaéretae
Lenaé dedit dono argénti uigintí minas,
Philaénium ut secum ésset noctes ét dies
Hunc ánnum totum'. DI. Néque cum quiquam alió quidem.
PA. Addóne? DI. Adde et scríbas uide plane ét probe. 755
PA. 'Aliénum hominem * íntro mittat néminem:
Quod illa aút amicum * aút patronum nóminet
Aut quód illa amica * amatorem praédicet,
Forés occlusae * ómnibus sint nísi tibi:
In fóribus scribat óccupatam * ésse se. 760

---

742. uiderit: *corr Py* ‖ 745. *add Pareus* ‖ 746. *del Ald* ‖ 747. perlege: *corr ex Prisciano* ‖ 751. clauci | cl(a)eaeratae *vel* claearatae: *corr Ca* ‖ 757. patronum neminem: *corr Py* ‖ 760. *Cf ad v. 739* ‖

[PA.] Aut quód illa dicat péregre allatam epístulam,
Ne epístula quidem úlla sit in aédibus
Nec cérata adeo tábula: et siqua inútilis
Pictúra sit, eam uéndat: ni in quadríduo
Abálienarit, quo ábs te argentum accéperit, 765
Tuos árbitratus sít: conburas, sí uelis,
Ne illí sit cera, ubi fácere possit lítteras.
Vocét conuiuam néminem illa: tú uoces.
Ad eórum ne quem | óculos adiciát suos:
Siquem álium aspexit, caéca continuó siet. 770
Tecum úna postea aéque pocla pótitet,
Abs téd accipiat, tíbi propinet, tú bibas,
Ne illá minus aut plus quám tu sapiat'. DI. Sátis placet.
⟨PA.⟩ 'Suspíciones ómnis ab se ségreget,
Neque íllaec ulli * pede pedem hominí premat, 775
Quom súrgat: neque * in léctum inscendat próxumum,
Neque quóm descendat índe, det quoiquám manum.
Spectándum ne quoi * ánulum det néque roget.
Talós * ne quoiquam hómini admoueat nísi tibi.
Quom iáciat, 'te' ne dícat, nomen nóminet. 780
Deam ínuocet sibi quám lubebit própitiam,
Deum núllum: si magis réligiosa fúerit,
Tibi dícat: tu pro illa óres ut sit própitius.
Neque ílla ulli homini nútet nictet ánnuat.
Post sí lucerna extíncta sit, nequíd sui 785
Membrí commoueat quícquam in tenebris'. DI. Óptumest:

---

762. quidem ulla *vel* ulla quidem ‖ 764. ni in quadriduo *vel* in quadridua ‖ 765. quo abs te (*vel* ex te): quod abs te *Nonius* ‖ 767. illi *vel* illa ‖ 769. forum: *corr Ca* ‖ 771. poda: *corr* B^2 ‖ 772. Absted *vel* Abstet ‖ 775 sq. *dist Mue* | Cum surgat *vel* Consurgat ‖ 780. iaceat ‖ 785. si *vel* id si | extincta est ‖ 786. Menbri *vel* Membri | optumest *vel* optumst ‖

Ita scílicet factúram: uerum in cúbiculo
Deme ístuc: equidem illám moueri géstio.
Nolo íllam causam habére et uotitam dícere.
PA. Scio, cáptiones métuis. DI. Verum. PA.
Ergo, út iubes, 790
Tollám. DI. Quid ni? PA. Audi rélicua. DI. Loquere: aúdio.
PA. 'Neque úllum uerbum fáciat perplexábile
Neque últa lingua scíat loqui nisi Áttica.
Fors sí tussire occépsit, ne sic tússiat,
Vt quoíquam linguam in tússiendo próserat: 795
Quod illa aútem simulet quási grauedo prófluat,
Hoc né sic faciat: tú labellum abstérgeas
Potiús quam quoiquam sáuium faciát palam.
Nec máter lena ad uínum accedat ínterim
Nec úlli uerbo mále dicat: si díxerit, 800
Haec múlta ei esto, uíno uigintí dies
Vt cáreat'. DI. Pulcre scrípsti: scitum sýngraphum.
PA. 'Tum sí coronas sérta unguenta iússerit
Ancíllam ferre Véneri | aut Cupídini,
Tuos séruos seruet, Vénerine eas det án uiro. 805
Si fórte pure uélle habere díxerit,
Tot nóctes reddat spúrcas, quot pure hábuerit'.
Haec súnt non nugae: nón enim mortuália.
DI. Placént profecto léges: sequere intró. PA.
Sequor.

---

789. habere illam causam: *trai ex Nonio* | uotitam *vel* notitiam ‖ 792. perplexibile *vel* perpexibile (perpexabile *Nonius*): *corr Pius* ‖ 794. Forte: *corr Reizius* | ne *vel* nec ‖ 796. profluat *vel* profuat ‖ 802. scriptis: *corr Pius* ‖ 807. quot puras: *corr Scal* ‖

DIABOLVS. PARASITVS
ADVLESCENS

DI. Sequere hác: egone haec pátiar aut taceam? émori 810
Me málim, quam haec non éius uxori índicem.
Ain tu? ápud amicam múnus adulescéntuli
Fungáre, uxori excúses te et dicás senem?
Praerípias scortum amánti atque argentum óbicias
Lenaé? suppeiles clám domi uxorém tuam? 815
Suspéndam potius mé, quam tacita haec tu aúferas.
Iamquidem hércle ad illam hinc íbo, quam tu própe diem,
Nisi quídem illa ante occupássi⟨t⟩ te, effligés scio,
Luxúriae sumptus súppeditare ut póssies.
PA. Ego síc faciundum cénseo: me honéstiust 820
Quam té palam hanc rem fácere, ne illa exístumet
Amóris causa pércitum id fecísse te
Magis quám sua causa. DI. At pól qui dix[is]ti réctius.
Tu ergó fac ut illi túrbas, lites cóncias,
Cum suó sibi gnato únam ad amicam dé die 825
Potáre, illam expiláre †iam emone.
PA. Ego ístud curabo. DI. Át ego te opperiár domi.

---

815. suppelles: *corr Pareus* ‖ 816. Suppendas: *corr Bo* | tu haec: *trai Weisius* ‖ 823. *del Py* ‖ 826. Potare *vel* Portare ‖ 827. istud *vel* istuc ‖

ACTVS V

ARGYRIPPVS. ADVLESCENS **DEMAENETVS.** SENEX **<PHILAENIVM>** <MERETRIX>

(AR. Age décumbamus sís, pater. DE. Vt iússeris,
Mi gnáte, ita fiet. AR. Púeri, mensam adpónite.)
DE. Numquídnam tibi moléstumst, gnate mí, si haec nunc mecum áccubat? 830
AR. Pietás, pater, oculís dolorem próhibet: quamquam ego istánc amo,
Possum équidem inducere ánimum, ne aegre pátiar, quia tecum áccubat.
DE. Decét uerecundum ésse adulescentem, Árgyrippe. AR. Edepól, pater,
Meritó tuo facere póssum. DE. Age ergo hoc ágitemus conuíuium
Vino ét sermone suáui: nolo ego métui, amari máuolo,
Mi gnáte, me abs te. AR. Pól ego utrumque fácio, ut aequomst fílium. 836
DE. Credam ístuc, si esse te hílarum uidero. AR. Án tu [esse] me tristém putas?
DE. Putem égo quem uideam aeque ésse maestum, ut quási dies si dícta sit?
AR. Ne díxis istuc. DE. Né sic fueris: ílico ego non díxero.
AR. Em aspécta, rideo. DE. Ýtinam male qui míhi uolunt sic rídeant. 840. 841
AR. Scio équidem quam ob rem mé, pater, tu trístem credas núnc tibi:
Quia istaéc est tecum: atque égo quidem hercle, ut uérum tibi dicám, pater,

---

828 sq. *secl Weisius* | Age decumbamus *vel* Agedum cumbamus || 830. molestus est: *corr J* || 831. Pletas: *corr B* || 835. ut: *corr Pius* || 837. *del Bo* || 838. dicta *vel* dacta || 840. Hem || 842. pater *vel* par ||

Ea rés me male habet, át non eo quia tíbi non cupiam quaé uelis:
Verum ístam amo: aliam técum esse equidem fácile possum pérpeti. 845
DE. At ego hánc uolo. AR. Ergo súnt quae exoptas: míhi quae ego exoptém uolo.
DE. Vnum húnc diem perpétere, quoniam tíbi potestatém dedi
Cum hac ánnum ut esses átque amanti argénti feci cópiam.
AR. Em istóc me facto tíbi deuinx[is]ti. DE. Quín te ergo hilarum dás mihi? 849. 850

ARTEMONA. MVLIER **PARASITVS.** **DEMAENETVS.** SENEX

ARGYRIPPVS. ADVLESCENS **PHILAENIVM** MERETRIX

ART. Aín tu, meum uirum híc potare óbsecro cum fílio
Ét ad amicam détulisse argénti uigintí minas,
Meóque filió sciente id fácere flagitiúm patrem?
PA. Néque diuini néque mi humani pósthac quicquam accréduas,
Ártemona, si húius rei esse mé mendacem inuéneris.
ART. Át scelesta ego praéter alios meúm uirum †frugi rata, 856
Síccum, frugi, cóntinentem, amántem uxoris máxume.
PA. Át nunc dehinc scito íllum ante omnes mínumi mortalém preti,
Mádidum, nili, incóntinentem atque ósorem uxorís suae.

---

844. Ea res *vel* Fares | ac: *corr J* | quin: *corr Ac* ‖ 849 sq. Hem | *del Ca* ‖ 851. mecum *vel* meum ‖ 855. me esse: *trai Sey* ‖

ART. Pól ni uera ista éssent, numquam fáceret ea quae núnc facit. 860
PA. Égo quoque hercle illum ántehac hominem sémper sum frugí ratus:
Vérum hoc facto sése ostendit, quí quidem cum fílio
Pótet una atque úna amicam dúctet, decrepitús senex.
<ART.> Hóc ecastor ést quod ille it ád cenam cottídie:
[ART.] Aít sese ire ad Árchidemum, Chaéream, Chaeréstratum, 865
Clíniam, Chremém, Cratinum, Díniam, Demósthenem:
Ís apud scortum córruptelae<s>t líberis, lustrís studet.
PA. Quín tu illum iubés ancillas rápere sublimém domum?
ART. Táce modo: ne <ego> íllum ecastor míserum habebo. PA. Ego istúc scio
Íta fore illi, dúmquidem cum illo núpta eris. ART. Ego cénseo 870
†Eum etiam hominem ín senatu dáre operam aut cluéntibus:
Íbi labore délassatum nóctem totam stértere.
Ílle opere forís faciendo lássus noctu | áduenit:
Fúndum alienum arát, incultum fámiliarem déserit.
Ís etiam corrúptus porro suóm corrumpit fílium. 875
PA. Séquere hac me modó: iam faxo ipsum hóminem manufesto ópprimas.
ART. Níl ecastor ést quod facere máuelim. PA. Manedúm. ART. Quid est?
PA. Póssis, si forte áccubantem tuóm uirum conspéxeris
Cúm corona ampléxum amicam, sí uideas, cognóscere?

---

860. uera ista *vel* ista uera ‖ 863. una *vel* unam (*bis*) ‖ 866. chremem *vel* chremen | dinian (*vel* cliniam) demostenen ‖ 867. *add Scal* ‖ 869. *add Fl* ‖ 873. opere *vel* operis ‖ 875. corrumpit *vel* corrupit ‖ 878. accubantem *vel* occubantem ‖

ART. Póssum ecastor. PA. Ém tibi hominem. ART. Périi. PA. Paulispér mane:
Aúcupemus éx insidiis clánculum quam rém gerant.
ARG. Quíd modi, pater, ámplexando fácies? DE. Fateor, gnáte mi — 882
ARG. Quíd fatere? DE. Me éx amore húius corruptum óppido.
PA. Aúdin quid ait? ART. Aúdio. DE. Egon ut nón domo uxorí meae
Súbrupiam in delíciis pallam quam hábet atque ad te déferam? 885
Nón edepol condúci possum uíta uxoris ánnua.
PA. Cénsen tu illunc hódie primum ire ádsuetum esse in gáneum?
ART. Ílle ecastor súppilabat mé, quod ancillás meas
Súspicabar átque insontis míseras cruciabám. ARG. Pater,
Iúbe dari uinúm: iam dudum fáctumst quom primúm bibi. 890
DE. Dá, puere, ab summo: áge, tu interibi ab ínfumo da sáuium.
ART. Périi misera: ut ósculatur cárnufex, capulí decus.
DE. Édepol animam suáuiorem aliquánto quam uxorís meae.
PH. Díc amabo, an fétet anima uxóris? DE. Fufae, naúteam
Bíbere malim, sí necessum sít, quam illam oscularier.

---

880. hem ‖ 882. amplexandi: *corr Ac* ‖ 883. corruptum *vel* correptum ‖ 887. illum: *corr Ca* ‖ 888. ecastor *vel* et castor | suppilabat *vel* supp(i)llabat ‖ 889. cruciabam *vel* cruciebam ‖ 890. dare: *corr Ac* ‖ 892. capuli *vel* capilli ‖ 894—903. *sic trai Fl duce Ac: in libris ordo est* 895. 898 [*qui iterum leguntur post v. 906 coniuncti*]. 901—903. 894. 899 sq. 896 sq. ‖ 894. uxoris tuae DE. nauteam: *corr Goe cum Loewio duce Bent* ‖ 895. necessum est: necesse sit *Nonius* ‖

ART. Né illa ecastor faénerato fúnditat: nam sí domum 896
Rédierit hodie, ósculando ego úlciscar potíssumum.
PH. Míser ecastor és. ART. Ecastor dígnus est. ARG. Quid aís, pater?
[ARG.] Écquid matrem amás? DE. Egone illam? núnc amo, quia nón adest.
ARG. Quíd quom adest? DE. Perísse cupio. PA. Ámat homo hic te, ut praédicat.
ART. Áin tandem? edepól ne tu istuc cúm malo magnó tuo 901
Díxisti in me. síne: ⟨re⟩uenias módo domum: faxo út scias,
Quíd pericli sít dotatae uxóri uitium dícere.
ARG. Iáce, pater, talós, ut porro nós iaciamus. DE. Máxume.
Té, Philaeniúm, mihi atque uxóris mortem. hoc Vénériumst. 905
Púeri, plaudite ét mi ob iactum cántharo mulsúm date.
ART. Nón queo duráre. PA. Si non dídicisti fullóni[c]am,
Nón mirandumst: _ ◡ _ in óculos inuadi óptumumst.
ART. Ego pol uiuam et tú istaec hodie cúm tuo magnó malo
Ínuocasti. PA. Écquis currit póllinctorem accérsere? 910
ARG. Máter, salue. ART. Sát salutis⟨t⟩. PA. Mórtuost Demaénetus.
Témpus est subdúcere hinc me: púlcre hoc gliscit proélium.

---

896. ille: *corr Bo* ‖ 898. ART. Miser ecastor es PA.: *corr Ac* ‖ 899. *dist Pareus* ‖ 901. tamdem *vel* tandem *vel* tantum | malo magno *vel* magno malo ‖ 902. *add Goe cum Loewio* ‖ 904. iaceamus ‖ 907. Non *vel* Nom *vel* Nam | *del Dousa* ‖ 909. tuis haec: *corr Ca* ‖ 910. et quis | pollictorem: *corr ex Nonio* ‖ 911. sat *vel* sit | *add Ca* ‖ 912. est *add ex Nonio* ‖

Íbo ad Diabolúm: mandata dícam facta ut uóluerit
Átque interea ut décumbamus suádebo, hi dum lítigant.
Póste demum huc crás adducam ad lénam, ut uigintí minas 915
Eí det, in parte<m> hác amanti ut líceat ei potírier.
Árgyrippus éxorari spéro poterit út sinat
Sése alternas cúm illo noctes hác frui: nam ni ímpetro,
Régem perdidi: éx amore tántumst homini incéndium.
ART. Quíd tibi hunc recéptio ad test meúm uirum? PH. Pol mé quidem 920
Míseram * odio énicauit. ART. Súrge amator, í domum.
DE. Núllus sum. ART. Immo es, né nega, omnium <hóminum> pol nequíssumus.
Át etiam cubát cuculus: súrge amator, í domum.
DE. Vaé mihi. ART. Vera háriolare: súrge amator, í domum.
DE. Ábscede ergo paúlulum istuc. ART. Súrge amator, í domum. 925
DE. Iam óbsecro, uxor, — ART. Núnc uxorem mé esse meministí tuam?
Módo, quom dicta in me íngerebas, ódium, non uxór eram.
DE. Tótus perii. ART. Quíd tandem? anima fétetne uxorís tuae?
DE. Múrram olet. ART. Iam súbrupuisti pállam quam scortó dares?
PH. Écastor qui súbrupturum pállam promisít tibi.
DE. Nón taces? ARG. Ego díssuadebam, máter. ART. Bellum fílium. 931

---

916. *add Lamb* | potierier: *corr B* ‖ 920. hunc *vel* huc ‖ 921. enicabit ‖ 922. *add Fl* ‖ 925. paulnlum *vel* paulum ‖ 926. *dist Bo* | meministi *vel* ministi ‖ 930. ARG.: *corr Pareus* ‖

Ístoscine patrem aéquomst mores líberis largírier?
Nílne te pudét? DE. Pol si aliud níl sit, tui me, uxór, pudet.
ART. Cáno capite té cuculum úxor ex lustrís rapit
DE. Nón licet manére — cena cóquitur — dum ceném modo? 935
ART. Écastor cenábis hodie, ut dígnus es, magnúm malum.
DE. Mále cubandumst: iúdicatum me úxor abducit domum.
ARG. Dícebam, patér, tibi ne mátri consulerés male.
PH. Dé palla meménto, amabo. DE. Iúben hanc hinc abscédere?
ART. Í domum. PH. Da sáuium etiam príus quam abi⟨t⟩is. DE. I ín crucem. 940
PH. Ímmo †intus potiús: sequere hac me, mí anime. ARG. Ego ueró sequor.

GREX

Híc senex siquíd clam uxorem súo animo fecít uolup,
Néque nouom neque mírum fecit néc secus quam alií solent.
Néc quisquamst tam ingénio duro néc tam firmo péctore,
Quín, ubi quicque occásionis sít, sibi faciát bene. 945
Núnc si uoltis déprecari huíc seni ne uápulet,
Rémur impetrári posse, [si] plaúsum si[c] clarúm datis.

---

932. mores est: *trai Py* ‖ 936. dignum est: *corr Gru* ‖ 937. adducit (ducit *Nonius*): *corr Dousa* ‖ 940. *post v. 941 exstat: trai Fl* | abiis *vel* abis: *corr Bo* ‖ 941. me mi *vel* memini | DE.: *corr Bo* ‖ 942. suam *Nonius* | uoluptatis: *corr ex Nonio* ‖ 945. quicque *vel* quaque ‖ 947. *del Bent* ‖

T. MACCI PLAVTI

AVLVLARIA

PERSONAE

LAR FAMILIARIS PROLOGVS
EVCLIO SENEX
STAPHYLA ANVS
EVNOMIA MVLIER
MEGADORVS SENEX
STROBILVS SERVOS
ANTHRAX COCVS
CONGRIO COCVS
PHRYGIA TIBICINA
ELEVSIVM TIBICINA
PYTHODICVS SERVOS
STROBILVS SERVOS
LYCONIDES ADVLESCENS
PHAEDR[I]A VIRGO

ARGVMENTVM I

Senéx auarus uíx sibi credens Eúclio
Domí suae defóssam multis cúm opibus
Aulam ínuenit rursúmque penitus cónditam
Exánguis amens séruat. eius fíliam
Lycónides uitiárat. intereá senex 5
Megadórus a soróre suasus dúcere
Vxórem auari gnátam deposcít sibi.
Durús senex uix promíttit atque aulaé timens
Domó sublatam uáriis abstrudít locis.
Insídias seruos fácit huius Lycónidis 10
Qui uírginem uitiárat: atque ipse óbsecrat
Auónculum Megadórum sibimet cédere
Vxórem amanti. pér dolum mox Eúclio
Quom pérdidisset aúlam, insperato ínuenit
Laetúsque natam cónlocat Lycónidi. 15

11. atque ipse *vel* atque ‖ 12. cedere *vel* credere ‖

ARGVMENTVM II

Aulám repertam | áuri plenam | Eúclio
Vi súmma seruat míseris adfectús modis.
Lycónides istíus uitiat fíliam.
Volt hánc Megadorus índotatam dúcere
Lubénsque ut faciat dát coquos cum obsónio. 5
Auró formidat Eúclio, abstrudít foris.
Re omni ínspecta<ta> cómpressoris séruolus
Id súrpit: illic Eúclioni rém refert.
Ab eó donatur aúro, uxore et fílio.

6. abstridit fores ‖ 7. *add Mue* ‖

PROLOGVS

LAR FAMILIARIS

Nequís miretur quí sim, paucis éloquar.
Ego Lár sum familiáris ex hac fámilia
Vnde éxeuntem me áspexistis. hánc domum
Iam múltos annos ést quom possideo ét colo
†Patri auoque iam húius qui nunc híc habet. 5
Sed míhi auos huius óbsecrans concrédidit
Thensaúrum | auri clam ómnis: in medió foco
Defódit uenerans mé, ut id seruarém sibi.
Is quóniam moritur — íta auido ingenió fuit —
Numquam índicare id fílio uoluít suo: 10
Inopémque optauit pótius eum relínquere
Quam eúm thensaurum cómmostraret fílio.
Agrí reliquit éi non magnúm modum,
Quo cúm labore mágno et misere uíueret.
Vbi is óbiit mortem quí mi id aurum crédidit, 15
Coepi óbseruare, ecquí maiorem fílius
Mihi honórem haberet quam éius habuissét pater.
Atque ílle uero mínus minusque inpéndio
Curáre minusque me ímpertire honóribus.
Item á me contra fáctumst: †nam item obiít die<m>. 20
Is ex se húnc reliquit qui híc nunc habitat fílium
Paritér moratum, ut páter auosque huiús fuit.
Huic fília unast: éa mihi cottídie

---

2. sum lar *Probus et Priscianus* ‖ 3. exeuntem me aspexistis *vel* et euntem me aspexisti ‖ 5. *deest aliquid* ‖ 16. et qui (et quidem *Nonius*): *corr Gul* ‖ 22. eius *Nonius et Servius Dan* ‖

Aut túre aut uino aut áliqui semper súpplicat:
Dat míhi coronas. eíus honoris grátia 25
Fecí, thensaurum ut híc reperiret Eúclio,
Quo illám facilius núptum, si uellét, daret.
Nam eám compressit dé summo adulescéns loco.
Is scít adulescens quaé sit quam comprésserit:
Illa íllum nescit néque compressam autém pater. 30
Eam ego hódie faciam ut híc senex de próxumo
Sibi uxórem poscat. íd ea faciam grátia,
Quo ille eám facilius dúcat qui comprésserat.
Et híc qui poscet eám sibi uxorém senex,
Is ádulescentis íllius est auónculus, 35
Qui illám stuprauit nóctu, Cereris uígiliis.
Sed híc senex iam clámat intus út solet.
Anúm foras extrúdit, ne sit cónscia.
Credo aúrum inspicere uólt, ne subreptúm siet.

ACTVS I

EVCLIO. STAPHYLA
SENEX ANVS

EVC. Exi, ínquam, age exi: exeúndum hercle tibi hinc
ést foras, 40
Circúmspectatrix cum óculis emissíciis.
STA. Nam cúr me miseram uérberas? EVC. Vt mí-
sera sis
Atque út te dignam mála malam aetatem éxigas.
STA. Nam quá me nunc causa éxtrusisti ex aédibus?
EVC. Tibi egó rationem réddam, stimulorúm seges? 45
Illúc regrede⟨re⟩ ab óstio: illuc sís uide,

---

24. aliqui *vel* aliquid ‖ 28. compressit eam: *trai Bo* ‖ 38. ne sit *vel* nescit ‖ 44. qua me nunc *vel* me qua | ex *vel* his ex ‖ 45. ego *vel* enim ‖

Vt incédit. at scin quó modo tibi rés se habet?
Si hercle hódie fustem cépero aut stimulum ín manum,
Testúdineum istum tíbi ego grandibó gradum.
STA. Vtinám me diui adáxint ad suspéndium 50
Potiús quidem quam hoc pácto apud te séruiam.
EVC. At út scelesta sóla secum múrmurat.
Oculós hercle ego istos, ímproba, ecfodiám tibi,
Ne me óbseruare póssis, quid rerúm geram.
Abscéde etiam nunc, étiam nunc, etiám | — ohe, 55
Istíc astato. si hércle tu ex istóc loco
Digitúm transuorsum aut únguem latum excésseris,
Aut sí respexis, dónicum ego te iússero,
Contínuo hercle ego te dédam discipulám cruci.
Sceléstiorem me hác anu certó scio 60
Vidísse numquam, nímisque ego hanc metuó male,
Ne mi éx insidiis uérba inprudentí duit
Neu pérsentiscat, aúrum ubist abscónditum:
Quae in óccipitio quóque habet oculos péssuma.
Nunc íbo ut uisam, sítne ita aurum ut cóndidi, 65
Quod mé sollicitat plúrumis miserúm modis.

⟨STAPHYLA
ANVS⟩

Noenúm mecastor, quíd ego ero dicám meo
Malaé rei euenísse quamue insániam,
Queo cómminisci | : íta me miseram ad húnc modum
Deciés die uno saépe extrudit aédibus. 70
Nescío pol quae illunc hóminem intemperiaé tenent:
Peruígilat noctes tótas: tum autem intérdius

---

48. hodie hercle (hodie *B et* · hercle *s. v.* B^2): *trai Kampmannus* ‖ 49. Testudineum *vel* Testudinem | gradibo: *corr ex Nonio* ‖ 55. nunc etiam nunc *vel* nunc ‖ 56. atasto: *corr Gru* ‖ 58. respexis *vel* respexeris ‖ 60. certe: *corr Franckenus* ‖ 65. estne: *corr Py* ‖ 67. *add Goellerus* | ego ero *vel* ero ego ‖

Quasi claúdus sutor dómi sedet totós dies.
Neque iám quo pacto célem erilis fíliae
Probrúm, propinqua pártitudo quoi áppetit, 75
Queo cómminisci: néque quicquam meliúst mihi,
Vt opínor, quam ex me ut únam faciam lítteram
Long⟨ám, me⟩um laqueo cóllum quando obstrínxero.

EVCLIO. STAPHYLA
SENEX ANVS

EVC. Nunc défaecato démum animo egrediór domo,
Postquám perspexi sálua esse intus ómnia. 80
Redi núnciam intro atque íntus serua. STA. Quíppini?
Ego íntus seruem? an néquis aedes aúferat?
Nam hic ápud nos nil est áliud quaesti fúribus:
Ita ináni⟨i⟩s sunt óppletae atque aráneis.
EVC. Mirúm quin tua [nunc] me caúsa faciat Iúp-
piter 85
Philíppum regem aut Dáreum, triuenéfica.
Aráneas mi ego íllas seruarí uolo.
Paupér sum, fateor, pátior: quod di dánt fero.
Abi íntro, occlude iánuam: iam ego híc ero.
Caue quémquam alienum in aédis intromíseris. 90
Quod quíspiam ignem quaérat, extinguí uolo,
Ne caúsae quid sit quód te quisquam quaéritet.
Nam si ígnis uiuet, tu éxtinguere extémp⟨u⟩lo.
Tum aquam aúfugisse dícito, siquís petet.
Cultrúm, securim, pístillum, mortárium, 95
Quae uténda uasa sémper uiciní rogant,
Furés uenisse atque ábstulisse dícito.
Profécto in aedis meás me absente néminem

---

78. *add Ca duce Scu* | obstrinxero *vel* obstrixero ‖ 79. egredior *vel* egrediar ‖ 80. perspexi *vel* prospexi ‖ 81 sq. *dist Pareus* ‖ 84. *add Py* ‖ 85. *del Ca* ‖ 86. darieum *vel* darium ‖ 91. quaerat *vel* quaerit ‖ 93. *add Ca* ‖ 95. pistillum *vel* pistellum ‖ 98. inaedis *vel* inaedibus | meas me *vel* mae ‖

Volo íntromitti. atque étiam hoc praedicó tibi,
Si Bóna Fortuna uéniat, ne intromíseris. 100
STA. Pol ea ípsa credo ne íntromittatúr cauet:
Nam ad aédis nostras núsquam adiit, quamquám propest.
EVC. Tace átque abi intro. STA. Táceo atque abeo.
EVC. Occlúde sis
Forés ambobus péssulis. iam ego híc ero.
Discrúcior animi, quía ab domo abeundúmst mihi. 105
Nimis hércle inuitus ábeo: sed quid agám scio.
Nam nóster nostrae quíst magister cúriae
Diuídere argenti díxit nummos ín uiros:
Id sí relinquo ac nón peto, omnes ílico
Me súspicentur, crédo, habere aurúm domi. 110
Nam nón est ueri símile | hominem paúperem
Pauxíllum parui fácere qui<n> nummúm petat.
Nam núnc quom celo sédulo omnis, né sciant,
Omnés uidentur scíre et me benígnius
Omnés salutant quám salutabánt prius. 115
Adeúnt, consistunt, cópulantur déxteras:
Rogitánt me, ut ualeam, quíd agam, quid rerúm geram.
Nunc quó profectus sum íbo: postideá domum
Me rúrsum quantum pótero tantum récipiam.

ACTVS II

EVNOMIA. MEGADORVS
MVLIER SENEX

EVN. Velím te arbitrári me<d> haéc uerba,
fráter, 120
Meái fidéi tuáique réi [haec]
Causá facere, ut aéquomst germánam sorórem.

---

102. nusquam *vel* numquam | prope est *vel* prope ‖ 106. siquid: *corr J* ‖ 118. post idem: *corr Ca* ‖ 120. *add Guy* ‖ 121. meae fidei tuaeque rei haec († hoc *s. v.*) *adhaeret v. 120: corr Reizius, del Pius* ‖

Quamquam haúd falsa súm nos odiósas habéri:
Nam múltum loquáces merito ómnes habémur
Nec mútam profécto repértam ullam esse * 125
†Hodie dicunt mulierem ullo in saeculo.
Verum hóc, frater, únum tamen cogitáto,
Tibí proxumám me mihíque esse itém te.
It<a> aéquomst quod ín rem esse utríque arbitrémur
Et míhi te et tibí <me> consúlere et monére: 130
Neque occultum id haberi neque per metum mussari,
Quin participem pariter ego te et tu me ut facias.
Eo nunc ego secreto te huc foras seduxi,
Vt tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem.
MEG. Da mihi, optuma femina, manum. 135
EVN. Vbi east, quis east nam optuma? MEG. Tu. EVN. Tune ais? MEG. Si negas, nego.
EVN. Decet te equidem uera proloqui. nam optuma nulla potest eligi: 140
Alia alia peior, frater, est. MEG. Idem ego arbitror, nec tibi
Aduorsari certumst de istac re umquam, soror.
EVN. Da mihi operam, amabo. MEG. Tuast: utere atque impera, siquid uis.
EVN. Id quod in rem tuam optumum esse arbitror, te id monitum aduento. 145
MEG. Soror, móre tuo facis. EVN. Fácta uolo.
MEG. Quid ést id, sorór? EVN. Quod tibí sempitérnum
Salútare sít: liberís procreándis —
MEG. Ita dí faxint — EVN. Volo te úxorem
Domum dúcere. MEG. Ei, occídi. EVN. Quid ita? 150

---

128. item esse: *trai Bent* ‖ 129. Vt: *corr Taubmannus* ‖ 131 sqq. *cf. ad Amph. 159 sqq.* ‖ 131. occultum *vel* occultatum ‖ 146. more *vel* moro | facta *vel* facto ‖ 147. *adhaeret v. 146, dein* — faxint *et* — ita: *discr Bo et Weisius* ‖

MEG. Quia míhi misero cerebrum éxcutiunt tua dícta,
soror: lapidés loqueris. 151. 152
EVN. Heia, hóc face quod te iúbet soror. MEG. Si
lúbeat faciam.
EVN. In rem hóc tuamst. MEG. †Vt quidem emo-
riar prius quam ducam.
†Sed his legibus si quam dáre uis, ducam: 155
Quae crás ueniat, peréndie forás feratur [soror].
His légibus †quam dare uis cedo: nuptiás adorna.
EVN. Quam máxuma possúm tibi, fratér, dare dote:
Sed est grándior: nam múlieris est aétas media.
Eam sí iubes, fratér, tibi me póscere, poscam. 160
MEG. Núm non uis me intérrogare te? EVN. Ímmo
siquid uís, roga.
MEG. Póst mediam aetatém qui media dúcit uxorém
domum,
Si eám senex anúm praegnantem fórtuito fécerit,
Quíd dubitas, quin sít paratum nómen puero Póstumus?
Núnc ego istum, sorór, laborem démam et deminuám
tibi. 165
Égo uirtute deum ét maiorum nóstr[or]um diues súm
satis.
Ístas magnas fáctiones, ánimos, dotes dápsiles,
Clámores, impéria, eburata uéhic[u]la, pallas, púr-
puram
Níl moror, quae in séruitutem súmptibus redigúnt[ur]
uiros.
<EVN.> Díc mihi, quaeso, quís east quam uis dúcere
uxorem? MEG. Éloquar. 170

---

153. lubeat *vel* iubeat ‖ 155. *solus post v. 154 add B* ‖ 156. *del Reizius* ‖ 158. frater dare *vel* dare frater | dote (*et* maxima) *vel* dotem (*et* maximam) ‖ 159. natu media est mulieris aetas: *corr Goe, trai Bo* ‖ 162. qui mediam *Festus* ‖ 163. fortuito *vel* fortuitu ‖ 164. his nomen pueris postumae *Festus* ‖ 165. degam *Nonius* ‖ 166. *del Gru ex Capt. 324* ‖ 167. dapsilas *Nonius* ‖ 169. in seruitutum ‖ 170. *add Pius* | mihi si audes quis (*vel* quae) *Priscianus et schol. Pers.* | EVN.: *corr Pius* ‖

Nó[ui]stin hunc senem Eúclionem ex próxumo paupérculum?
EVN. Nóui: hominem haud malúm mecastor. ⟨MEG.⟩ Éius cupio filiam
Vírginem mihi désponderi: uérba ne faciás, soror.
Scío quid dicturá's: hanc esse paúperem: haec paupér placet.
EVN. Dí bene uortant. MEG. Ídem ego spero. EVN. †Quid me nunc quid uís? MEG. Vale. 175
EVN. Ét tu, frater. MEG. Égo conueniam Eúclionem, sí domist.
Séd eccum *: néscio unde sése homo recipít domum.

EVCLIO. MEGADORVS
SENES II

EVC. Praésagibat mi ánimus frustra me íre, quom exibám domo.
Ítaque abibam inuítus: nam neque quísquam curiálium
Vénit neque magíster quem diuídere argentum opórtuit. 180
Núnc domum properáre propero: nam égomet sum hic, animús domist.
MEG. Sáluos atque fórtunatus, Eúclio, sempér sies.
EVC. Dí te ament, Megadóre. MEG. Quid tu? récten atque ut uís uales?
EVC. Nón temerariúmst, ubi diues blánde appellat paúperem.
Iam íllic homo aurum scít me habere, eo mé salutat blándius. 185
MEG. Aín tu te ualére? EVC. Pol ego haud pérbene a pecúnia.

---

172. MEG. Noui: *corr Pius et add in spat* | *dist Brixius* ‖ 175. Quid (*vel* quod) me ‖ 178. exirem *Cicero de div. I 31, 65* (*om.* mihi) ‖ 181. properare *ex* properabo *D* ‖ 185. me scit: *trai Bo* ‖ 186. a pecunia perbene: *trai Guy* ‖

MEG. Pól sist animus aéquos tibi, sat[is] hábes, qui bene uitám colas.
EVC. Ánus hercle huic indícium fecit de aúro: perspicué palamst.
Quoí ego iam linguám praecidam atque óculos effodiám domi.
MEG. Quíd tu solus técum loquere? EVC. Meám pauperiem cónqueror. 190
Vírginem habeo grándem, dote cássam atque inlocábilem,
Néque eam queo locáre quoiquam. MEG. Táce: bonum habe animum, Eúclio:
Dábitur: adiuuábere a me: díc, siquid opust, ímpera.
EVC. Núnc petit, quom póllicetur: ínhiat aurum ut déuoret.
Áltera manú fert lapidem, pánem ostentat áltera. 195
Némini credó qui large blándust diues paúperi.
Ýbi manum inicít benigne, ibi ónerat aliquam zámiam.
Égo istos noui pólypos qui u[i]bi quícquid tetigerúnt tenent.
MEG. Dá mi operam parúmper, si operaest, Eúclio, id quod té uolo
Dé communi re áppellare mea ét tua. EVC. Ei miseró mihi. 200
Aúrum mi intus hárpagatumst. núnc hic eam rem uólt, scio,
Mécum adire ad páctionem: uérum interuisám domum.
MEG. Quó abis? EVC. Iam <ego> ad té reuortar: námst quod inuisám dómum.
MEG. Crédo edepol, ubi méntionem ego fécero de fília,
Mi út despondeát, sese a me dérideri rébitur. 205
Néque illo quisquamst álter hodie ex paúpertate párcior.

---

187. *del Harius* | colas *vel* colis ‖ 188. huic *vel* hunc ‖ 191. Filiam h. g. cassa dote atque inlocabili *Varro* ‖ 198. uibi (*vel* iubi) *vel* nibi: *corr Hermolaus* | tetigerunt *vel* tetigerint ‖ 199. si operaest euclio id *Nonius*: paucis euclio est ‖ 203. *add Mue* | quod uisam: *corr Ri* ‖

EVC. Dí me seruant, sálua re<s> est: †saluum est, siquid non perit.
Nímis male timuí. prius quam intro rédi<i>, exanimatús fui.
Rédeo ad te, Megadóre, siquid mé uis. MEG. Habeo grátiam.
Quaéso quod te pércontabor, ne íd te pigeat próloqui. 210
EVC. Dúmquidem nequid pérconteris, quód [mihi] non lubeat próloqui.
MEG. Díc mihi, quali me árbitrare génere prognatúm? EVC. Bono.
MEG. Quíd fide? EVC. Boná. MEG. Quid factis? EVC. Néque malis neque ímprobis.
MEG. Aétatem meam scís? EVC. Scio esse grándem item ut pecúniam.
MEG. Cérte edepol equidém te ciuem síne mala omni málitia 215
Sémper sum arbitrátus et nunc árbitror. EVC. Aurum huíc olet.
Quíd nunc me uis? MEG. Quóniam tu me et égo te qualis sís scio:
Quaé res recte uórtat mihique tíbique tuaeque filiae,
Fíliam tuám mi uxorem pósco: promitte hóc fore.
EVC. Héia, Megadore, haúd decorum fácinus tuis factís facis, 220
V́t inopem atque innóxium abs te atque ábs tuis me inrídeas.
Nám de te neque ré neque uerbis mérui, ut faceres quód facis.
MEG. Néque edepol ego té derisum uénio neque derídeo:
Néque dignum arbitrór. EVC. Cur igitur póscis meam gnatám tibi?

---

207. *add J* ‖ 211. *del Guy* ‖ 222. uti *vel* ut ‖

MEG. V́t propter me tíbi sit melius míhique propter te ét tuos. 225
EVC. Vénit hoc mi, Megadóre, in mentem, té<d> esse hominem díuitem,
Fáctiosum, mé item esse hominem paúperum paupérrumum.
Núnc si filiám locassim meám tibi, in mentém uenit,
Té bouem esse et me ésse asellum: ubi técum coniunctús siem,
V́bi onus nequeam férre pariter, iáceam ego asinus ín luto: 230
Tú me bos magis haúd respicias, gnátus quasi numquám siem.
Ét te utar iníquiore et méus me<d> ordo irrídeat.
Neútrubi habeam stábile stabulum, síquid diuortí fuat:
Ásini me mordícibus scindant, bóues incursent córnibus.
Hóc magnumst períclum, [me] ab asinis ád boues transcéndere. 235
MEG. Quam ád probos propínquitate próxume te adiúnxeris,
Tam óptumumst: tu cóndicionem hanc áccipe: auscultá mihi
Átque eam despondé mi. EVC. At nil est dótis quod dem. MEG. Né duas.
Dúm modo moráta recte uéniat, dotatást satis.
EVC. Eó dico, ne mé thensauros répperisse cénseas. 240
MEG. Nóui: ne doceás. desponde. EVC. Fíat: sed pro Iúppiter,
Num égo disperii? MEG. Quíd tibist? EVC. Quid crépuit quasi ferrúm modo? 242
MEG. Híc apud me hortúm confodere iússi. sed ubi hi[n]c ést homo? 244
Ábiit neque me cértiorem fécit: fastidít mei.

---

226. *add Ac* ‖ 232. *add Ac* ‖ 233. deuorti ‖ 234. mordicus: *corr ex Nonio* ‖ 235. *del Ca* ‖ 238. quod dem *vel* quidem ‖ 242. Quid (*vel* Quod) crepuit ‖

Quía uidet me súam amicitiam uélle, more hominúm facit.
Nám si opulentus ít petitum paúperioris grátiam,
Paúper metuit cóngredi<ri>. pér metum male rém gerit.
Ídem quando occásio illaec péri<i>t, post seró cupit.
EVC. Si hércle ego te non élinguandam dédero usque ab radícibus, 250
Ímpero auctorque <égo> sum, ut tu me quoí uis castrandúm loces.
MEG. Vídeo hercle ego te me árbitrari, Eúclio, hominem idóneum,
Quém senecta aetáte ludos fácias, haud meritó meo.
EVC. Néque edepol, Megadóre, facio néque, si cupiam, cópiast.
MEG. Quíd nunc? etiam míhi despondes fíliam? EVC. Illis légibus, 255
Cúm illa dote quám tibi dixi. MEG. Spónden ergo? EVC. Spóndeo.
MEG. [Istuc] Dí bene uortant. EVC. Íta di faxint: íllud facito ut mémineris
Cónuenisse, ut néquid dotis mea ád te afferret fília.
MEG. Mémini. EVC. At scio quo uós soleatis pácto perplexárier:
Páctum non pactúmst, non pactum páctumst, quod uobís lubet. 260
MEG. Núlla controuérsia mihi técum erit: sed núptias
Núm quae causast quín faciamus hódie? EVC. Immo edepol óptuma.
MEG. Íbo igitur, parábo. numquid mé uis? EVC. †Istuc fiet uale.

---

248. *add Ac* ‖ 249. illaec occasio (*vel* occansio): *trai Harius* | *add Py* ‖ 251. *add Guy* | tu *solus* B^2 ‖ 252. te me *vel* te *vel* me ‖ 255. *dist Ac* ‖ 257. EVC. *praem* (*et* MEG. Ita *et* EVC. Illud): *corr Angelius* | *del Py* ‖ 258. afferret *vel* aufferret *vel* afferat ‖ 262. Hodie quin faciamus num quae causa est: *trai Brixius* ‖ 263. uis me B^2 ‖

MEG. Heús, Strobile, séquere propere me ád macellum strénue.
EVC. Íllic hinc abiit. di ímmortales, óbsecro, aurum quíd ualet. 265
Crédo ego illum iam ín<d>audisse míhi esse thensaurúm domi:
Íd inhiat, ea affínitatem hanc óbstinauit grátia.

EVCLIO. STAPHYLA
SENEX ANVS

EVC. Ýbi tu's quae debláterauisti iám uicinis ómnibus
Meaé me filiaé daturum dótem? heus, Staphyla, té uoco.
Écquid audis? uáscula intus púre propera atque élue. 270
Fíliam despóndi ego: hodie huic núptum Megadoró dabo.
STA. Dí bene uortant: uérum ecastor nón potest: subitúmst nimis.
EVC. Táce atque abi: curáta fac sint quom á foro redeám domum.
†Atque occlude aédis: iam ego hic ádero. STA. Quid ego núnc agam?
Núnc nobis prope adést exitium, mi átque erili fíliae. 275
Núnc probrum atque pártitudo própe adest ut fiát palam.
Quód celatum atque óccultatumst úsque adhuc, nunc nón potest.
Íbo intro, ut erus quae ímperauit fácta quom ueniát sient.
Nám ecastor malúm maerorem métuo ne inmixtúm bibam.

---

266. *add Goellerus* (inaudiuisse *Nonius*) | domi *vel* domim || 268. deblattauisti (deblaterasti *Nonius*) || 271. hodie ego || 273. abi *vel* abi et || 274. ego hic (*vel* hic) adero (*vel* ero) || 279. minixtum (mixtim *J*): *corr Gru* ||

ACTVS III

STROBILVS. ANTHRAX. CONGRIO
SERVOS COCI II

STR. Postquam óbsonauit érus et conduxít coquos 280
Tibícinasque hasce ápud forum, edixít mihi,
Vt díspertirem obsónium hic bifáriam.
ANTH. Mequidem hércle dicam * palam non díuides.
Siquó tu totum me íre uis, operám dabo.
CONG. Bellum ét pudicum uéro prostibulúm popli. 285
Post síquis uellet, te haúd non uelles díuidi.
STR. Atqui égo istuc, Anthrax, áliouorsum díxeram,
Non ístuc quo[d] tu insímulas: sed erus núptias
Meus hódie faciet. ANTH. Quóius ducit fíliam?
STR. Vicíni huius Eucliónis <senis> e próxumo. 290
Ei ádeo obsoni hinc dímidium iussít dari,
Cocum álterum itidemque álteram tibícinam.
ANTH. Nempe hú[i]c dimidium dícis, dimidiúm domum?
STR. Nempe sícut dicis. ANTH. Quíd? hic non poterat dé suo
Senex óbsonari fíliai núptiis? 295
STR. Vah. ANTH. Quíd negotist? STR. Quíd negoti sít rogas?
Puméx non aequest ár[i]dus, atque hic ést senex.
ANTH. Ain tándem? CONG. Ita esse ut dícis! STR. Tute exístuma
* * * * * * * * * * * * * *
Suam rém perisse séque eradicárier.
[STR.] Quin díuom atque hominum clámat continuó fidem, 300

---

280. Postquam *vel* Posquam ‖ 281. Tibicenasque ‖ 285. STR.: *corr Bo* ‖ 287. ANTH. (*et* STR. *v. 288*): *corr Ca* | Atque: *corr Py* ‖ 288. *del Bo* ‖ 290. *add Ca* ‖ 291. hic iussit dimidium *Gellius* ‖ 293. *del Guy* | domi: *corr Ac* ‖ 295. filiae innuptiis: *corr Scal* ‖ 297. *del Sey* ‖ 298. STR. Ita: *corr Sey* | ANTH. Tute: *corr V²J* | *lac sign Havetus* ‖ 300. *del V²J* ‖

De suó tigillo fúmus siqua exít foras.
Quin quom ít dormitum, fóllem obstringit ób gulam.
ANTH. Cur? STR. Néquid animae fórte amittat dór-
miens.
ANTH. Etiámne obturat ínferiorem gútturem,
* néquid animae fórte amittat dórmiens? 305
STR. Sic míhi te ut tibi me<d> aéquomst credo
crédere.
ANTH. Immo équidem credo. STR. Át scin etiam
quómodo?
Aquam hércle plorat, quóm lauat, profúndere.
ANTH. Censén talentum mágnum exorarí potis
Ab istóc sene, ut det quí fiamus líberi? 310
STR. Famem hércle utendam, sí roges, numquám dabit.
Quin ípsi pridem tónsor unguis démpserat:
Collégit, omnia ábstulit praeségmina.
ANTH. Edepól mortalem párce parcum praédicas.
STR. Censén uero adeo [esse] párcum et miserum
uíuere? 315
[ANTH.] Pulméntum pridem †ei eripuit míluos:
Homo ád praetorem plórabundus déuenit:
Infít ibi postuláre, plorans, éiulans,
Vt síbi liceret míluom uadárier.
Sescénta sunt quae mémorem, si sit ótium. 320
Sed utér uostrorumst célerior? memorá mihi.
ANTH. Ego, et múlto melior. STR. Cócum ego, non
furém rogo.
ANTH. Cocum é<r>go dico. STR. Quíd tu ais? CONG.
Sic sum, út uides.

---

301. tuo ligello *Nonius* ‖ 303. emittat *Nonius* ‖ 306. Hęc *vel* Nęc: *corr Vss* | *add Scal* | credere credo: *trai Py* ‖ 308. hercle plorat *vel* plorat hercle ‖ 309. potest: *corr Bo* ‖ 312. ipse *Nonius* | dempserat *vel* dep̄sserat ‖ 315. *del Sey* | misere *vel* miserere: *duce Stu corr Sey* ‖ 316. eripuit *vel* eripui ‖ 317. plorabundus (*vel* plorandus) deuenit (uenit deplorabundus *Nonius*) ‖ 321. memora *vel* memori ‖ 322. CONG.: *corr Py* | Ego ut: *corr Mue* ‖ 323. *add Ac* ‖

ANTH. Cocus ílle nundinálist, in nonúm diem
Solet íre coctum. CONG. Tún trium litterárum homo 325
Me uítuperas? fur. ANTH. Étiam fur, trifúrcifer.

[STROBILVS. CONGRIO
SERVOS COCVS]

STR. Tace núnciam tu: atque ágnum hinc uter est pínguior
* * * * * * ANTH. Licet. STR. Tu, Cóngrio,
†Eum sume atque abi intro illuc, ét uos illum séquimini:
Vos céteri ite huc ád nos. CONG. Hercle iniúria 330
Dispértiuisti: pínguiorem agnum ísti habent.
STR. At núnc tibi dabitur pínguior tibícina.
I sáne cum illo, Phrúgia: tu autem, Eleúsium,
Huc íntro abi ad nos. CONG. Ó Strobile súbdole,
Hucíne detrus[is]ti me ád senem parcíssumum? 335
Vbi síquid poscam usque ád rauim poscám prius
Quam quícquam detur. STR. Stúltus et sine grátia's.
[Tibi récte facere, quándo quod faciás perit.]
CONG. Qui uéro? STR. Rogitas? iám principio in aédibus
Turba ístic nulla tíbi erit: siquid utí uoles, 340
Domo ábs te adferto, ne óperam perdas póscere.
Hic aútem apud nos mágna turba ac fámiliast,
Supéllex, aurum, uéstis, uasa argéntea:
Ibi sí peri[u]erit quíppiam, — quod té scio
Facile ábstinere pósse, si nil óbuiamst — 345

---

324. STR.: *corr Angelius* | nundinale est *Festus* ‖ 325. Tum: *corr B* ‖ 326. STR.: *corr Angelius* ‖ 328 sq. *lac sign D* | eum sume Atque *vel* Eum sume atque: *haec quoque lacunosa* ‖ 330. illuc ad: *corr Kochius* | ANTH. ‖ 331 sq. pingulorem *et* pingulor: *corr J* | tibi dabitur *vel* dabitur tibi ‖ 335. *del Ac* | 336. poscamus quę | adarauin poscamus prius: *corr ex Nonio* ‖ 338. *secl Weisius* ‖ 339. principio *vel* inprincipio ‖ 340. istuc: *corr Taubmannus* ‖ 342. Hic autem *vel* Hic ‖

Dicánt, coqui abstulérunt: comprehéndite,
Vincíte, uerberáte, in puteum cóndite.
Horúm tibi istic níl eueniet: quíppe qui,
Vbi quíd subripias, níl est: sequere hac mé. CONG. Sequor.

STROBILVS. STAPHYLA. CONGRIO
SERVOS ANVS COCVS

STR. Heu<s>, Stáphyla, prodi atque óstium aperi. STA. Quí uocat? 350
STR. Strobílus. STA. Quid uis? STR. Hós ut accipiás coquos
Tibícinamque obsóniumque in núptias.
Megadórus iussit Eúclioni haec míttere.
STA. Cererín, Strobile, has súnt facturi núptias?
STR. Qui? STA. Quía temeti níl allatum intéllego. 355
STR. At iam ápferetur, si á foro ipsus rédierit.
STA. Ligna híc apud nos núlla sunt. CONG. Sunt ásseres?
STA. Sunt pól. CONG. Sunt igitur lígna, ne quaerás foris.
STA. Quid? ímpurate, quámquam Volcanó studes,
Cenaéne causa aut tuaé mercedis grátia 360
Nos nóstras aedis póstulas combúrere?
CONG. Haud póstulo. STR. Duc ístos intro. STA. Séquimini.

---

346. quoqui ‖ 349. subripiat: *corr Lamb* ‖ 352. obsoniumque *vel* obsonium ‖ 354. mi strobile *Macrobius* | has sunt *Festus*: hi sunt *Macrobius*: has ‖ 355. allatum uideo *Festus et Macrobius* ‖ 356. Adiam: *corr* B^2 ‖ 357. CONG. Ligna | STR. Sunt: *corr Ac* ‖ 358. CONG. Sunt pol STR.: *corr Ac* ‖ 360. Caenae ue: *corr Pius* ‖ 362. STR. Haud postulo #: *corr Ac* ‖

PYTHODICVS
SERVOS

Curáte: ego interuísam quid faciánt coqui:
Quos pól ut ego hodie séruem cura máxumast.
Nisi únum hoc faciam, ut ín puteo cenám coquant: 365
Inde cóctam sursum súbducemus córbulis.
Si autém deorsum cómedent, siquid cóxerint,
Superi íncenati súnt et cenati ínferi.
Sed uérba hic facio, quási negoti níl siet,
Rapácidarum ubi tántum si[e]t in aédibus. 370

EVCLIO. CONGRIO
SENEX COCVS

EVC. Volui ánimum tandem cónfirmare hodié meum,
Vt béne haberem me fíliai núptiis.
Venio ád macellum, rógito pisces: índicant
Carós: agninam cáram, caram búbulam,
Vitulínam, cetum, pórcinam, cara ómnia: 375
Atque eó fuerunt cáriora, aes nón erat.
†Abeo iratus illinc, quoniam nil est qui emam.
Ita illís impuris ómnibus adií manum.
Deinde égomet mecum cógitare intéruias
Occépi: festo dié siquid prodégeris, 380
Proféstо egere líceat, nisi pepérceris.
•Postquam hánc rationem uéntri cordique édidi,
Accéssit animus ád meam senténtiam,
Quam mínumo sumptu fíliam ut nuptúm darem.
Nunc túsculum emi hoc ét coronas flóreas: 385
Haec ímpone[u]ntur ín foco nostró Lari,

---

363. FITODICVS ‖ 365. coquam *Nonius* ‖ 369. Si: *corr Gru* ‖ 370. *del Goellerus* ‖ 372. me *solus* B^2 *s. v.* | filiae: *corr Scal* ‖ 375. Vitilinam (*corr* B^2) caetum ‖ 385. Nunc *vel* Hunc | emi et hasce: *corr ex Prisciano* ‖ 386. *del* V^2J ‖

Vt fórtunatas fáciat gnatae núptias.
Sed quíd ego apertas aédis nostras cónspicor?
Et strépitust intus. númnam ego compilór miser?
CONG. Aulám maiorem sí potes ⟨ex⟩ uicínia 390
Pete: † haec paruast, cápere non quit. EVC. Eí mihi,
Perii hércle |: aurum rápitur, aula quaéritur.
[Nímirum occidór, nisi ego intro huc própere propero
cúrrere.]
Apóllo, quaeso, súbueni mi atque ádiuua:
Confíge sagittis fúres thensaurários: 395
⟨Si⟩quoi ín re tal⟨i⟩ iá⟨m⟩ subueni⟨s⟩t⟨i⟩ ántidhac.
Sed césso prius quam prórsus perii cúrrere?

ANTHRAX
COCVS

Dromó, desquama píscis: tu, Machaério,
Congrúm, murenam exdórsua quantúm potest.
Ego hínc artoptam ex próxumo utendám peto 400
A Cóngrione. tu ístum gallum, sí sapis,
Glabriórem reddes míhi quam uolsus lúdiust.
Sed quíd hoc clamoris óritur hinc ex próxumo?
Coqui hércle, credo, fáciunt officiúm suom.
Fugiam íntro, nequid túrbae | hic itidém fuat. 405

---

390. *add Lamb* ‖ 393. *secl Vss* ‖ 396. *add Vss* ‖ talia (tali V^2J): *corr Ca* | subuenit ‖ 398. Drom(a)e *Nonius* | des quam aspicis: *corr ex Nonio* ‖ 399. gongrum *Nonius* | exdorsua quantum potest (*vel* potes) *Nonius*: exossata fac sient ‖ 402. Glabrionem (*vel* Cl.): *corr ex Nonio* | reddis *Nonius* | lydyus (*vel* lidyus *vel* lidius) est (lydius *Nonius*) ‖ 405. Redeo *Nonius* | turbae hic itidem: hic turbae *Nonius* | fiat: *corr Harius* ‖

CONGRIO
COCVS

†Optati uiues populares, íncolae, accolae, áduenae omnes,
Dáte uiam qua fúgere liceat, fácite totae pláteae pateant.
Néque ego umquam, nisi hódie, ad Bacchas uéni in Bacchanál coquinatum:
Íta me miserum et meós discipulos fústibus male cóntuderunt.
Tótus doleo atque óppido perii: íta me iste habuit sénex gymnasium. 410
Áttat, perii hercle égo miser: * aperit Bacchanál: adest:
Sequitúr. scio quam rém geram: hoc ipsús magister mé docet.
Neque lígna ego usquam géntium praebéri uidi púlcrius.
Itaque ómnis exegít foras me atque hós onustos fústibus.

EVCLIO. CONGRIO
SENEX COCVS

EVC. Redi, quó fugis nunc? téne, tene. CONG. Quid, stólide, clamas? 415
EVC. Quia ad trísuiros iam ego déferam nomén tuom. CONG. Quam ob rem?
EVC. Quia cúltrum habes. CONG. Cocúm decet. EVC. Quid cómminatu's
Mihi? CONG. Ístud male factum árbitror, quia nón latus fodi.

406. uiues *vel* uires (ciues $V^2 J$) ‖ 408. bachinal: *corr B cum Nonio* ‖ 412. docuit: *corr Ac* ‖ 413. ego *vel* eo ‖ 417. co(m)minatus: *corr Ac* ‖ 418. Istud *vel* Istuc ‖

EVC. Homo núllust te sceléstior qui uíuat hodie
Neque quoi égo de industria ámplius male plús lubens
faxim. 420
CONG. Pol etsí taceas, palam íd quidemst: res ípsa
testist.
Ita fústibus sum móllior magis quam úllus cinaedus.
Sed quíd tibi nos táctiost, mendíce homo? ⟨EVC.⟩
Quae res?
Etiám rogitas? an quía minus quam aequóm me
erat feci?
CONG. Sine: at hércle cum magnó malo tuo, si hóc
caput sentit. 425
EVC. Pol ego haúd scio quid póst fuat: tuom núnc
caput sentit.
Sed in aédibus quid tíbi meis nam erát negotí
Me absénte, nisi ego iússeram? uolo scíre. CONG.
Tace ergo.
Quia uénimus coctum ad núptias. EVC. Quid tú,
malum, curas,
Vtrum crúdum an coctum ego edím ⏑ –, nisi tú mi's
tutor? 430
CONG. Volo scíre, sinas an nón sinas nos cóquere
hic cenam?
EVC. Volo scíre ego item meaé domi mea⟨n⟩ sálua
futura?
CONG. Vtinám mea mihi modo aúferam quae ad
⟨té⟩ tuli salua.
Me haud paénitet, tua ne éxpetam. EVC. Scio: né
doce, noui.
CONG. Quid est quá prohibe[a]s nunc grátia nos
cóquere hic cenam? 435

---

420. quo: *corr* B^2 ‖ 422. submollior magis *Nonius*: sum mollior miser magis ‖ 423. mendice homo tactio est: *trai Herm* | *add Sey* ‖ 424. aequomereat: *corr Sey* ‖ 425. malo tuo magno: *trai Harius* | sentit *vel* sentiet ‖ 426. *om VJ* | fiat ‖ 430. *lac signavimus* ‖ 432. *add Ca* ‖ 433. *add Stu* ‖ 434. ex(s)pectam: *corr B* ‖ 435. quia: *corr* B^2 ‖

Quid fécimus? quid díximus tibi sécus quam uelles?
EVC. Etiám rogitas, sceléste homo, qui⟨ne⟩ ángulos omnis
Mearum aédium et concláuium mihi † peruium facitis?
Ib⟨i⟩ ubí tibi erat negótium, ad focúm si adesses,
Non físsile †haberes caput: merito íd tibi factumst. 440
Adeo út tu meam senténtiam iam nóscere possis:
Si ad iánuam huc accésseris, nisi iússero, propius,
Ego té faciam misérrumus mortális uti sis.
Scis iám meam senténtiam. ⟨CONG.⟩ Quo abís? redi rursum.
Ita mé bene amet Lauérna, ⟨uti⟩ te iám, nisi reddi 445
Mihi uása †iubes, pípulo te hic dífferam ante aedis.
Quíd ego nunc agám? ne ego edepol uéni huc auspició malo:
Númmo sum condúctus: plus iam médico mercedíst opus.

EVCLIO. CONGRIO
SENEX COCVS

EVC. Hóc quidem hercle quóquo | ibo mécum erit, mecúm feram,
Néque istic in tantís periclis úmquam committam út siet. 450
Íte sane núnc [iam] intro omnes ét coqui et tibícinae.
†Etiam intro dúce, si uis, uél gregem uenálium.
Cóquite, facite, féstinate núnciam quantúm lubet.
CONG. Témperi, postquam ímpleuisti fústi fissorúm caput.

---

436. sequi usquam: *corr* V^2J ‖ 437. *add Herm* | angulos *vel* angulosus ‖ 438. peruium *vel* peruiam ‖ 439. Id: *corr Guy* ‖ 444. *add Bo* ‖ 445. *add Goe* | redi: *corr* B^2 *cum Nonio* ‖ 446. pipulo te *Varro*: *aut sic aut* pipulo te hic *Nonius*: populo hic ‖ 448. medico *vel* medio | mercede opus est: *corr Bo duce Ald* ‖ 450. istud: *corr Brixius* ‖ 451. Ita | *del Lingius* ‖ 454 sq. postquam . . . Intro *solus habet* B^2 ‖

EVC. Íntro abi<te>: opera húc conductast uóstra, non orátio. 455
CONG. Heú<s>, senex, pro uápulando hercle égo abs te mercedém petam.
Cóctum ego, non uápulatum, dúdum conductús fui.
EVC. Lége agito mecúm, molestus né sis: ei, cenám coque
Aút abi in malúm cruciatum ab aédibus. <CONG.> Abi tú modo.

EVCLIO
SENEX

EVC. Íllic hinc abiit. di ímmort<al>es, fácinus audax íncipit 460
Quí cum opulento paúper homine †coepit rem habere aut negótium,
Vélut<i> Megadorús temptat me ómnibus miserúm modis:
Quí simulauit méi | honoris míttere huc causá coquos:
Ís ea causa mísit hoc qui súbriperent miseró mihi.
Cóndigne etiam méus me<d> intus gállus gallinácius 465
Qui érat anu[i] pecúliaris pérdidit paeníssume.
Vbi erat haec defóssa occepit íbi scalpurrire úngulis
Círcumcirca. quíd opust uerbis? íta mi pectus pér-acuit:
Cápio fustem, obtrúnco gallum, fúrem manufestárium.
Crédo edepol ego illí mercedem gállo pollicitós cocos, 470
Si íd palam fecisset. †exemi ex manu manubrium.
(Quíd opust uerbis? fáctast pugna in gállo gallinácio.)

---

455. *add Goellerus* ‖ 456. Eu senex: *corr Bent* ‖ 458. i et *vel* et: *corr Brixius duce Guy* ‖ 460. *add* V^2J ‖ 462. *add Ald* | me omnibus *vel* me in omnibus ‖ 465. *add Pareus* ‖ 466. *del Bent* | pecullaris ‖ 467. ungulis *vel* ungulas (unguibus *Nonius*) ‖ 472. *secl Guy* | gallinaceo ‖

Séd Megadorus méus affinis éccum incedit á foro.
Iam húnc non ausim praéterire quín consistam et cónloquar.

MEGADORVS. EVCLIO
SENES II

MEG. Narráui amicis múltis consiliúm meum 475
De cóndicione hac: Eúclionis fíliam
Laudánt: sapienter fáctum et consilió bono.
Nam meó quidem animo sí idem faciant céteri,
Opuléntiores paúperiorum fílias
Vt índotatas dúcant uxorés domum: 480
Et múlto fiat cíuitas concórdior,
Et inuídia nos minóre utamur quam útimur,
Et illaé malam rem métuant quam metuónt magis,
Et nós minore súmptu simus quám sumus.
In máxumam illuc pópuli partemst óptumum, 485
In paúcioris áuidos altercátiost,
Quorum ánimis auidis átque insatietátibus
Neque léx neque sutor cápere est qui possít modum.
Namque hóc qui dicat: quó illae nubent díuites
Dotátae, s⟨i⟩ istud iús pauperibus pónitur? 490
Quo lúbeant nubant, dúm dos ne fiát comes.
Hoc sí ita fiat, móres meliorés sibi
Parént pro dote quós ferant quam núnc ferunt.
Ego fáxim muli prétio qui superánt equos
Si[e]nt uíliores Gállicis canthériis. 495
EVC. Ita mé di amabunt út ego hunc auscultó lubens.
Nimis lépide fecit uérba ad parsimóniam.
MEG. Nulla ígitur dicat: équidem dotem ad te ádtuli

---

482. minore nos: *trai Py* ‖ 485. illuc *vel* illec | optimam: *corr Ca* ‖ 486. paucioris *vel* pauciori ‖ 489. Namque *vel* Neque ‖ 490. Dotata es istud uis: *corr Ca* ‖ 491. iubeant *vel* lubeant ‖ 495. *del Reizius* ‖

Maiórem multo quám tibi erat pecúnia.
Enim míhi quidem aequomst púrpuram atque aurúm dari, 500
Ancíllas, mulos, múliones, pédis[s]equos,
Salútigerulos púeros, uehic[u]la quí uehar.
EVC. Vt mátronarum hic fácta pernouít probe
Moríbus praefectum múlierum hunc factúm uelim.
MEG. Nunc quóquo uenias plús plaustrorum in aédibus 505
Videás quam ruri quándo ad uillam uéneris.
Sed hoc étiam pulcrumst praéquam ubi sumptús petunt.
Stat fúllo, phyrgio, aúrifex, linárius:
Caupónes patagiárii, indusiárii,
Flammárii, uiolárii, carinárii, 510
Aut mánulearii, aút †murobatharii,
Propólae linteónes, calceolárii,
Sedentárii sutóres, diabathrárii,
Soleárii astant, ástant molocinárii,
Petúnt fullones, sárcinatorés petunt, 515
Strophiárii astant, ástant semisonárii.
Iam hosce ábsolutos cénseas. cedúnt, petunt
Trecén<t>i †cum stánt phylacistae in átriis,
Textóres, limbolárii, arculárii.
Ducúntur, datur †aes: iam hosce ábsolutos cénseas, 520
Quom incédunt infectóres corcotárii:
Aut áliqua mala crux sémper est, quae aliquíd petat.
EVC. Compéllarem ego illum, ní metuam ne désinat
Memoráre mores múlierum: nunc síc sinam.
MEG. Vbi núgigerulis rés solutast ómnibus, 525

---

501. *del Py* ‖ 502. (Saluti) gerrulos *vel* gerulos | *del Harius* ‖ 505. quoque: *corr B²* ‖ 508. linarius *vel* lanarius ‖ 509. *dist Guy* ‖ 510. cariari(i) *Nonius* ‖ 511. *post 521 legisse vid Nonius: cf fragm I* ‖ 513. sutares *vel* sutates: *corr B²* | diobatharii: *corr ex Paulo* ‖ 514. Soliarii ‖ 518. *add Py* ‖ 519. linbuarii *vel* limbuarii: *corr ex Nonio* | alcularii *Nonius* ‖ 520. Ducuntur *vel* Dicuntur ‖ 521. crocotarii *vel* crocotarũ: *corr Wagnerus* ‖ 525. nugigerulus *vel* nugigerulis (nugiuendis *Nonius*) ‖

Ibi ád postremum cédit miles, aés petit.
Itúr, putatur rátio cum argentário.
Milés inpransus ástat, aes censét dari.
Vbi dísputatast rátio cum argentário,
Etiam [plus] ípsus ultro débet argentário. 530
Spes prórogatur míliti in aliúm diem.
Haec súnt atque aliae múltae in magnis dótibus
Incómmoditates súmptusque intolerábiles.
Nam quae índotatast, éa in potestatést uiri:
Dotátae mactant ét malo et damnó uiros. 535
Sed éccum adfinem ante aédes. quid agis, Eúclio?

EVCLIO. MEGADORVS
SENES II

EVC. Nimiúm lubenter édi sermoném tuom.
MEG. An aúdiuisti? EVC. Ýsque a principio ómnia.
MEG. Tamen [e] meó quidem animo aliquánto facias réctius,
Si nítidior sis fíliai núptiis. 540
EVC. Pro ré nitorem et glóriam pro cópia
Qui habént meminerint sése unde oriundí sient.
Neque pól, Megadore, míhi nec quoiquam paúperi
Opínione mélius re⟨s⟩ structást domi.
MEG. Immo ést et _ ᴗ _ di faciant út siet, 545
Plus plúsque * istuc sóspitent quod núnc habes.
EVC. Illúd mihi uerbum nón placet 'quod núnc habes'.
Tam hic scít me habere quam égomet: anus fecít palam.
MEG. Quid tú te solus é senatu séuocas?

---

530. *del Lamb* ‖ 537. di *vel* di audiui: *corr B*[2] *cum Nonio* ‖ 539. *del Gul* ‖ 540. filiae: *corr Scal* ‖ 542. meminerunt *vel* meminerint ‖ 543. neque quicquam ‖ 548. hoc | fecit palam *vel* palam fecit ‖

EVC. Pol ego út te accusem mérito meditabár. MEG.
Quid est? 550
EVC. Quid sít me rogitas? quí mihi omnis án-
gulos
Furum ínpleuisti in aédibus miseró mihi:
Qui mi íntromis[is]ti in aédi[bu]s quingentós cocos
Cum sénis manibus génere geryonáceo:
Quos si Árgus seruet qui óculeus totús fuit, 555
Quem quóndam Ioni Iúno custodem áddidit,
Is númquam seruet. praéterea tibícinam
Quae mi ínterbibere sóla, si uinó scatát,
Corínthiensem fóntem [et] Pirenám potest.
Tum obsónium autem. <MEG.> Pól uel legioní
sat est. 560
[MEG.] Etiam ágnum misi. EVC. Quó quidem agno
sát scio
Magis cúrionem núsquam esse ullam béluam.
MEG. Volo ego éx te scire quí sit agnus cúrio.
EVC. Quia óssa ac pellis tótust: ita curá macet.
Quin éxta inspicere in sóle e<i> uiuó licet: 565
Ita ís pellucet quási lanterna Púnica.
<MEG.> Caedúndum conduxi égo illum. EVC. Tum
tu idem óptumumst
Loces éfferendum: nám iam, credo, mórtuost.
<MEG.> Potáre ego hodie |, Eúclio, tecúm uolo.
EVC. Non pótem | ego quidem hércle. MEG. At ego
iússero 570

---

550. te ut: *trai Ac* ‖ 552. inpleuisti *vel* inpreuisti ‖ 553. *del Ac* | *del Py* ‖ 554. gerronaceo *vel* gerynaceo ‖ 555. oculatus *Festus p. 178, ut vid* (oculeus *Paulus p. 28*) ‖ 557. praerea *vel* praeterea ‖ 558. scatet: *corr Gul* (scateat *Donatus*) ‖ 559. *del Goellerus* | pirineum *vel* perintum: *corr Valla* ‖ 560. obsequium: *corr B²* | leoni sataest: *corr B²* ‖ 561. in quo quidem agnoscat *Nonius* ‖ 562. curiosam: *corr Gul* | numquam *Nonius* ‖ 563. scire ego ex te quid *Nonius* ‖ 564. Qui ossa ac pellis tenos ita *Nonius* | cura magei: macet *Nonius* ‖ 565. *add Gru* ‖ 566. is perlucet: pellucet *Priscianus* ‖ 567. illum ego conduxi: *trai ex Nonio* | MEG. ‖

Cadum únum uini uéteris a me adférrier.
EVC. Nolo hércle: nam mihi bíbere decretúmst aquam.
MEG. Ego te hódie reddam mádidum, si uiuó, probe,
Tibi quoí decretumst bíbere aquam. EVC. Scio quám
rem agat.
Vt mé deponat uíno, eam adfectát uiam: 575
Post hóc quod habeo ut cómmutet colóniam.
Ego íd cauebo: nam álicubi abstrudám foris.
Ego fáxo et operam et uínum perdiderít simul.
MEG. Ego nísi quid me uis, eó lauatum, ut sácruficem.
EVC. Edepól ne tu, aula, múltos inimicós habes 580
Atque ístuc aurum quód tibi concréditumst.
Nunc hóc mihi factu[m]st óptumum, ut te<d> aúferam,
Aula[m], ín Fidei fánum: ibi abstrudám probe.
Fidés, nouisti me ét ego te: caue sís tibi,
Ne tu ín[me]mutassis nómen, si hoc concréduo. 585
Ibo ád te fretus tuá, Fides, fidúcia.

ACTVS IIII

STROBILVS
SERVOS

Hóc est serui fácinus frugi fácere quod ego pérsequor:
Né morae moléstiaeque impérium erile habeát sibi.
Nám qui ero ex senténtia seruíre seruos póstulat
Ín erum matura, ín se sera cóndecet capéssere. 590
Sín dormitet, íta dormitet, séruom se <es>se ut cógitet.
(Nám qui amanti ero séruitutem séruit, quasi ego
séruio,

---

571. a *vel* ad ‖ 575. adfectatiuam: *corr* B^2 *cum Nonio* ‖ 576. commutet *vel* committet ‖ 579. labatum: *corr B V* ‖ 581. congreditum est: *corr* V^2J ‖ 582. *del Ald* | *add Ca* ‖ 583. *del Scut* ‖ 584. *del Ac* ‖ 589. ero ex *vel* ex ero (eri ex *Nonius*) ‖ 591. ita dormitet (*vel* dormitat) | *add Mue* | iet *vel* ut ‖ 592—598. *secl Brixius* ‖

Si érum uidet superáre amorem, hoc sérui esse officiúm reor,
Rétinere ad salútem, non enim quo íncumbat eo inpéllere.
Quási pueri qui náre discunt scírpea induitúr ratis, 595
Quí laborent mínus, facilius út nent et moueánt manus:
Eódem modo seruóm ratem esse amánti ero aequom cénseo,
Ýt to[l]leret, ne péssum [h]abeat, tamquam * * * * * * *)
†Herile imperium edíscat, ut quod fróns uelit oculí sciant.
Quód iubeat, citís quadrigis cítius properet pérsequi. 600
Qui éa curabit ábstinebit cénsione búbula
Néc sua opera rédiget umquam ín splendorem cómpedes.
Nam érus meus amat fíliam huius Eúclionis paúperis:
Éam ero nunc renúntiatumst núptum huic Megadoró dari.
Ís speculatum huc mísit me, ut quae fíerent fieret párticeps. 605
Núnc sine omni suspícione in ára hic adsidám sacra.
Hínc ego et huc et ílluc potero quíd agant arbitrárier.

EVCLIO. STROBILVS
SENEX SERVOS

EVC. Tú modo caue quoiquam índicassis aúrum meum esse istíc, Fides:
Nón metuo ne quísquam inueniat: íta probe in latebrís situmst.

---

594. enim *vel* eni *vel* eum ‖ 595. scirpea induitur (*vel* induetur) *Festus*: scirpea inducitur *Donatus*: sirpea inductur (induitur *B*²) ‖ 598. *lac sign Ca* ‖ 599. fronos: *corr B*² ‖ 601. censeone ‖ 602. rediet: *corr B*² ‖ 603. Nunc: *corr Brixius* ‖ 605. furet *vel* fieret ‖ 606. Nunc *vel* Hunc ‖ 608. qui(c)quam: *corr Pius* | indicasses: *corr D* ‖ 609. probet *vel* probe ‖

Édepol ne illic púlcram praedam agat, síquis illam inuénerit 610
Aúlam onustam aurí: uerum id te quaéso ut prohibessís, Fides.
Núnc lauabo, ut rém diuinam fáciam, ne affiném morer,
Quín ubi accersát [me] meam extemplo fíliam ducát domum.
Víde, Fides, etiam átque etiam nunc, sáluam ut aulam abs te aúferam:
Tuaé fidei concrédidi aurum: in tuó luco et fan[o mod]óst situm. 615
STR. Di ímmortales quód ego hunc hominem fácinus audio ⟨é⟩loqui:
Se aúlam onustam auri ábstrusisse hic íntus in fanó Fide[i].
Cáue tu illi fidélis, quaeso, pótius fueris quám mihi.
Átque hic pater est út ego opinor huíus erus quam amat _ ᴗ _.
Íbo hinc intro: pérscrutabor fánum, si inueniam úspiam 620
Aúrum, dum hic est óccupatus. séd si re⟨p⟩perero, ó Fides,
Múlsi congiálem plenam fáciam tibi fidéliam.
Íd adeo tibi fáciam: uerum ego míhi bibam |, ubi id fécero.

EVCLIO

SENEX

Nón temerest quod córuos cantat míhi nunc ab laeuá manu.
Sémul radebat pédibus terram et uóce croccibát sua: 625

610 agat *vel* agant ‖ 613. *del Reizius* ‖ 614. aulam *vel* auliam ‖ 615. *del Py* ‖ 616. *add Schoe* ‖ 617. *del Scal* ‖ 625. Semel: Simul *Nonius* | grocchibat: *corr ex Nonio* ‖

Cóntinuo meúm cor coepit ártem facere lúdicram
Átque in pectus émicare: séd ego cesso cúrrere.

EVCLIO. STROBILVS
SENEX SERVOS

EVC. * foras, lumbríce qui sub térra erepsistí modo,
Quí modo nusquam cómparebas: núnc quom comparés peris.
Égo [ede]pol te, praestrígiator, míseris iam accipiám modis. 630
STR. Quaé te mala crux ágitat? quid tibi mécumst commercí, senex?
Quíd me adflictas? quíd me raptas? quá me causa uérberas?
EVC. Vérberabilíssume, etiam rógitas? non fur, séd trifur.
STR. Quíd tibi surrupuí? EVC. Redde huc sis. STR. Quíd tibi uis reddám? EVC. Rog[it]as?
STR. Níl equidem tibi ábstuli. EVC. At illud quód tibi abstulerás cedo. 635
[STR.] Écquid agis? STR. Quid agám? <EVC.> Auferre nón potes. STR. Quid uís tibi?
EVC. Póne. STR. Idquidem pol té datare crédo consuetúm, senex.
EVC. Póne hoc sis: aufér cauillam: nón ego nunc nugás ago.
STR. Quíd ergo ponam? quín tu eloquere [EVC.] quídquid est suo nómine.
[STR.] Nón hercle equidem quícquam sumpsi néc tetigi. EVC. Ostende húc manus. 640

626. meum *B ex* mecu ‖ 629. comparabas: *corr J* ‖ 630. praestrigiator *vel* praestigiator ‖ 634. *del Ca* ‖ 635. abstoli (*corr B*) *et* abstoleras ‖ 636. STR. Haec quid agis. EVC. Quid agam auferre: *pers corr Ac* ‖ 637. Di quidem: *corr Pareus* ‖ 640. Non equidem ego qua uoluptate sumsi neque *Nonius* ‖

STR. Ém tibi, ostendi: éccas. EVC. Video. age óstende etiam tértiam.
STR. Láruae hunc atque íntemperiae insániaeque agitánt senem.
Fácin iniuriám mihi an non? EVC. [Fateor] Quía non pendes, máxumam.
Átque id quoque iam fíet, nisi fatére. STR. Quid fateár tibi?
EVC. Quíd abstulisti hinc? STR. Dí me perdant, si égo tui quicquam ábstuli 645
[EVC.] Níue adeo abstulísse uellem. <EVC.> Ágedum, excutedum pállium.
STR. Tuo árbitratu. EVC. Ne ínter tunicas hábeas. STR. Tempta quá lubet.
EVC. Váh, scelestus, quám benigne, ut ne ábstulisse intéllegam.
Nóui sycophántias. age rúsum | ostende húc manum
Déxt<e>ram. STR. Em. EVC. Nunc laéuam ostende. STR. Quín equidem ambas prófero. 650
EVC. Iám scrutari mítto: redde huc. STR. Quíd reddam? EVC. A nugás agis:
Cérte habes. STR. Habeo égo? quid habeo? EVC. Nón dico: audire éxpetis.
Íd meum quicquíd habes redde. STR. Insánis: perscrutátus es
Tuo árbitratu néque tui me quícquam inuenistí penes.
EVC. Máne, mane: quis illic ést? quis hic intus álter erat tecúm simul? 655
Périi hercle: ille nunc íntus turbat. húnc si amitto, hi<n>c ábierit.
Póstremo hunc iam pérscrutaui: níl habet. abi quó lubet.

---

643. Facisne: *corr Harius* | *del Py* | pendes *vel* perdes ‖ 647. lubet *vel* iubet ‖ 649. siconpantyas | rusum *vel* rursum ‖ 650. *add J* | 653. et petis: *corr* B^2 ‖ 656. *add Bo* ‖ 657. iam hunc: *trai ex Nonio* | nihil habet *Nonius*: hic nihili (h)abet: *cf. 658* ‖

STR. Iúppiter te díque perdant. [EVC.] haúd male agit ⟨hic⟩ grátias.
EVC. Íbo intro atque illí socienno tuó iam interstringám gulam.
Fúgin hinc ab oculís? abin [hinc] an non? STR. Ábeo EVC. Caue sis †teuideam. 660

STROBILVS
SERVOS

Emórtuom ego me máuelim letó malo
Quam nón ego illi dém hodie insidiás seni.
Nam | híc iam non audébit aurum abstrúdere:
Credo écferet iam sécum et mutabít locum.
Attát foris crepuit: sénex eccum aurum ecfért foras. 665
Tantísper huc ego ad iánuam concéssero.

EVCLIO. STROBILVS
SENEX SERVOS

EVC. Fidé censebam máxumam multó fidem
Esse: éa subleuit ós mihi paeníssume.
Ni súbuenisset córuos, peri⟨i⟩ssém miser.
Nimis hércle ego illum córuom ad me ueniát uelim, 670
Qui indícium fecit, út ego illi⟨c⟩ aliquíd boni
Dicám: nam quod edit tám duim quam pérduim.
Nunc hóc ubi abstrudam cógito solúm locum.
Siluáni lucus éxtra murumst áuius,

---

658. *add Kochius: cf. 657* ‖ 659. intro *Nonius*: hinc intro ‖ 660. Fugin *vel* Fungi | *del Py* ‖ 664. hec feretiam *vel* hec seretiam: *corr Pius* | iocum *vel* locum ‖ 665. ec (*vel* et) fert ‖ 666. hic: *corr Lamb* ‖ 667. Fidei: *corr ex Charisio* ‖ 668. subluit: *corr ex Nonio et Charisio* ‖ 669. *add Py* ‖ 671. *add Bo* | aliquid *vel* aquid ‖ 672. dium (*vel* diu): *corr Ca* | perdium: *corr Hermolaus* ‖ 674. lacus *et* aulus: *corr ex Nonio* ‖

Crebró salicto opplétus: ibi sumám locum. 675
Certúmst, Siluano pótius credam quám Fide[i].
<STR.> Euge, eúge, di me sáluom et seruatúm uolunt.
[STR.] Iam ego illúc praecurram atque ínscendam aliquam in árborem
Indeque óbseruabo | aúrum ubi abstrudát senex.
Quamquam híc manere mé erus sese iússerat: 680
Certúmst malam rem pótius quaeram cúm lucro.

ACTVS V

LYCONIDES. EVNOMIA. PHAEDR[I]A
ADVLESCENS MVLIER VIRGO

LYC. Dixí tibi mater: iúxta mecum rém tenes
Super Eúclionis fília: nunc te óbsecro
Resecróque, mater, quód dudum obsecráueram:
Fac méntionem cum áuonculo, matér mea. 685
EVN. Scis túte facta uélle me quae tú uelis:
Et istúc confido <a> frátre me impetrássere,
Et caúsa iustast, síquidem itast ut praédicas,
Te eam cómpressisse uínolentum uírginem.
LYC. Egone út te aduorsum méntiar, matér mea? 690
PHAE. Perií, mea nutrix: óbsecro te, uterúm dolet.
Iunó Lucina, tuám fidem. LYC. Em, matér mea,
Tibi rém potiorem uídeo: clamat, párturit.
EVN. Ei hac íntro mecum, gnáte mi, ad fratrém meum,

---

675. Creber salictu *Nonius* | sumam *vel* summam ‖ 676. *del Scal* ‖ 677. *add Pius* | Fuge Fuge: *corr Ca* ‖ 678. *del Pius* | percurram: *corr J* ‖ 679. senet: *corr* B^2 ‖ 682. rem mecum: *trai ex Nonio* ‖ 684. *post 685 extat: trai Pareus* ‖ 686. uellem aeque (*vel* equae): *corr Hermolaus* ‖ 687. *add Py* ‖ 689. uinolentum *vel* uinulentum ‖ 690. ut ea *Nonius* ‖ 691. te *om Nonius* | at uterus B^2 ‖

Vt istúc quod me oras [efficiam tibi] ímpetratum ab eo aúferam. 695
LYC. I, iám sequor te, máter. sed seruóm meum
Strobílum miror úbi sit, quem ego me iússeram
Hic ó<p>periri. núnc ego mecum cógito:
Si míhi dat operam, me ílli irasci iniúriumst.
Ibo íntro ubi de cápite meo sunt cómitia. 700

STROBILVS
SERVOS

Picís diuitiis qui aúreos montís colunt
Ego sólus supero. nám istos reges céteros
Memoráre nolo |, hóminum mendicábula.
Ego súm ille rex Philíppus. o lepidúm diem.
Nam ut dúdum hinc abii múlto illo aduení prior 705
Multóque prius me cónlocaui in árborem:
Indeque éxspectabam | aúrum ubi abstrudebát senex.
Vbi ille ábiit, ego me deórsum duco de árbore:
Exfódio aulam auri plénam: inde exeo <í>lico.
Videó recipere sé senem: ille me nón uidet. 710
Nam ego [non] déclinaui paúl<ul>um me extrá uiam.
Attát: eccum ipsum |: íbo, ut hoc condám domum.

EVCLIO. LYCONIDES
SENEX ADVLESCENS

EVC. Perii, ínterii, occidi. quó curram? quo nón curram? tene, téne. quem? quis?

695. *del Gru* | habeo *vel* abeo ‖ 696. Iam: *corr* B^2 ‖ 697. ubi *vel* tibi ‖ 699. Si *vel* Sed ‖ 701. Pici diuitis *Nonius* ‖ 702. Eos *Nonius* ‖ 705. abi: *corr* B^2 | illuc *vel* illic: *corr Ca* ‖ 708. abit ego me duco serium de *Nonius* ‖ 709. loco: *corr Brixius duce Gul* ‖ 711. *del Py* ‖

Nesció, nil uideo, caécus eo atque equidém quo eam aut ubi sim aút qui sim
Nequeó cum animo certum ínuestigare: óbsecro uos ego, mi aúxilio, 715
Oro óbtestor, sitís et hominem demónstretis quis eam ábstulerit.
Quid aís tu? tibi credére certumst: nam essé bonum e[t] uoltu cógnosco.
Quid est? quíd ridetis? nóui omnes: scio fúres esse hic cómplures,
Qui uéstitu et creta óccultant sese átque sedent quasi sínt frugi.
Em, némo habet horum? occídisti. dic ígitur, quis habet? néscis? 720
Heu mé misere miserúm: perii: male pérditus pessume ornátus eo.
Tantúm gemiti et mali maéstitiaeque hic diés mi optulit, famem et paúperiem:
Perdítissumus ego sum omnium ín terra. nam quíd mi opust uita? [qui] tántum auri
Perdídi quod concustódiui sedulo. égomet me defraúdaui,
Animúmque meum geniúmque meum: nunc é⟨rg⟩o alii laetíficantur 725
Meo málo et damno: pati nésqueo.
LYC. Quínam homo hic ante aédis nostras éiulans conquéritur maerens?
Átque hicquidem Euclióst, ut opinor: óppido ego interií: palamst res.

---

714. queam: *corr* B^2 ‖ 717 sq. *post 719 extant: trai Herm duce Ac* | Quis | *del Ca* ‖ 718. est quid *vel* est quod ‖ 721. miserum miserum: *corr Sey duce* B^2 ‖ 722. gemitte et mali: *corr ex Nonio*: gemiti et malae *Priscianus* | maestitiae: que *add solus* B^2 | maestitiae mihi hic dies *Priscianus et Nonius* ‖ 723. omnium In terra *discr* | *del Spengelius* ‖ 724. concustodiui *vel* custodiui | defraudaui *vel* fraudaui ‖ 725. *add Mue* ‖ 728. interi: *corr* B^2 ‖

Scít peperisse iam út ego opinor fíliam suam: núnc mi incertumst,
†Quid agam: [h]abeam an maneam, an adeam an fugiam: quid agam edepol néscio. 730

EVCLIO. LYCONIDES
SENEX ADVLESCENS

EVC. Quís homo hic loquitur? LYC. Égo sum <miser>. EVC. Immo égo sum [miser], et misere pérditus,
Quoí tanta mala maéstitudoque óptigit. LYC. Animó bono's.
EVC. Quo óbsecro pacto ésse possum? LYC. Quía istuc facinus quód tuom
Sóllicitat animum íd ego feci et fáteor. EVC. Quid ego ex te aúdio?
LYC. Íd quod uerumst. EVC. Quíd ego <erga t>e <cóm>merui, adulescéns, mali, 735
Quam ób rem ita faceres méque meosque pérditum ires líberos?
LYC. Déus impulsor míhi fuit, is me ad íllam inlexit. EVC. Quó modo?
LYC. Fáteor peccauísse | et me cúlpam commeritúm scio:
Íd adeo te orátum aduenio, ut ánimo aequo ignoscás mihi.
EVC. Cúr id ausu's fácere, ut id quod nón tuom esset tángeres? 740
LYC. Quíd uis fieri? fáctumst illud: fíeri infectum nón potest.
Deós credo uoluísse: nam ni uéllent, non fierét, scio.

---

731. *add Ald* | *del Ac* ‖ 732. Qui *Nonius* ‖ 735. uersumst *vel* uerumst | Emerui *cum spat: suppl Redslobius* ‖ 737. mihi impulsor *vel* impulsor mihi ‖ 740. ausus: *corr Weisius* | esses: *corr B*[2] ‖

EVC. Át ego deos credó uoluisse, ut ápud me te in neruo énicem.

LYC. Ne ístuc dixis. EVC. Quíd tibi ergo meám me inuito táctiost?

LYC. Quía uini uitio átque amoris féci. EVC. Homo audacíssume, 745

Cum ístacin te orátione huc ád me adire ausum, ínpudens.

Nám si istuc ius ést, ut tu istuc éxcusare póssies,

Lúci claro déripiamus aúrum matronís palam:

Póstid si pr⟨eh⟩énsi simus, éxcusemus ébrios

Nós fecisse amóris causa: nímis uilest uinum átque amor, 750

Si ébrio atque amánti inpune fácere quod lubeát licet.

LYC. Quín tibi ultro súpplicatum uénio ob stultitiám meam.

EVC. Nón mi homines placént qui quando mále fecerunt púrigant.

Tú illam scibas nón tuam esse: nón attactam opórtuit.

LYC. Érgo quia sum tángere ausus, haúd causificor quín eam 755

Égo habeam potíssumum. EVC. Tun hábeas me inuitó meam?

LYC. Haúd te inuito póstulo, sed méam esse oportere árbitror.

Quín tu iam inueniés, inquam, meam illam ésse oportere, Eúclio.

EVC. Nísi refers — LYC. Quid tíbi ego referam? EVC. Quód surripuistí meum —

Iám quidem hercle te ád praetorem rápiam et tibi scribám dicam. 760

LYC. Súrripio ego tuom? únde? aut quid id est? EVC. Íta te am⟨a⟩bit Iúppiter

---

743. te me: *trai Pistoris* ‖ 748. Luce clara: *corr ex Nonio* | disripiamus *Nonius* ‖ 749. *add Ca* | excusemus *vel* et cusemus ‖ 751. lubeat *vel* iubeat | liet *vel* licet ‖ 753. purgitant: *corr Ri* ‖ 758. tu eam: *corr Brixius* | oportere *vel* oportet ‖

Ýt tu nescis. LYC. Nísi quidem tu míhi quid quaeras díxeris.
EVC. Aúlam auri, inquam, té reposco quám tu confessú's mihi
Te ábstulisse. LYC. Néque edepol ego díxi neque fecí. EVC. Negas?
LYC. Pérnego immo: nám neque ego aurum néque istaec aula quaé siet 765
Scío nec noui. EVC. Illam éx Siluani lúco quam abstulerás cedo.
Í, refer: dimídiam tecum pótius partem díuidam.
Tam étsi fur mihí's, molestus nón ero. i ueró, refer.
LYC. Sánus tu non és qui furem mé uoces: ego te, Eúclio,
Dé alia re résciuisse cénsui quod ad me áttinet. 770
Mágnast res †quam ego tecum otiose, si ótiumst, cupió loqui.
EVC. Díc bona fidé: tu id aurum nón surripuistí? ⟨LYC.⟩ Bona.
EVC. Néque scis †qui abstúlerit? LYC. Istuc quóque bona. EVC. Atque id sí scies
Qui ábstulerit mihi índicabis? LYC. Fáciam. EVC. Neque partém tibi
Áb eo †cuiquam est índipisces néque furem excipiés? LYC. Ita. 775
EVC. Íd ⟨si⟩ fallis? LYC. Túm me faciat quód uolt magnus Iúppiter.
EVC. Sát habeo: age nunc lóquere quiduis. LYC. Sí me nouistí minus
Génere quo sim gnátus: hic mihíst Megadorus áuonculus:

---

763. confessus: *corr Weisius* ‖ 765. nam neque *vel* namque ‖ 766. ex *vel* et ‖ 768. ero fuero (*vel* furo): *corr* B^2 ‖ 770. resciuisse *vel* res cuius se ‖ 772. *add J* ‖ 773 sq. Neque scis qui abstulerit *post* scies qui (*vel* quia *vel* quã *vel* quod) abstulerit *extat: trai Ca* | nec *Nonius* ‖ 775. Abeo *vel* habeo (Adeo *Nonius*) | cui sit *vel* cui uis *Nonius* | inde posces #: *corr ex Nonio* | expies: *corr ex Nonio* ‖ 776. it *vel* id | *add Valla* | Tume: *corr* B^2 ‖

Méus fuit pater †Antimachus, égo uocor Lycónides:
Máter est Eunómia. EVC. Noui génus: nunc quid uis?
[LYC.] íd uolo 780
Nóscere. ⟨LYC.⟩ Filiam éx te tu habes — EVC.
†Immo ec⟨c⟩illám domi.
LYC. Eám tu despondísti, opinor, meo áuonculo?
EVC. Omnem rém tenes.
LYC. Ís me nunc renúntiare répudium iussít tibi.
EVC. Répudium rebús paratis éxornatis núptiis?
Vt illum di immortáles omnes deaéque quantumst
pérduint, 785
Quém propter hodie aúri tantum pérdidi infelíx miser.
LYC. Bóno animo's, [et] benedíce: nunc quae rés tibi
et gnataé tuae
Béne felicitérque uortat: íta di faxint, ínquito.
EVC. Íta di faciant. LYC. Ét mihi ita di fáciant.
audi núnciam.
Quí homo culpam admísit in se, núllust tam paruí
preti 790
Quóm pudeat quin púrget sese: núnc te obtestor,
Eúclio,
Vt siquid ego ergá te inprudens péccaui aut gnatám
tuam,
Vt mi ignoscas eámque uxorem míhi des, ut legés
iube[a]nt:
Égo me iniuriám fecisse fíliae fateór tuae
Céreris uigiliís per uinum atque ínpulsu adulescén-
tiae. 795
EVC. Eí mihi, quod fácinus ex te ego aúdio? LYC.
Cur éiulas,
Quém ego auom fecí iam ut esses fíliai núptiis?

---

779. uoco *vel* uoco ♯: *corr* B[2] ‖ 780 sq. *del et add Ca* ‖ 782. Eam *vel* Iam ‖ 784. exornatis *Nonius*: atque exornatis ‖ 787. *del Py* ‖ 791. Quin pudeat: *corr Bo* ‖ 792. siquid *vel* quid ‖ 793. *del Valla* ‖ 794. filiae fecisse: *trai Ca* ‖ 796. ei uias: *corr* B[2] ‖ 797. filiae: *corr Guy* ‖

Nám tua gnata péperit decumo ménse post: numerúm cape.
Eá re repudiúm remisit áuonculus causá mea.
I íntro, exquaere, sítne ita ut ego praédico. EVC. Perii óppido: 800
Íta mihi ad malúm malae res plúrumae se adglútinant.
Íbo intro, ut quid húius uerum sít sciam. LYC. Iam té sequor.
Haec própemodum iam esse ín uado salútis res uidétur.
Nunc séruom esse ubi dicám meum Strobílum non re[p]pério:
Nisi étiam hic o⟨p⟩periár tamen paulísper: postea íntro 805
Hunc súbsequar. nunc ínterim spatium eí dabo exquiréndi
Meum fáctum ex gnatae pédisequa nutríce anu: ea rem nóuit.

STROBILVS. LYCONIDES. EVCLIO
SERVOS ADVLESCENS SENEX

STR. Di ímmortales, quíbus et quantis mé donatis gaúdiis.
Quádrilibrem aulam | aúro onustam hábeo: quis mest díuitior?
Quís me Athenis núnc magis quisquamst hómo quoi di sint própitii? 810
LYC. Cérto enim ego uocem híc loquentis módo mi audire uísus sum. STR. Hem,
Érumne ego aspició meum? LYC. Videó⟨n⟩ ego hunc [strobilum] seruóm meum? 812. 813

---

800. Intro: *corr* B^2 *cum Prisciano* | exquire: *corr ex Prisciano* ‖ 802. ueri (*vel* uesi): *corr Bo* ‖ 803. prope (*vel* probe) modum ‖ 804. strolum: *corr D* ‖ 807. pedi si qua *vel* pedissequa | anueram nouit: *corr Ca* ‖ 811. me: *corr Wagnerus* ‖ 813. hunc *vel* nunc | *del Brixius* ‖

STR. Ípsus est. LYC. Haud álius est. STR. Congrédiar. LYC. Contollám gradum.
Crédo ego illum ut iussi eámpse anum adi<i>sse, huíus nutricem uírginis. 815
STR. Quín ego illi me ínuenisse díco hanc praedam [atque eloquar] * * *
Ígitur orabo út manu me emíttat: ibo[que] atque éloquar.
Répperi — LYC. Quid répperisti? STR. Nón quod pueri clámitant
Ín faba se répperisse. LYC. Iámne autem ut solés deludis?
STR. Ére, mane: eloquár iam: ausculta. LYC. Áge ergo loquere. STR. Répperi hodie, 820
Ére, diuitias nímias. LYC. Vbinam? STR. Quádrilibrem, inquam, aulam aúri plenam.
LYC. Quód ego facinus aúdio ex te? STR. Eúclioni huic séni subripui.
LYC. Ýbi id est aurum? STR. In árca apud me: núnc uolo me emittí manu.
LYC. Égone te emittám manu,
Scélerum cumulatíssume? 825
STR. Ábi ere, scio quam rém geras.
Lépide hercle animum tuóm temptaui: iám ut eriperes ápparabas.
Quíd faceres, si répperissem? <LYC.> Nón potes probásse nugas.
Í, redde aurum. STR. Réddam ego aurum? LYC. Rédde, inquam, ut huic reddátur. STR. Vnde?

---

814. aliud: *corr Py* ‖ 815. eam apse: *corr* B^2 | *add Bo* ‖ 816 sq. illum inuenisse: *corr Py* | *del Vss* | *lac sign Wagnerus* ‖ 819. solis: *corr* B^2 | deludis *vel* delusis ‖ 820. *dist Abraham* ‖ 821. Quadrilibrem *vel* Quadrilubrem ‖ 822. Quo: *corr* B^2 | Heuclioni ‖ 824 sq. *unus v. est: discr Sey* | manus: *corr* B^2 ‖ 829. aunde: *corr* B^2 ‖

LYC. Quód modo fassu's ésse in arca. STR. Sóleo hercle ego garríre nugas. 830

* * * * * * * * * * *

Itá loquor — LYC. At scin quómodo? STR. Vel hercle énica,
Numquam hínc feres a me. * * * * *

* * * * * * * * * *

FRAGMENTA

I Pro illís corcotis, strópbiis, sumptu uxório.
II Vt ádmemordit hóminem.
III Ego écfodiebam | ín die denós scrobes.
IV Nec nóctu nec diú quietus úmquam eram: nunc dórmiam.
V Qui mi ólera cruda pónunt, hallec duint.

---

830 sq. fassus es | *lac sign Vss* ‖ I. *Nonius p. 538* | strofis | *cf. v. 507 sqq.* ‖ II. *Gellius VI (VII) 9, 6* ‖ III. *Nonius p. 225* ‖ IV. *Nonius p. 98* | eam *vel* eram ‖ V. *Nonius p. 120* ‖

T. MACCI PLAVTI
COMOEDIAE

EX RECENSIONE

GEORGII GOETZ ET FRIDERICI SCHOELL

FASCICVLVS II
BACCHIDES CAPTIVOS CASINAM COMPLECTENS

EDITIO STEREOTYPA

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCVIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

PRAEFATIO.

Non dubitamus fore plerosque qui cum admiratione atque adeo cum irrisione animadvertant per hanc Plauti editionem, cuius primum specimen iam emittimus, nos secutos esse rationem longe diversam ab ea qua et FLECKEISENVS in hac bibliotheca olim usus est et nos RITSCHELII operam nuper absolvere conati sumus. Quod non ideo factum est, quia nos prioris instituti rationisque RITSCHELIANAE poenituerit — etsi non paucos locos quod minus recte tractavimus poenitet sane —, sed quia cum duplex omnino ratio adhiberi probarique possit in scriptoribus antiquis restituendis, alteram illi alteram huic editioni magis convenire iudicamus. Nam ubi apparatu locupletissimo scriptorem instruximus variaque variorum in emendatione temptanda conamina complexi sumus, non sine emolumento putavimus putamusque etiam in eis locis refingendis periculum fieri posse, quos non nisi exempli causa ludibunda manu ad integritatis speciem adduci contingat, eiusmodi editio cum eis paretur, qui de probabilitate coniectandi ipsi iudicare aut possint aut velint quosque vel imperfecta opera iuvari, quin etiam erroribus interdum ad verum sincerumque converti non pauci experti sint. At in hac editione cum brevitati studendum fuerit, omnia abiecimus quae non satis certa vel minus saltem verisimilia esse censeamus. Quorum magnam molem esse in hoc maxime scriptore et temporum et histrionum, grammaticorum, librariorum iniuriis pessime habito periti et sciunt neque

mirabuntur. Qua depravatione cum inter alia hiatus foedissimi et alienissimi ab arte Plautina haud raro orti sint, eiusmodi locos in hac editione plerumque per lineolam | designavimus: non quod tolerandos esse putemus, sed quia in corruptela certa et simplici dubia variaque saepe emendatio adhiberi potest. Hiatus legitimos, inprimis in dihaeresi trochaici septenarii et in sermonum interstitiis sine lineola reliquimus. Lacunas aut stellulis ** aut morarum deficientium notis indicavimus. Alius generis menda graviora cruce † donavimus, nisi quod saepius intacta exhibuimus, quae cum aliqua ratione defendi possint, tamen non libera sint a suspicione. Id in metrorum quoque discriptionem cadit, quam more tralaticio ex Bentlei auctoritate accentibus adumbravimus: ubi haud pauca ex librorum memoria interim admisimus, de quorum sinceritate valde dubitemus. Quamquam in locis propter difficultatem metricam criticamve nimis incertis accentus plane omisimus (cf. ad Bacch. 617).[1]) Praeterea saepius in lenioribus correctionibus acquievimus, ubi gravius ulcus latere suspicamur. Quae delenda esse videantur uncis quadratis [ ] cinximus, sed uncis rotundis ( ) quae ad retractationem scaenicam redire potius iudicemus: in qua ipsa indaganda non nisi certiora indicia respicere voluimus, quamvis saepius latius patere hanc rem concedamus. Quae additamenta recepimus angularibus uncis ⟨ ⟩ circumclusimus. Saepius factum est, ut his uncis personarum notas cingeremus quae omittunt B^1CD vel B^1VE, addit B^2, idque plerumque in initiis versuum, in mediis versibus, si spatia in libris omissa erant: quod brevitatis causa fecimus non negantes illas personas ex exemplari quo usus est qui addidit ductas esse posse. Praeterea si ad verba addita vel deleta nihil adnotatum infra invenies itemque si librorum dis-

---

1) Conspectum metrorum generalem sub finem editionis subiungere in animo est.

crepantiam ad emendationes quas recepimus simpliciter adscriptam leges, scito Italis deberi coniecturam et plerumque in codice Lipsiensi et editione principi *(FZ)* inveniri. Ceteroqui auctores emendationum singulis versibus adscripsimus addito *del(evit)* aut *add(idit)* vel *suppl(evit)*, si uncos posuerunt, *dist(inxit)*, si rectius verborum structuram digesserunt, *corr(exit)* vel *trai(ecit)* vel *discr(ipsit)*, si pro librorum scriptura in adnotatione posita eam proposuerunt quae supra in contextu exstat. Praeterea compendiis usi sumus fere his: *Scut(arius)*, *Py(lades)*, *Sarac(enus)*, *Ald(us)*, *Ca(merarius)*, *Scal(iger)*, *Lamb(inus)*, *Ac(idalius)*, *Gru(terus)*, *Gul(ielmius)*, *Dissald(eus)*, *Palm(erius)*, *Guy(etus)*, *Bent(leius)*, *Bo(thius)*, *Herm(annus)*, *Lachm(annus)*, *Ri(tschelius)*, *Fl(eckeisenus)*, *Stud(emundus)*, *Vss(ingius)*, *Mue(llerus)*, *Sey(ffertus)*, *Goe(tzius)*, *Schoe(llius)*.

Librorum manuscriptorum minores discrepantias tantum non omnes abiecimus. Ex orthographico genere perpauca notavimus, sed optimam quae praesto erat memoriam Plautinam plerumque expressimus maiore constantia usi in pronominis relativi formis, in *uo* pro *uu* restituendo, in *nil* forma reducenda, in *ci* et *ti* syllabis ante vocales discriminandis vocalibusque *e oe ae* distinguendis rebusque similibus. At in praepositionum assimilatione constantiam nullam affectavimus, cum neque ex librorum memoria certae leges erui possint neque Plautina aetate eisve quae proxime insecuta sunt temporibus aequabilitati hac in re Romanos studuisse probari possit. Etiam formas archaicas ex librorum memoria servavimus neque tamen ad antiquioris aetatis speciem instaurandam contra libros revocavimus. Enclisin ut in verbi substantivi *es* et *est* formis aliisque ubi dudum adhibetur, ita in *nequid* et *siquid* admisimus itemque in *quidem* particula, ubicumque praecedens monosyllabum per inclinationem debilitatum esse significandum erat: ultro procedere certis de causis noluimus, quamvis multum inclinationis ra-

tioni ex versibus saepe conspicuae tribuamus. Synizesin proprio signo notare noluimus, sed ubi accentus ponendi erant demonstravimus nos *mèó, sùó,* sim., non *méŏ, súŏ* sim. probare, quod non una re firmari putamus. Item *éius, húius* sim. formam disyllabam, *eíus, huíus* sim. formam monosyllabam insignivimus.

Vbi codicis rescripti Ambrosiani *(A)* auctoritas accedit — id quod in summo margine numeris vulgatae adscripsimus — emendatiorem huius libri scripturam (litteris capitalibus exhibitam) una cum depravata lectione Palatinorum adnotavimus: qui ubi emendatiorem habent scripturam, plerumque solius Ambrosiani discrepantiam apparatui inseruimus.[1])

Reliquos codices singulos raro notavimus solitis litteris usi (*B* = codex vetus Camerarii Palatino-Vaticanus saec. X: B^2 eiusdem corrector antiquus, de cuius auctoritate doctam SEYFFERTI exspectamus dissertationem: *C* = Palatinus saec. XI; *D* = Vaticanus Vrsinianus saec. XI; *V* = Leidensis Vossianus saec. XII; *E* = Ambrosianus saec. XII; *J* = Britannicus saec. XII). Plerumque archetypi huius classis *BCD* vel *BEV* (*P*) scripturas eruimus; ubi vero duplex vel adeo triplex testimonium exhibere visum est per *vel* scripturas coniunximus ab ea plerumque profecti quam *P* habuisse verisimilius sit. Atque plura adscripsimus in Captivis Casinaque quam in Bacchidibus: sed ne in hac quidem quidquam omisimus, quod emendationi utile esse duximus.

Has quas breviter adumbravimus rationes huius editionis conformandae speramus fore ut aequi arbitri et probent et nos diligenter considerateque exsecutos

---

1) Consentaneum est nos Apographon Studemundi diligenter ad ea quae ipsi adnotaveramus adhibuisse. Locos aliquot Casinae post Studemundum denuo inspexit Schoellius: in plerisque verum vidit Studemundus: in singulis tamen quibusdam lectionibus ab illo etiam hic apparatus discrepat. Leviores discrepantias non est cur adnotemus.

esse iudicent. Ac valde gaudemus, quod unus ex eis quorum iudicium plurimi facimus non modo probavit, sed etiam benigne nos adiuvare voluit. Nam O. SEYFFERTVS cui plagulas corrigendas transmisimus et ex copiis suis errores nonnullos sustulit et scitas ut solet adnotationes adscripsit. Cuius nomini grati animi testificandi causa totam hanc editionem inscribemus, ubi volumen primum absolverimus, id quod curabimus ut proximo anno fiat.

Restat ut adnotationes hoc loco supplementis aliquot augeamus, quorum rationem qui utentur facile perspicient.

BACCHIDES. 29. nec *et* quiquam *Seyfferti sunt, reliquae mutationes Merceri.* — 123. *Revocavit Schoellius quod CD et* B^1 *praebent* Is *mutata interpunctione: quo tollitur error latius patens: cf. Seyffertus 'Berl. phil. Wochenschrift' 1890 p. 212 sq.* — 146. ituru's domum *proponit Seyffertus.* — 332. Qui ⟨puro⟩ auro *Schoellius.* — 348. Abeo hinc *Seyffertus.* — 530. omne aurum: ⟨ergo⟩ nunc ego *Schoellius.* — 616. 617 *ita constituit Seyffertus:* Crédibile hoc est? néquior | ⟨Mé⟩ nemost neque indígnior | Quoí di⟨ui⟩ bene fáciant neque quem quísquam homo aut amét aut adeat. — 632 sqq. *sic Schoellius:*Réppuli reiéci hóminem. quid mihí | Íd prodest? quíd faciam? níl habeo misér: | Illé quidem hanc abducét, scio. — 695. Perge, facile *Seyffertus.* — 765. tranquillum mi *Schoellius.* — 810. *Intercidit adnotatio haec:* Bellorophontem iam *CD.* Bello rophantem iam *B.* iam *del. Bothius.* — 851. quacum *etiam CD habent cum B.* — 870. Si potest B^1: *quod verum esse posse monet Seyffertus.* — 933. O Priame periisti senex *scribendum est (deleto commate).* — 949. ULIXEMAUDIUI *A habet, ut ex ipsa adnotatione patet.* — 980. 981. *Hos versus in fine mutilos esse monuit Seyffertus.* — 994. Equidem iustumst, tuos *Schoellius.* — 999. NI. *praem. B.* — 1083. *De* desidiai *pro* desidiae ei *cogitat Schoellius.* — 1164. opus uerbis est *CD habent.*

CAPTIVI. 80. 83. *Adde testimonium Hieronymi ad Laetam CVII 10* (in cochlearum morem suco victitant suo). — 285. Quod *librorum in maiore editione editore invito relictum erat.* — 477. *De* terrunci *cf. Buechelerus Mus. Rhen. vol. 46 (a. 1891) p. 236.* — 576. hunc *etiam in B esse monuit Seyffertus.* — 657. *De nomine cf. Pers.*[2] *praef. XVIII.* — 819. *Cf. Costa, 'Diritto privato' (1890) p. 376 sq. adn.* — 862. proprium *utique servandum: cf. Schoellius Ephem. epigr. VIII p. 261: hiatus per* agnum ⟨una⟩ adferri *removeri poterit.* — 900. potes *in BEVJ exstare et verum esse posse monet Seyffertus.* — 902. *Fortasse* praeruncabo *potius scribendum est duce A v. 915, qui hanc ipsam ibi formam testatur; cf. Mil. gl. 318, ubi fortasse eadem forma latet in B*[1]*D.* — 940. uti *in libris est, non* uti ei. — 997. audax suis *etiam in B esse monuit Seyffertus.*

CASINA. 61. et *delet Fleckeisenus, fortasse iure.* — 128 sq. iaiunium Iaiunumst *et* 803 iaiunitate *proponit Skutschius Archii Woelffl. vol. VII p. 528, probabiliter.* — 157. dignis *pro* dictis *Seyffertus.* — 347. empsiculem *si ex codd. Paulo tribuit Thewrewkius, contextui reddendum erit.* — 399. *Ad* deliquerit *cf. Buechelerus Mus. Rhen. vol. 38 (a. 1883) p. 520.* — 407. ut ille: rursum. *Schoellius.* — 517. Cum ego amem, me castigare *mavult Seyffertus.* — 529. uinnulus doctus dicax *Seyffertus.* — 542. ellam *Seyffertus.* — 564 sq. procedere, In eum diem quoi *Seyffertus.* — 724. 'Fateor, *h. e.* Fateor me bonum virum esse' *Seyffertus.* — 826. Male malae mala *commendat Seyffertus.* — 994. 995. Hector Ilius *bonum esse et lusum nequam continere monuit Buechelerus: quam sententiam secutus Schoellius personas mutavit.*

Ienae et Heidelbergae m. Octobri.

G. G. F. S.

T. MACCI PLAVTI

BACCHIDES

PERSONAE

PISTOCLERVS ADVLESCENS
BACCHIDES SORORES MERETRICES
SERVOS
CLEOMACHVS MILES
LYDVS SERVOS
CHRYSALVS SERVOS
NICOBVLVS SENEX
MNESILOCHVS ADVLESCENS
PHILOXENVS SENEX
PARASITVS
PVER
ARTAMO LORARIVS
CATERVA

ACTVS I

I BA. Vlíxem audiui fuísse aerumnosíssumum,
Qui annís uiginti | érrans a patria áfuit.
Verum híc adulescens múlto Vlixem anteít ⏑–,
⏑ qui ílico errat íntra muros cíuicos.
II ⏑–⏑–⏑ quídquid est nomén sibi. 5
III Illa mea cognominis fuit.

IV SERV. Quíbus ingenium in ánimo utibilest, módicum et sine uernílitate.
V Víncla, uirgaé, molae: saéuitudó mala
Fit peior.
VI Conuórrite –⏑ scópis, agite strénue. 10
VII ⏑–⏑–⏑–⏑ ecquis éuocat
Cum nássiterna et cúm aqua istum inpuríssumum?

VIII Sicut lacte lactis similest.
IX Latronem suam qui auro uitam uenditat.
X Sció spiritum éius maiórem esse múlto 15

Fragmenta sic disposuimus adscitis aliorum inventis: coniunximus quae cohaerere videbantur, scaenas tamen distinguere non ausi sumus ‖ I. *Charis. 201, 17* ‖ II. *Serv. Dan. ad Aen. X 493* ‖ III. *Serv. ad Aen. VI 383* ‖ IV. *Non. p. 342, Charis. p. 206, 11* ‖ V. *Non. p. 172* ‖ VI. *Charis. p. 219, 16* ‖ VII. *Fest. p. 169 M.* ‖ VIII. *Prob. p. 7, 7 (= Marius Pl. p. 471, 24), Pompei. p. 199, 16, Cledon. p. 48, 21* ‖ IX. *Serv. Dan. ad Aen. XII 7* ‖ X. *Additam. post Prisc. lib. XI vel XVI (I p. 575 H.), Serv.*

Quam fólles tauríni halitánt, quom liquéscunt
Petraé, ferrum ubí fit. BA. ⟨Quoiátis⟩ ⏑ ́– – ?
SER. Praenéstinum opíno esse: ita erát gloriósus.
XI ⏑ ́– – ⏑ ́– – neque haúd subditíua
Glória oppidum árbitror. 20
XII Quaé sodalem átque me exércitos habét.

XIII – ⏑ – – ⏑ – cór meum, spés mea,
Mél meum, suáuitudó, cibus, gaúdium.
XIV Sine te amem.
XV Arabus. 25
XVI Nisi lénocinium fórte collubitúmst tibi,
Videás mercedis quíd tibist aequóm dari,
Ne istác aetate mé sectere grátiis.
XVII Nec a quíquam acciperes álio mercedem ánnuam
Nisi ab sése nec cum quíquam limarés caput. 30
XVIII Limaces uiri.
XIX ⏑ ́– Cupidon té confecit ánne Amor?
XX Nam crédo (Nam túquidem) quoiuis éxcantare
[facile] cór potes.
[XXI Fortásse ted amáre suspicárier.
XXII Argentum hinc facite.]
XXIII Noenum.

---

plen. ad Verg. Georg. IV 171, Non. p. 474: suppl. Ri | habeant: *corr Herm* ‖ XI. *Donat. ad Andr. I 2, 34* ‖ XII. *Charis. p. 229, 26* ‖ XIII. *Non. p. 173* ‖ XIV. *Donat. ad Eun IV 2, 13* ‖ XV. *Charis. p. 123, 11* ‖ XVI. *Charis. p. 200, 7* | sin: *corr Ribbeckius Mus. Rhen. vol. XLII (a. 1887) p. 114* ‖ XVII. *Non. p. 334* | necum quoquam acceperis: *corr Mercerus et Sey* ‖ XVIII. *Non. p. 333* ‖ XIX. *Non. p. 421, Serv. Dan. ad Aen. IV 194* | te cum sic ut (saeuis *Non.*): *corr Ri* ‖ XX. *Composuimus ex Nonii p. 102* (nam credo cuiuis excantare cor potest) *et Serv. plen. in Bucol. VIII 71* (nam tu quidem cuiuis excantare cor facile potes) *testimoniis* XXI. *Donat. ad Hec. III 1, 33 Plauto simpliciter tribuens: dubitanter huc refert Ri* ted *pro* te *et* suspicarier *pro* suspicabere *scribens* ‖ XXII. *Donat. ad Phorm. IV 3, 30 Plauto simpliciter tribuens: huc refert dubitanter Ri* facito *scribens* ‖ XXIII. *Gloss. Plaut. adfert e Bacchidibus, huc refert Ri* ‖

BACCHIDES. PISTOCLERVS
MERETRICES II ADVLESCENS

* * * * * * * * * * *

BA. Quíd si hoc potis est út tu taceas, égo loquar? SO. Lepidé: licet. 35
BA. Ýbi me fugiet mémoria, ibi tu fácito ut subueniás, soror.
SO. Pól magis metuo míhi in monendo né defuerit † oratio.
BA. Pól ego [quoque] metuo lúsciniolae né defuerit cántio.
Séquere hac. PI. Quid agunt duaé germanae méretrices cognómines?
Quíd in consilio cónsuluistis? BA. Béne. PI. Pol haud meretríciumst. 40
BA. Míserius nil ést quam mulier. PI. Quíd esse dicis dígnius?
BA. Haéc ita me orat síbi qui caueat áliquem ut hominem réperiam
Áb istoc mílite: út, ubi emeritum síbi sit, se reuehát domum.
Íd, amabo te, huic cáueas. PI. Quid isti cáueam? BA. Vt reuehatúr domum,
Ýbi ei dederit óperas, ne hanc ille hábeat pro ancillá sibi. 45
Nám si haec habeat aúrum quod illi rénumeret, faciát lubens.
PI. Ýbi nunc is homost? BA. Iam híc credo aderit. séd hoc idem apud nos réctius
Póteris agere: atque ís dum ueniat sédens ibi opperíbere:
Eádem biberis, eádem dedero tíbi ubi biberis sáuium.
PI. Víscus merus uostrást blanditia. BA. Quíd iam? PI. Quia enim intéllego, 50

---

35. tu *om: servavit Charis.* ‖ 38. *corr Reiz* ‖ 40. concilio: *corr Ri* | BA. Bene pol. PI. Haud: *corr Ac* ‖ 43. Vt istoch militem | seu: *corr Py* ‖ 45. dediderit ‖

†Duae unum expetitis palumbem: perii, harundo alas uerberat.
Nón ego istuc facinús mihi, mulier, cónducibile esse árbitror.
BA. Quí, amabo? PI. Quia, Bácchis, Bacchas métuo et bacchanál tuom.
BA. Quíd est? quid metuis? né tibi lectus málitiam apud me suádeat?
PI. Mágis inlectum tuóm quam lectum métuo: mala tu's béstia. 55
Nam huíc aetati nón conducit, múlier, latebrosús locus.
BA. Égomet apud me <si>quid stulte fácere cupias próhibeam.
Séd ego apud me te ésse ob eam rem, míles quom ueniát, uolo:
Quía, quom tu aderis, huíc mihique haud fáciet quisquam iniúriam.
Tú prohibebis ét eadem opera tuó sodali operám dabis, 60
Ét ille adueniens tuám med esse amícam suspicábitur.
Quíd, amabo, opticuísti? PI. Quia istaec lépida sunt memorátui:
Éadem in usu atque úbi periclum fácias aculeáta sunt,
Ánimum fodicant, bóna distimulant, fácta et famam saúciant.
(Ápage a me, apage. BA. Ah nímium ferus es. PI. Míhi sum. BA. Malacissándus es.)
SO. Quíd ab hac metuis? PI. Quíd ego metuam rógitas? adulescéns homo 65
Pénetrem me huius modi ín palaestram, ubi dámnis desudáscitur?
Ýbi pro disco dámnum capiam, pró cursura dédecus?

---

51. *Vers. ex duobus videtur coaluisse* ‖ 57. *add Ca* ‖ 64. *Vers. del hoc loco Ac: cf. v. 73* ‖ 65. homo adulescens: *trai Bo* ‖ 66. penetrare huius: *corr Bo duce Donato* ‖

SO. Lépide memoras. PI. Ṽbi ego capiam pró machaera túrturem,
(Ṽbique inponat ín manum alius míhi pro cestu cántharum:)
Pró galea scaphiúm, pro insigni sít corolla pléctilis, 70
Pro hásta talos, pró lorica málacum capiam pállium:
Ṽbi mi pro equo léctus detur, scórtum pro scuto áccubet?
Ápage a me, apage. SO. Ah, nímium ferus es. PI. Míhi sum. SO. Malacissándus es:
Équidem tibi do hanc óperam. PI. At nimium prétiosa's operária.
BA. Símulato me amáre. PI. Ṽtrum ego istuc iócon adsimulem an sério? 75
BA. Héia, hoc agere méliust: miles quom húc adueniat, té uolo
Me ámplexari. PI. Quíd eo mi opus est? BA. Ṽt ille te uideát, uolo:
Scío quid ago. PI. Et pol égo scio quid métuo. sed quid aís? BA. Quid est?
PI. Quíd si apud te eueniát desubito prándium aut potátio
Fórte aut cena, ut sólet in istis fíeri conciliábulis, 80
Ṽbi ego tum accumbam? BA. Ápud me, mi anime, ut lépidus cum lepida áccubet.
Lócus hic apud nos, quámuis subito uénias, semper líber est.
Ṽbi tu lepide uóles esse tibi, méa rosa, mihi dícito
'Dáto qui bene sit': égo ubi bene sit tíbi locum lepidúm dabo.
PI. Rápidus fluuius ést hic: non hac témere transirí potest. 85
BA. Átque ecastor ápud hunc fluuium áliquid perdundúmst tibi:

---

69. *del Buechelerus* ‖ 71. talus: *corr Ansbachius* ‖ 76. quam ‖ 79. ueniat: *corr Ca* ‖ 81. accumbet ‖

Mánum da et sequere. PI. Ah mínume. BA. Quid ita?
PI. Quía istoc inlecebrósius
Fíeri nil potést, nox mulier uínum, homini adulescéntulo.
BA. Áge igitur: equidém pol nili fácio nisi causá tua.
†Ílle quidem hanc abducét: tu nullus ádfueris, si nón
lubet. 90
PI. Súmne autem nilí qui nequeam ingénio moderarí
meo?
BA. Quíd est quod metuas? PI. Níl est: nugae. múlier, tibi me emáncupo:
Túos sum, tibi dedo óperam. BA. Lepidu's. núnc ego
te facere hóc uolo:
Égo sorori meaé cenam hodie dáre uolo uiáticam:
Eó tibi argentúm iubebo iam íntus ecferrí foras, 95
Tú facito opsonátum nobis sít opulentum opsónium.
PI. Ego opsonabo: nám id flagitium méum sit, mea te
grátia
Ét operam dare mi ét ad eam operam fácere sumptum
dé tuo.
BA. Át ego nolo dáre te quicquam. PI. Síne. BA. Sino
equidem, sí lubet.
Própera amabo. PI. Príus hic adero quám te amare
désinam. 100
SO. Béne me accipies áduenientem, méa soror. BA.
Quid ita, ópsecro?
SO. Quía piscatus meó quidem animo hic tíbi hodie
euenít bonus.
BA. Méus ille quidemst. tíbi nunc operam dábo de
Mnesilochó, soror,
Ýt hic accipias pótius aurum quám hinc eas cum mílite.
SO. Cúpio. BA. Dabitur ópera. aqua calet: eámus hinc
intro út laues: 105
Nám ut in naui uécta's, credo tímida's. SO. Aliquan-
túm, soror.

---

92. nihil est. PI. ‖ 95. Ego: *corr Herm* | iubeo: *corr ex Charis.* ‖ 101. accipis: *corr Bent* ‖

[Simul huic nescio qui turbare qui huc it: decedamus.]
BA. Séquere hac igitur me íntro in pyelum, ut sédes
lassitúdinem.

ACTVS II

LYDVS. PISTOCLERVS
SERVOS ADVLESCENS

LY. Iam dúdum, Pistoclére, tacitus té sequor
Exspéctans quas tu rés hoc ornatú geras. 110
Namque íta me di ament, út Lycurgus míhi quidem
Vidétur posse hic ád nequitiam addúcier.
Quo núnc capessis téd hinc aduorsá uia
Cum tánta pompa? | PI. Húc. LY. Quid, huc? quis
istíc habet?
PI. Amór, Voluptas, Vénus, Venustas, Gaúdium, 115
Iocus, Lúdus, Sermo, Suáuisauiátio.
LY. Quid tíbi commercist cúm dis damnosíssumis?
PI. Malí sunt homines quí bonis dicúnt male.
Tu dís nec recte dícis: non aequóm facis.
LY. An déus est ullus Suáuisauiátio? 120
PI. An nón putasti esse úmquam? o Lyde, es bárbarus:
Quem ego sápere nimio cénsui plus quám Thalem,
Is stúltior es bárbaro potício,
Qui tántus natu deórum nescis nómina.
LY. Non híc placet mi ornátus. PI. Nemo ergó tibi 125
Hoc ápparauit: míhi paratumst quoí placet.
LY. Etiám me aduorsus éxordire argútias?
Qui sí decem habeas línguas, mutum esse áddecet.
PI. Non ómnis aetas, Lýde, ludo cónuenit.
Magis únum in mentemst míhi nunc, satis ut cómmode
Pro dígnitate opsóni haec concurét cocus. 131

107. *del Ri* ‖ 108. in lectum: *corr Sey* ‖ 110. Inspectans: *corr Weise* ‖ 113. te: *corr Guy* ‖ 116. 120. suauis sauiatio: *corr Herm* ‖ 126. haec ‖ 130. mentest: *corr Ri* ‖

LY. Iam pérdidisti te átque me atque operám meam,
Qui tíbi nequiquam saépe monstrauí bene.
PI. Ibidem égo meam operam pérdidi, | ubi tú tuam:
Tua dísciplina néc mihi prodest néc tibi. 135
LY. O praéligatum péctus. PI. Odiosús mihi's:
Tace átque sequere, Lýde, me. LY. Illuc sís uide:
Non paédagogum iám me, sed Lydúm uocat.
PI. Non pár uidetur néque sit consentáneum,
†Quom haec intus intus sit et cum amica accubet 140
Quomque ósculetur ét conuiuae alii áccubent,
†Praesentibus illis paedagogus una ut siet.
LY. An hóc ad eas res ópsonatumst, ópsecro?
PI. Sperát quidem animus: quo éueniat dis ín manust.
LY. Tu amícam habebis? PI. Quóm uidebis, túm scies.
LY. Immó neque habebis néque sinam: †iturus sum domum. 146
PI. Omítte, Lyde, ac cáue malo. Ly. Quid, cáue málo?
PI. Iam excéssit mi aetas éx magisterió tuo.
LY. O bárathrum, ubi nunc es? út ego te usurpém lubens.
[Videó nimio iam múlto plus quam uólueram.] 150
Vixísse nimio sátiust iam quam uíuere.
Magístron quemquam díscipulum minitárier?
(Nil móror discipulos míhi esse [iam] plenos sánguinis:
Valéns adflictat mé uaciuom uírium.)
PI. Fiam, út ego opinor, Hércules, tu autém Linus. 155
LY. Pol métuo magis ne Phoénix tuis factís fuam
Teque ád patrem esse mórtuom renúntiem.
PI. Satis hístoriarumst. LY. Híc uereri pérdidit:
(Compéndium edepol haúd aetati optábile
Fecísti, quom istanc náctu's inpudéntiam.) 160
Occísus hic homost. écquid in mentémst tibi
Patrém tibi esse? PI. Tíbi ego an tu mihi séruos es?
LY. Peiór magister te ístaec docuit, nón ego.

---

140. intus *vel* intus intus ‖ 150. *del Ri* ‖ 153. 154 *ex diasceue repetit Brachmannus* ‖ 153. *del Ri* ‖ 159. 160. *ex diasceue repetit Langenus* ‖

Nimió's tu ad istas rés discipulus dócilior
Quam ad ílla quae te dócui, ubi operam pérdidi. 165
Edepól fecisti fúrtum in aetatém malum,
Quom istaéc flagitia mé celauisti ét patrem.
PI. Istáctenus tibi, Lýde, libertás datast
Órationis: sátis est. sequere hac me ác tace.

CHRYSALVS
SERVOS

Erílis patria sálue, quam ego biénnio 170
Postquam hínc in Ephesum | ábii conspició lubens.
Salúto te, uicíne Apollo, qui aédibus
Propínquos nostris áccolis, ueneróque te,
Ne Nícobulum mé sinas nostrúm senem
Prius cónuenire quám sodalem uíderim 175
Mnesílochi Pistoclérum, quem ad epístulam
Mnesílochus misit súper amica Bácchide.

PISTOCLERVS. CHRYSALVS
ADVLESCENS SERVOS

PI. Mirúmst me ut redeam te ópere tanto quaésere,
Qui abíre hinc nullo pácto possim, sí uelim:
Ita mé uadatum amóre uinctumque ádtines. 180
CH. Pro di ínmortales, Pístoclerum cónspicor.
O Pístoclere, sálue. PI. Salue, Chrýsale.
CH. Compéndi uerba múlta iam faciám tibi.
Veníre tu me gaúdes: ego credó tibi.
Hospítium et cenam póllicere, ut cónuenit, 185
Peregre áduenienti: ego aútem uenturum ádnuo.
Salútem tibi ab sodáli solidam núntio.
Rogábis me ubi sit: uíuit. PI. Nempe recté ualet?
CH. Istúc uolebam ego éx te percontárier.
PI. Qui scíre possum? CH. Núllus plus. PI. Quemnam ád modum? 190

---

169. me hac ac: *trai Bo* ‖

CH. Quia, sí illa inuentast quám ille amat, uiuít [recte et] ualet:
Si nón inuenta est, mínus ualet moribúndusque est.
Animást amica amánti: si abest, núllus est:
Si adést, res nulla est, ípsus est, nequam ét miser.
Sed tú quid factitásti mandatís super? 195
PI. Egon út, quod ab illoc áttigisset núntius,
Non ímpetratum id áduenienti ei rédderem?
Regiónes colere máuellem Acherúnticas.
CH. Eho, an ínuenisti Bacchidem? PI. Samiám quidem. 199. 200
CH. Vide, quaéso, nequis tráctet illam indíligens:
Scis tu út confringi uás cito Samiúm solet.
PI. Iamne út soles? CH. Dic úbi ea nunc est, ópsecro.
PI. Hic, éxeuntem me únde aspexistí modo.
CH. Vt istúc est lepidum: próxumae uicíniae 205
Habitát. ecquidnam méminit Mnesilochí? PI. Rogas?
Immo únice unum plúrumi pendít. CH. Papae.
PI. Immo út eam credis? mísera amans desíderat.
CH. Scitum ístuc. PI. Immo, Chrýsale, em, non tántulum
Vmquam íntermittit témpus quin eum nóminet. 210
CH. Tanto hércle melior [Bacchis]. PI. Ímmo — CH. Immo hercle ábiero
Potiús. PI. Num inuitus rém bene gestam audís eri?
CH. Non rés, sed actor míhi cor odio saúciat.
Etiam Épidicum, quam ego fábulam aeque ac me ípsum amo,
Nullam aéque inuitus spécto, si agit Péllio. 215
Sed Bácchis etiam fórtis tibi uisást? PI. Rogas?
Ni nánctus Venerem essem, hánc Iunonem dícerem.
CH. Edepól, Mnesiloche, ut hánc rem natam [esse] intéllego,
Quod amés paratumst, quód des inuentóst opus. 219

---

191. *del Ri* ‖ 196. illo: *corr Ri* ‖ 206. et quid nam: *corr Pius* ‖ 208. eum: *corr Ac* ‖ 209. hem: *corr Brix* ‖ 211. *del Bo, Bent* ‖ 213. Non erus: *corr Bo* ‖ 218. *del Bent*

Nam istóc fortasse auróst opus. PI. Philippó quidem.
CH. Atque eó fortasse iám opust. PI. Immo etiám prius:
Nam iam húc adueniet míles, — ⟨CH.⟩ Et milés quidem.
⟨PI.⟩ Qui de ámittenda Bácchide aurum hic éxigit.
CH. Veniát quando uolt átque ita ne mihi sít morae.
Domíst: non metuo néc ⟨ego⟩ quoiquam súpplico, 225
Dum quídem hoc ualebit péctus perfidiá meum.
Abi íntro: ego hic curábo. tu intus dícito
Mnesílochum adesse Bácchidi. PI. Faciam út iubes.
CH. Negótium hoc ad me áttinet aurárium.
Mille ét ducentos Phílippum attulimus aúreos 230
Ephesó, quos hospes débuit nostró seni:
Inde égo hodie aliquam máchinabor máchinam,
Vnde aúrum efficiam amánti erili fílio.
Sed fóris concrepuit nóstra: quinam exít foras?

NICOBVLVS. CHRYSALVS
SENEX SERVOS

NI. Ibo ín Piraeum: uísam | ecquae aduénerit 235
In pórtum ex Epheso náuis mercatória.
Nam méus formidat ánimus, nostrum tám diu
Ibi désidere néque redire fílium.
CH. Extéxam ego illum púlcre iam, si dí uolunt.
Haud dórmitandumst: ópus est chryso Chrýsalo. 240
Adíbo hunc, quem quidem ego hódie faciam hic árietem
Phrixi: ítaque tondebo aúro usque ad uiuám cutem.
Seruós salutat Nícobulum Chrýsalus.
NI. Pro di ínmortales, Chrýsale, ubi mist fílius?
CH. Quin tú salutem prímum reddis quám dedi? 245
NI. Salué. sed ubinamst Mnésilochus? CH. Viuít, ualet.
NI. Venítne? CH. Venit. NI. Eúax, aspersísti aquam.
Benene úsque ualuit? CH. Páncratice atque athlétice.
NI. Quid hóc qua causa eum ⟨hínc⟩ in Ephesum míseram?

---

220. aurum est | Filippeo: *corr Brugmannus* ‖ 222 sq. CH. *et* PI. *add Gul* ‖ 225. *add Bo* ‖ 230. philippos: *corr Bent* ‖ 245. primum salutem: *trai Bo* ‖ 249. *add Ca* ‖

Accépitne aurum ab hóspite Archidémide? 250
CH. Heu, cór meum et cerebrum, Nícobule, finditur,
Istíus hominis úbi fit quomque méntio.
Tun hóspitem illum nóminas hostém tuom?
NI. Quid ita, ópsecro hercle? CH. Quía edepol certó scio,
Volcánus, Luna, Sól, Dies, dei quáttuor, 255
Sceléstiorem núllum inluxere álterum.
NI. Quamne Árchidemidém? CH. Quam, inquam, Archidémidem.
NI. Quid fécit? CH. Quid non fécit? quin tu id mé rogas?
Primúmdum infitias íre coepit fílio,
Negáre se debére tibi trióbulum. 260
Contínuo antiquom | hóspitem nostrúm sibi
Mnesílochus aduocáuit, Pelagoném senem:
Eo praésente homini extémplo ostendit sýmbolum,
Quem túte dederas ád eum ut ferret fílio.
NI. Quid, úbi ei ostendit sýmbolum? CH. Infit dícere
Adúlterinum et nón eum esse sýmbolum: 266
Quotque ínnocenti ei díxit contumélias.
Adúlterare eum aíbat rebus céteris.
NI. Habétin aurum? | íd mihi dicí uolo.
CH. Postquám quidem praetor récuperatorés dedit, 270
Damnátus demum, uí coactus réddidit
Ducentós et mille Phílippum. NI. Tantum débuit.
CH. Porro étiam ausculta púgnam quam uoluít dare.
NI. Etiámnest quid porro? CH. Ém, accipitrina haec núnc erit.
NI. Decéptus sum: Autolyco hóspiti aurum crédidi. 275
CH. Quin tu aúdi: — NI. Immo ingenium áuidi haud pernoram hóspitis.
CH. Postquam aúrum abstulimus, ín nauem conscéndimus
Domí cupientes. fórte ut adsedi ín stega,
Dum círcumspecto, | átque ego lembum cónspicor

252. quaque: *corr Lamb* || 255. sol luna: *trai Guy* || 268. aiebat: *corr Guy* || 274. accipe trina: *corr Herm* || 275. auiolico: *corr Ca* || 278. domum: *corr Ri* ||

Longúm strigorem máleficum exornárier. 280
NI. Perii hércle: lembus ílle mihi laedít latus.
CH. Is erát communis cum hóspite et praedónibus.
NI. Adeón me fuisse fúngum ut qui illi créderem,
Quom mi ípsum nomen éius Archidémides
Clamáret dempturum ésse, siquid créderem? 285
CH. Is lémbus nostrae náui | insidiás dabat.
Occépi ego opseruáre eos quam rém gerant.
Intérea e portu nóstra nauis sóluitur.
Vbi pórtu eximus, hómines remigió sequi,
Neque aués neque uenti cítius. quoniam séntio 290
Quae rés gereretur, náuem extemplo státuimus.
Quoniám uident nos stáre, occeperúnt ratem
Tardáre in portu. | NI. Édepol mortalís malos.
Quid dénique agitis? CH. Rúrsum in portum récipimus.
NI. Sapiénter factum a uóbis. quid illi póstea? 295
CH. Reuórsionem ad térram faciunt uésperi.
NI. Aurum hércle auferre uóluere: ei rei operám dabant.
CH. Non mé fefellit, sénsi: eo exanimatús fui.
Quoniám uidemus aúro insidias fíeri,
Capimús consilium cóntinuo: postrídie 300
Auférimus aurum | ómne illis praeséntibus
Palam átque aperte, ut ílli id factum scíscerent.
NI. Scite hércle: cedo, quid ílli? CH. Tristes ílico,
Quom extémplo a portu | íre nos cum auró uident,
Subdúcunt lembum cápitibus cassántibus. 305
Nos ápud Theotimum omne aúrum deposíuimus,
Qui illíc sacerdos ést Dianae | Éphesiae.
NI. Quis istíc Theotimust? CH. Mégalobuli fílius,
Qui núnc in Ephesost Éphesiis caríssumus.
NI. Ne ille hércle mihi sit múlto tanto cárior, 310
Si me ílloc auro tánto circumdúxerit.

---

284. archidemidis: *corr Fl* ‖ 293. turbare: *corr Haupt* ‖ 299. uidimus: *corr Gru* ‖ 305. quassantibus: *corr Ri* ‖ 306. deposuimus: *corr Ac* ‖ 308. Qui: *corr Brunckius* ‖ 311. illo: *corr Py* ‖

CH. Quin ín eapse aede Díanai cónditumst:
Ibidém publicitus séruant. NI. Occidístis me:
Nimio híc priuatim séruaretur réctius.
Sed nílne | attulístis inde aurí domum? 315
CH. Immo étiam: uerum quántum attulerit néscio.
NI. Quid, néscis? CH. Quia Mnesílochus noctu clánculum
Deuénit ad Theotímum, nec mihi crédere
Nec quoíquam in naui uóluit, eo ego néscio, 319
Quantíllum attulerit: uérum haud permultum áttulit.
NI. Etiám dimidium cénses? CH. Non edepól scio:
Verum haúd opinor. NI. Fértne partem tértiam?
CH. Non hércle opinor: uérum uerum néscio.
Profécto de auro níl scio nisi néscio.
Nunc tíbimet illuc náui capiundúmst iter, 325
Vt illúd reportes aúrum ab Theotimó domum.
Atque heús tu. NI. Quid uis? CH. Ánulum gnatí tui
Facito út memineris férre. NI. Quid opust ánulo?
CH. Quia id sígnumst cum Theotímo, qui eum illi ádferet,
Ei aúrum ut reddat. NI. Méminero, et recté mones.
Sed istíc Theotimus díuesnest? CH. Etiám rogas? 331
†Qui auro habeat sóccis suppactúm solum?
NI. Quor íta fastidit? CH. Tántas diuitiás habet:
Nescít quid faciat aúro. NI. Mihi dederít uelim.
Sed quí praesente id aúrum Theotimó datumst? 335
CH. Populó praesente: núllust Ephesi quín sciat.
NI. Istúc sapienter sáltem fecit fílius,
Quom díuiti homini id aúrum seruandúm dedit.
Ab eó licebit quámuis subito súmere.
CH. Immo ém tantisper númquam te morábitur, 340
Quin hábeas illud quó die illuc uéneris.
NI. Censébam me effugísse a uita márituma,

---

312. in ipsa: *corr Ri* | dianae: *corr Goellerus* ‖ 320. Quantulum attulerit: *corr Py* ‖ 329. adferret *vel* adfert: *corr Ca* ‖ 331. diuesne est istic theotimus: *trai Bo* ‖ 340. hem: *corr Brix* ‖

Ne náuigarem tándem hoc aetatís senex.
Id mi haúd utrum uelím licere intéllego:
Ita béllus hospes fécit Archidémides. 345
Vbi núnc est ergo méus Mnesilochus fílius?
CH. Deos átque amicos íit salutatum ád forum.
NI. At ego hínc <eo> ad illum ut cónueniam quantúm potest.
CH. Illést oneratus récte et plus iustó uehit.
Exórsa haec tela nón male omninó mihist, 350
Vt amántem erilem cópem facerem fílium.
Ita féci, ut auri quántum uellet súmeret,
Quantum aútem lubeat réddere, ut reddát patri.
Senéx in Ephesum | íbit aurum arcéssere:
Hic nóstra agetur aétas in malacúm modum, 355
Siquidem híc relinquet néque secum abducét senex
Med ét Mnesilochum. quás ego hic turbás dabo.
Sed quíd futurumst, quom hóc senex rescíuerit?
Quom se éxcucurrisse ílluc frustra scíuerit
Nosque aúrum abusos, quíd mihi fiet póstea? 360
Credo hércle aduenìens nómen mutabít mihi
Faciétque extemplo Crúcisalum me ex Chrýsalo.
Aufúgero hercle, sí magis usus uénerit.
Si eró reprehensus, mácto ego illum infortúnio:
Si illí sunt uirgae rúri, at mihi tergúm domist. 365
Nunc íbo: erili fílio [eius] hanc fabricám dabo
Super aúro amicaque eíus inuenta Bácchide.

LYDVS

SERVOS

Pándite atque aperíte propere iánuam hanc Orci, óp-
secro:
Nam équidem haud aliter ésse duco: quíppe quo nemo
áduenit

---

348. *add Ri* ‖ 351. quopem: *corr Scut* ‖ 369. qui *vel* cui: *corr Lamb* ‖

Nísi quem spes relíquere omnes, ésse ut frugi póssiet. 370
Bácchides non Bácchides, sed bácchae sunt acérrumae.
Ápage istas a mé sorores, quae hóminum sorbent sánguinem.
Ómnis ad perníciem instructa dómus opime atque ópipare<st>:
Quaé ut aspexi, mé continuo cóntuli protinam ín pedes.
Egone ut haec conclúsa gestem clánculum? ut celém patrem, 375
Pístoclere, túa flagitia aut dámna aut desidiábula?
Quíbus patrem et me téque amicosque ómnes adfectás tuos
Ád probrum, damnúm, flagitium adpéllere una et pérdere.
Néque mei neque té tui intus púditumst factis quaé facis. 379
(Quíbus tuom patrém meque una, amícos, adfinís tuos
Tuá | infamiá fecisti gérulifigulos flágiti.
Núnc prius quam malum ístoc addis cértumst iam dicám patri.)
Dé me hanc culpam démolibor iam ét seni faciám palam,
Ýt †eum ex lutulénto caeno própere hinc eliciát foras.

MNESILOCHVS
ADVLESCENS

Múltimodis meditátus egomet mécum sum et ita esse árbitror: 385
Hómini amico quíst amicus íta uti nomen póssidet
Nísi deos ei níl praestare: id ópera expertus sum ésse ita.

---

373. *add Ri* ‖ 380—382 *saltem uncis saepsimus* ‖ 377. adflictas: *corr ex Nonio* ‖ 385. Multis modis: *corr Ca* ‖

Nám ut in Ephesum hinc ábii — hoc factumst férme abhinc biénnium —,
Éx Epheso huc ad Pístoclerum meúm sodalem lítteras
Mísi, amicam ut mi ínueniret Bácchidem. illum intéllego 390
Ínuenisse, ut séruos meus mihi núntiauit Chrýsalus.
Cóndigne is quam téchinam de auro aduórsum meum fecít patrem,
Ýt mihi amanti cópia esset. (séd eccum uideo incédere)
Nám pol meo quidem ánimo ingrato hómine nil inpénsiust. 394
Málefactorem amítti satius<t> quám relinqui béneficum.
Nímio inpendiósum praestat té quam ingratum dícier.
Íllum laudabúnt boni: hunc etiam ípsi culpabúnt mali.
Quá me causa mágis cum cura esse aéquom, obuigilatóst opus.
Núnc, Mnesiloche, spécimen specitur, núnc certamen cérnitur,
Sísne necne ut ésse oportet: málus, bonus quoiquoímodi: 400
Iústus, iniustús: malignus, lárgus: †commodus, incommodus.
Cáue sis te superáre seruom síris faciundó bene.
Ýtut eris, moneo, haúd celabis. séd eccos uideo incédere
Pátrem sodalis ét magistrum: hinc aúscultabo quám rem agant.

---

389. sodalem meum: *trai Ca* ‖ 392. tecnam: *corr Ri* ‖ 393. *secl Langenus* ‖ 394. pol quidem meo: *trai Bo* ‖ 395. *add Herm* | beneficium ‖ 396. praestat inpendiosum: *trai Herm* ‖ 397. hoc: *corr Ald* ‖ 398. eum cura esse ea cum: *corr Bo* ‖ 400. qua cuius modi: *corr Scal* ‖ 401. com incomodus *B*[1] ‖ 402. serum: *corr Scut* ‖

LYDVS. PHILOXENVS. MNESILOCHVS
SERVOS SENEX ADVLESCENS

LY. Núnc experiar sítne aceto tíbi cor acre in péctore:
Séquere. PH. Quo sequár? quo ducis núnc me? LY. Ad illam quaé tuom 406
Pérdidit, pessúm dedit tibi fílium uni<ce> únicum.
PH. Heía, Lyde: léniter qui saéuiunt sapiúnt magis.
Mínus mirandumst íllaec aetas síquid illorúm facit
Quám si non faciát: feci ego istaec ítidem in adulescéntia. 410
LY. Eí mihi, ei mihi, ístaec illum pérdit assentátio.
Nam ábsque te esset, égo illum haberem réctum ad ingeniúm bonum:
Núnc propter te tuámque prauos fáctus est fidúciam
Pístoclerus. MN. Di ímmortales, meúm sodalem hic nóminat:
Quíd hoc negotist, Pístoclerum Lýdus quod erum tám ciet? 415
PH. Paúlisper, Lyde, ést lubido hómini suo animo óbsequi:
Iam áderit tempus, quóm sese etiam ipse óderit. morém geras:
Dúm caueatur praéter aequom néquid delinquát, sine.
LY. Nón sino neque équidem illum me uíuo corrumpí sinam.
Séd tu qui pro tám corrupto dícis causam fílio, 420
Éademne erat haec dísciplina tíbi, quom tu adulescéns eras?
Négo tibi hoc annís uiginti fuísse primis cópiae,
Dígitum longe a paédagogo pédem ut efferres aédibus.
Íd quom optigerat, hóc etiam ad malum áccersebatúr malum:
Ét discipulus ét magister pérhibebantur ímprobi. 425

---

405. acetum: *corr Lamb* ‖ 407. *add Bo* ‖ 411. perdidit: *corr Bent* ‖ 422. haec ‖ 424. 425 *post* 427 *libri: trai Grosslotius* ‖ 424. quoi *vel* quo: *corr Bo* ‖

Ánte solem exórientem nisi ín palaestram uéneras,
Gýmnasi praefecto †haud mediocris poenas pénderes.
Íbi cursu, luctándo|, hasta, dísco, pugilatú, pila,
Sáliendo sese éxercebant mágis quam scorto aut sáuiis.
(Íbi suam aetatem éxtendebant, nón in latebrosís locis.)
Índe de hippodromo ét palaestra úbi reuenissés domum,
Cíncticulo praecínctus in sella ápud magistrum adsíderes: 432
Cúm librum legerés, si | unam péccauisses sýllabam,
Fíeret corium tám maculosum quámst nutricis pállium.
MN. Própter me haec nunc meó sodali díci discruciór miser: 435
Ínnocens suspícionem hanc sústinet causá mea.
PH. Álii, Lyde, núnc sunt mores. LY. Íd equidem ego certó scio.
Nam ólim populi príus honorem cápiebat suffrágio,
Quám magistro désinebat ésse dicto oboédiens.
Át nunc prius quam séptuennis ést, si attingas eúm manu, 440
Éxtemplo puer paédagogo tábula dirrumpít caput.
Quóm patrem adeas póstulatum, púero sic dicít pater:
'Nóster esto, dúm te poteris défensare iniúria.'
Próuocatur paédagogus: 'ého senex minumí preti, 444
Ne ádtigas puerum ístac causa, quándo fecit strénue.'
†Ít magister quási lucerna úncto expretus línteo.
Ítur illinc iúre dicto. hócine hic pactó potest
Ínhibere imperiúm magister, si ípsus primus uápulet?
MN. Ácris postulátio haec est: quom húius dicta intéllego,
Míra sunt ni Pístoclerus Lýdum pugnis cóntudit. 450
<LY.> Séd quis hic est quem astántem uideo ante óstium? [LY.] o Philóxene,
Déos propitios mé uidere quam íllum <haud> mauellém mihi.

---

427. pugillatu: *corr Lamb* ‖ 430. *del Guy* ‖ 433. peccauisset ‖ 438. capiebant ‖ 445. adtingas: *corr ex Nonio* ‖ 446. It *vel* Et *vel* Id *vel* Fit ‖ 451. *add et del Py* ‖ 452. *add Herm* ‖

PH. Quís illic est? LY. Mnesílochus, gnati tuí sodalis [Pistocleri] ‒ ◡ ‒
Haúd consimili ingénio atque illest qui ín lupanari áccubat.
Fórtunatum Nícobulum, qui íllum produxít sibi. 455
PH. Sáluos sis, Mnesíloche: saluom te áduenire gaúdeo.
MN. Dí te ament, Philóxene. LY. Hic enim ríte productúst patri:
Ín mare it, rem fámiliarem cúrat, custodít domum:
Óbsequens oboédiensquest móri atque imperiís patris.
Híc sodalis Pístoclero iám puer pueró fuit: 460
Tríduom non ínterest aetátis ut maiór siet:
Vérum ingenium plús triginta ánnis maiust quam álteri.
PH. Cáue malum et conpésce in illum dícere iniusté. LY. Tace:
Stúltus es qui illí male aegre pátere dici quí facit.
(Nám illum meum malúm promptare málim quam pecúlium. 465
PH. Quídum? LY. Quia, malúm si promptet, ín dies faciát minus.)
MN. Quíd sodalem meúm castigas, Lýde, discipulúm tuom?
LY. Périit tibi sodális. MN. Ne di sírint. LY. Sic est út loquor:
Quín ego quom perîbat uidi, nón ex audito árguo.
MN. Quíd factumst? LY. Meretrícem indigne déperit. MN. Non tú taces? 470
LY. Átque acerrume aéstuosam: absórbet, ubi quemque áttigit.
MN. Ýbi ea mulier hábitat? LY. Hic. MN. Vnde ésse eam aiunt? LY. Éx Samo.
MN. Quaé uocatur? LY. Bácchis. MN. Erras, Lýde: ego omnem rém scio

---

458. mare ut ‖ 459. more: *corr Pius* ‖ 461. uter: *corr Herm* ‖ 465. 466 *ex alia rec. duce Guyeto repetit Anspachius* ‖ 471. aestuose: *corr Leo* ‖ 472. eam esse: *trai Guy* ‖

Quem ád modumst: tu Pístoclerum fálso atque insontem árguis.
Nám ille amico et béneuolenti suó sodali sédulo 475
Rém mandatam exséquitur: ipsus néque amat nec tu créduas.
LY. Ítane oportet rém mandatam gérere amici sédulo,
Ýt ipsus ausculántem in gremio múlierem teneát sedens?
Núllo pacto rés mandata pótest agi, nisi idéntidem
Mánus †ferat ad papillas, lábra a labris nusquam aúferat? 480
Nám alia memoráre quae illum fácere uidi díspudet:
Quóm manum sub uéstimenta ad córpus tetulit Bácchidi
Mé praesente néque pudere quícquam: quid uerbís opust?
Míhi discipulus, tíbi sodalis périit, huïc fílius: 484
Nám ego illum perísse dico, quoí quidem periít pudor.
(Quíd opust uerbis? si ópperiri uéllem paulispér modo,
Ýt †opinor illius ínspectandi mi ésset maior cópia,
Plús uiderem quám deceret, quám me atque illo aequóm foret.)
MN. Pérdidisti mé, sodalis. égone ut illam múlierem
Cápitis non perdám? perire mé malis malím modis. 490
Sátin ut quem tu habeás fidelem tíbi aut quoi credas néscias?
LY. Víden ut aegre pátitur gnatum ésse corruptúm tuom,
Suóm sodalem, ut ípsus sese crúciat aegritúdine?
PH. Mnésiloche, hoc tecum óro ut illius ánimum atque ingeniúm regas. 494
Sérua tibi sodálem | et mihi fílium. MN. Factúm uolo.
LY. Mélius esset mé quoque una sí cum illo relínqueres.

---

476. nec amat | NETU ‖ 478. AUSCULTANTEMINGREMIO: in gremio osculantem ‖ 479. Nullon *vel* Nullo ‖ 486—488 *incl Vss* ‖ 488. UIDEREM: uidissem | LICERET ‖ 489. UTILLAM: illam ‖ 496—499. *ita A.* 499. 496. 497. 498 *reliqui* ‖ 496. MELIUSMULTOME | CUMHOCRELIQUERIS ‖

PH. Ádfatimst. Mnesíloche, cura et cóncastiga homi-
ném probe:
[Qui dedecorat te me amicos atque alios flagitiis suis.]
Ín te ego hoc onus ómne inpono. Lýde, sequere hac
mé. LY. Sequor.

MNESILOCHVS
ADVLESCENS

MN. Inimíciorem núnc utrum credám magis 500
Sodálemne esse an Bácchidem incertum ádmodumst.
Illum éxoptauit pótius? habeat: óptumest.
Ne illa íllud hercle cúm malo fecít suo:
Nam míhi diuini númquam quisquam créduat,
Ni ego íllam exemplis plúrumis planéque amo. 505
Ego fáxo hau dicet náctam quem derídeat.
Nam iám domum ibo atque áliquid surrupiám patri.
Id istí dabo. ego istanc múltis ulciscár modis. 507[b]
Adeo égo illam cogam usque út mendicet méus pater.
Sed sátine ego animum ménte sincerá gero, 509
Qui ad húnc modum haec hic quaé futura fábulor?
†Amo hercle opinor, ut pote quod pro certó sciam:
Verúm quam illa umquam dé mea pecúnia
Raménta fiat plúmea propénsior,
Mendícum malim méndicando uíncere.
Numquam édepol uiua me ínridebit: nám mihi 515
Decrétumst renumeráre iam omne aurúm patri.
Igitúr mi inani atque ínopi subblandíbitur
Tum quóm blandiri nílo pluris réferet,
Quam si ád sepulcrum mórtuo narrét logos. 519

---

497. ADFATIM | cura et: CURAṬ ‖ 498. *del Goe* | AMICUM ‖ 499. EGO: ergo | impone ‖ 500. INIMICIOREM: Immitiorem ‖ 502. OPTUMUMEST ‖ 503. NIILLAID | suo meo ‖ 506. DELUDERET ‖ 507—8. NAMIAMDOMUMIBOATQ·UTMENDICETMEUSPATER ‖ 518. NIHILOPLURISMIHIBLANDIRIREFERT: *corr Brachmannus*: mihi nihilo pluris referet ‖ 519. mortuo dicat iocum ‖

[Sed autem quam illa umquam meis opulentiis
Ramenta fiat grauior aut propensior,
Mori me malim excruciatum inopia.]
Profécto stabilest mé patri aurum réddere. 520
Eadem éxorabo, Chrýsalo causá mea
Patér ne noceat neú quid ei suscénseat,
Mea caúsa de auro quód eum ludificátus est.
Nam illi aéquomst me consúlere, qui causá mea
Mendácium ei díxit. uos me séquimini. 525

ACTVS III

PISTOCLERVS
ADVLESCENS

PI. Rébus aliis ánteuortar, Bácchis, quae mandás mihi:
Mnésilochum ut requíram atque ut eum mécum ad te adducám simul.
Nám illud animus méus miratur, si á me tetigit núntius,
Quíd remoretur. íbo ut uisam huc ád eum, si fortést domi.

MNESILOCHVS. PISTOCLERVS
ADVLESCENTES II

MN. Réddidi patri | omne aurum. núnc ego illam mé uelim 530
Cónuenire, póstquam inanis súm, contemptricém meam.
Séd ueniam mihi quám grauate páter dedit de Chrýsalo:
Vérum postremo ímpetraui, ut néquid ei suscénseat.
PI. Éstne hic meus sodális? MN. Estne hic hóstis quem aspició meus?

519ª—519ᶜ *om A, exp Guy* ‖ 522. EO ‖ 524. NAMEI ‖ 525. EIDIXIT: dixit ‖ 528. NUNCILLUD | SIIAMTETIGIT ‖ 529. REMORETUR: remoratur | IBOUT: ibo et ‖ 530. *Superiori scaenae continuat A* | NUNCILLAM ‖

PI. Cérte is est. MN. Is ést. <PI.> Adibo cóntra et contollám gradum. 535
[PI.] Sáluos sis, Mnesíloche. MN. Salue. PI. Sáluos quom peregre áduenis,
Céna detur. MN. Nón placet mihi céna quae bilém mouet.
PI. Númquae aduenienti aégritudo obiéctast? MN. Atque acérruma.
PI. V́nde? MN. Ab homine quém mi amicum esse árbitratus sum ántidhac.
(PI. Múlti more isto átque exemplo uíuont, quos quom cénseas 540
Ésse amicos, réperiuntur fálsi falsimóniis,
Língua factiósi, inertes ópera, sublestá fide.
Núllus est quoi nón inuideant rém secundam optíngere.
[Sibi ne inuideatur ipsi ignaui recte cauent.]
MN. Édepol ne tu illórum mores pérquam meditaté tenes. 545
Séd etiam unum hoc: éx ingenio málo malum inueniúnt suo:
Núlli amici súnt, inimicos ípsi in sese omnís habent.
Atque i se quom frústrant, frustrari álios stolidi exístumant.
Sícut est hic quem ésse amicum rátus sum atque ipsus súm mihi:
Ílle quod in se fúit accuratum hábuit quod possét mali
Fáceret in me, incónciliaret cópias omnís meas.) 551
PI. Ínprobum istunc ésse oportet hóminem. MN. <Et> ego ita esse árbitror.
PI. Ópsecro hercle, lóquere quis is est? MN. Béneuolens uiuít tibi:

---

535. *add Ac* | tollam ‖ 536. *del Ac* ‖ 538. AEGRITUDOADUENIENTI | ACERRUMA: acerrume ‖ 540—551 *om A* ‖ 541. falsis: *corr Pius* ‖ 542. subuesta ‖ 543. qui non inuideat: *corr Scal* ‖ 544. *del Lachm* ‖ 546. *dist Vahlenus* ‖ 548. frustrantur: *corr Ac* 550. Ille *vel* Ipse ‖ 551. inconciliare: *corr Ri* ‖ 552. *add Sey* ‖ 553. Obsequere: *corr Ca* ‖

Nám ni ita esset, técum orarem ut éi quod possés mali
Fácere faceres. PI. Díc modo hominem quí sit: si non fécero 555
Eí male aliquo pácto, me esse dícito ignauíssumum.
MN. Néquam homost, uerum hércle amicus ést tibi. PI. Tantó magis
Díc quis est: nequam hóminis †ego párui pendo grátiam.
MN. Vídeo non potésse quin tibi éius nomen éloquar:
Pístoclere, pérdidisti mé sodalem fúnditus. 560
PI. Quíd istuc est? MN. Quid ést? misine ego ád te ex Epheso epístulam
Súper amica, ut mi ínuenires? PI. Fáteor factum, et répperi.
MN. Quíd? tibi non erát meretricum aliárum Athenis cópia,
Quíbuscum haberes rém, nisi cum illa quám ego mandassém tibi
Ócciperes tute ⟨étiam⟩ amare et mi íres consultúm male? 565
PI. Sánun es? MN. Rem répperi omnem ex tuó magistro: né nega.
Pérdidisti me. PI. Étiamne ultro tuís me prolectás probris?
MN. Quíd amas Bacchidém? PI. Duas ergo hic íntus eccas Bácchides.
MN. Quíd, duas? PI. Atque ambás sorores. MN. Lóqueris nunc nugás sciens.
PI. Póstremo, si pérgis paruam míhi fidem arbitrárier,
Tóllam ego ted in cóllum atque intro hinc aúferam. MN. Immo ibó: mane. 571
PI. Nón maneo neque tú me habebis fálso suspectúm. MN. Sequor.

---

563. Qui: *corr Angelius* ‖ 565. *add Sey* | me: *corr Ri* ‖ 568. amas PI. bachidem duas: *corr Ca* ‖ 569. duae: *corr Py* ‖ 570. parum: *corr Scal* ‖

PARASITVS. PVER. PISTOCLERVS ADVLESCENS

PA. Parasítus ego sum | hóminis nequam atque ínprobi,
Milítis qui amicam sécum auexit éx Samo.
Nunc me íre iussit ád eam et percontárier, 575
Vtrum aúrum reddat ánne eat secúm semul.
Tu dúdum, puer<e>, cúm illa<c> usque istí semul:
Quae harúnc sunt aedes, púlta: adi actutum ád fores.
Recéde hinc dierécte. ut pulsat própudium.
Comésse panem trís pedes latúm potes, 580
Forés pultare néscis. ecquis [his] in aédibust?
Heus, écquis hic est? écquis hoc aperit óstium?
Ecquis éxit? PI. Quid istuc? quae ístaec est pulsátio?
Qui<d est? quaé> te mala crux ágitat, qui ad istúnc modum
Aliéno uiris tuás extentes óstio? 585
Forés paene exfregísti. quid nunc uís tibi?
PA. Adoléscens, salue. PI. Sálue. sed quem quaéritas?
PA. Bacchídem. PI. Vtram ergo? PA. Nîl scio nisi Bácchidem.
Paucís me misit míles ad eam Cléomachus,
Vel út ducentos Phílippos reddat aúreos 590
Vel ut hínc in Elatiam hódie eat secúm semul.
PI. Non ít: negat se itúram. abi et renúntia.
Alium ílla amat, non íllum. duc te ab aédibus.
PA. Nimis íracunde. PI. At scín quam iracundús siem?
Ne tíbi hercle haud longest ós ab infortúnio: 595
Ita déntifrangibula haéc meis manibus géstiunt.

---

577. *add Bo* ‖ 578. harum: *corr Stud* ‖ 581. *del Scal* ‖ 583. *post* exit *novae scaenae inscriptionem del Bo* ‖ 584. *add Sey duce Ri* ‖ 592. negato esse: *corr Ri duce Ac* ‖

PA. Quom ego húius uerba intérpretor, mihi caútiost,
Ne núcifrangibula excússit ex malís meis.
Tuo ego ístaec igitur dícam illi período.
PI. Quid aís tu? PA. Ego istuc ílli dicam. PI. Díc mihi, 600
Quis tú's? PA. Illius sum íntegumentum córporis.
PI. Nequam ésse oportet quoí tam integumentum ínprobumst.
PA. Sufflátus ille huc uéniet. PI. Dirrumptúm uelim.
PA. Numquíd uis? PI. Abeas: céleriter factóst opus.
PA. Vale, déntifrangibule. PI. Ét tu, integumentúm, uale. 605
In eum [nunc] haéc reuenit rés locum, ut quid cónsili
Dem meó sodali súper amica nésciam:
Qui irátus renumeráuit omne aurúm patri,
Neque númmus ullust quí reddatur míliti.
Sed húc concedam: nám concrepuerúnt fores. 610
Mnesílochus eccum maéstus progreditúr foras.

MNESILOCHVS. PISTOCLERVS
ADVLESCENTES II

MN. Pétulans, propteruo, íracundo ánimo, indomito, incógitato,
Síne modo et modéstia sum, síne bono iure átque honore,
Íncredibilis ímposque animi, ínamabilis, inlépidus uiuo,
Máleuolente ingénio natus: póstremo id mihist quód uolo ego [esse] aliis. 615
Credíbile hoc est? nequiór nemost
Neque indignior, quoi di bene faciant neque quem quisquam homo aut amet aut adeat.

---

602. tu integumentum inprobus es: *corr Bo* ‖ 604. nunc quid | abeas celeriter: *dist Herm* ‖ 606. *del Bo* ‖ 615. *del Spengelius* ‖ 617. *ictus omisimus, ubi metra incertiora* ‖

Inimícos quam amícos aequómst med habére,
Malós quam bonós par magís me iuuáre.
Ómnibus probrís, quae ímprobis uirís 620
Dígna sunt, dígnior núllus est homó,
Quí patri réddidi omne aúrum amens ⏑ –
Quód fuit praé manu. súmne ego homo misér?
Pérdidi † me atque óperam Chrysali.
PI. Consolandus hic mist: ibo ad eum.
Mnesíloche, quid fit? MN. Périi. 626a
PI. Di mélius faciant. MN. Périi. 626b
PI. Non táces, insipiens? MN. Táceam? 627a
PI. Sanús satis non es. MN. Périi. 627b
Múlta mala mi in péctore nunc ácria atque acérba eueniunt.
Criminin me habuisse fidem? inmerito tibi iratus fui.
PI. Heia, bonum habe animum. MN. Vnde habeam? mortuos pluris pretist quam ego sum.
PI. Militis parasitus modo uenerat aurum petere hinc: 631
Eum ego meis dictis malis his foribus atque hac *
Reppuli reieci hominem. MN. Quid mihi id prodest?
Quid faciam? nil habeo miser: ille quidem hanc abducet, scio.
PI. Si mihi sit, [non] pollicear. MN. Scio, dares: noui.
Sed nisi ames, non habeam tibi fidem tantam. 636a
Nunc agitas sat tute tuarum rerum. 636b
Egone ut opem mihi ferre putem posse inopem te?
PI. Tace modo: deus respiciet nos aliquis. MN. Nugae.
PI. Mane. MN. Quid est? PI. Tuam copiam eccam Chrysalum uideo.

---

618. equust *vel* equiust *vel* equiumst | me: *corr Herm* ‖ 620. improbris ‖ 622. amans: *corr Sarac* ‖ 625. *cf. ad* 617 ‖ 629—639. *cf. ad* 617 ‖ 635. mihist: *corr Ca* | *del Spengelius* ‖

CHRYSALVS. MNESILOCHVS. PISTOCLERVS
SERVOS ADVLESCENTES II

CH. Hunc hóminem decet auro éxpendi: huic decet stá-
tuam statui ex aúro. 640
Nam dúplex hodie facinús feci, duplicíbus spoliis sum
afféctus.
Érum maiorem méum ut ego hodie lúsi lepide, ut lúdi-
ficatust.
Cállidum seném cállidis dolís
Cómpuli et pérpuli mi ómnia ut créderet.
Núnc amanti eró, fílio senís, 645
Quicum égo bibo, quicum édo et amo,
Régias cópias aúreasque óptuli,
Ýt domo súmeret neú foris quaéreret.
Nón mihi istí placent Pármenonés, Syri,
Quí duas aut trís minas aúferunt erís. 650
Nequius nil est quam egens consili seruos nisi habet
Multipotens pectus: ubiquomque usus siet, pectore
expromat suo.
Nullus frugi esse potest homo,
Nisi qui et bene et male facere tenet. 655
Improbus cum improbis sit, harpaget <cum> furibus,
furetur quod queat.
Vorsipellem frugi conuenit esse hominem
Pectus quoi sapit. Bonus sit bonis, malus sit
malis: 660. 661
Vtcumque res sit, ita animum habeat.
Séd lubet scíre quantum aúrum erus sibí
Démpsit et quíd suo réddidit patrí.
Sí frugist, Hérculem fécit ex patré: 665
Décumam partem eí dedit, síbi nouem abstulít.
Séd quem quaero, óptume eccum óbuiam mihíst.

651—662. *cf. ad* 617 ‖ 656. *add Herm* ‖ 667. ecce: *corr Langenus* ‖

Numquí nummi exciderúnt, ere, tibi, quód sic terram optúere? 668
Quid uós tam maestos trístisque esse cónspicor?
Nón placet nec témerest. etiam quíd †mihi respondetis? 670
MN. Chrýsale, occidí. CH. Fortassis tu aúri dempsistí parum?
MN. Quám malum parum? ímmo uero nímis multo minus quám parum.
CH. Quíd †igitur, stúlte, quoniam occásio ad eam rém fuit
Meá uirtute párta, ut quantum uélles tantum súmeres,
Síc hoc digitulís duobus súmebas primóribus? 675
Án nescibas, quam eíus modi homini ráro tempus sé daret?
MN. Érras. CH. At quidem túte errasti, quóm parum immersti ámpliter.
MN. Pól tu quam nunc méd accuses mágis, si magis rem nóueris.
Óccidi. CH. Animus iam ístoc dicto plús praesagitúr mali.
MN. Périi. CH. Quid ita? MN. Quía patri omne cúm ramento réddidi. 680
CH. Réddidisti? MN. Réddidi. CH. Omnene? MN. Óppido. CH. Occisí sumus.
Qui ín mentem uenít tibi istuc fácinus facere tám malum?
MN. Bácchidem atque hunc súspicabar própter crimen, Chrýsale,
Mí male consuluísse: ob eam rem omne aúrum iratus réddidi 684
Meó patri. CH. Quid, úbi reddebas aúrum, dixistí patri?

---

669. uos maestos tam: *trai Mue* ‖ 670. QUID: quin ‖ 671. 672. *inverso ord. libri praeter A* ‖ 671. FORTASSE ‖ 672. Quia: *corr Fritzsche* | nimio minus multo: *corr Ri* | QUAMPARUM: parum ‖ 676. nesciebas: *corr Guy* ‖ 678. me: *corr Bent* ‖ 679. CH. Occidi: *corr Dousa* ‖ 684. Me: *corr Lamb* ‖

MN. Mé id aurum accepísse extemplo ab hóspite
Archidémide. CH. Em,
Ístoc dicto †dedisti hodie ín cruciatum Chrýsalum:
Nam úbi me aspiciet, ád carnuficem rápiet continuó
senex.
MN. Égo patrem exoráui. CH. Nempe ergo hóc ut
faceret quód loquor?
MN. Ímmo tibi ne nóceat neu quid ób eam rem
suscénseat. 690
Átque aegre impetráui. nunc hoc tíbi curandumst,
Chrýsale.
CH. Quíd uis curem? MN. Vt ád senem etiam álte-
ram faciás uiam.
Cómpara, fabricáre, finge quód lubet, conglútina,
Ýt senem hodie dóctum docte fállas aurumque aúferas.
CH. Víx uidetur fíeri posse. MN. Pérge, ac facile
ecféceris. 695
CH. Quám malum facile, quém mendaci préndit manu-
festó modo?
Quém si orem ut mihí nil credat, íd non ausit crédere.
MN. Ímmo si audiás quae dicta díxit me aduorsúm tibi.
CH. Quíd dixit? MN. Si tu íllum solem síbi solem
esse díceres,
Se íllum lunam crédere esse et nóctem qui nunc ést dies.
CH. Émungam hercle hominém probe hodie, ne íd
nequiquam díxerit. 701
PI. Núnc quid nos uis fácere? CH. Enim nil [est]
nísi ut ametis ímpero.
Céterum quantúm lubet me póscitote aurum: égo dabo.
Quíd mihi refert Chrýsalo esse nómen, nisi factís
probo?
Séd nunc quantillum úsust auri tíbi, Mnesiloche, díc
mihi. 705
MN. Míliti nummís ducentis iam úsus est pro Bácchide.

---

695. haec feceris: *corr Palm* ‖ 696. Qua malum ‖ 702. *del Ca* ‖ 705. quantillum *vel* quantulum ‖

CH. Égo dabo. MN. Tum nóbis opus est súmptu.
CH. Ah, placidé uolo
Ýnumquidque agámus: hoc ubi égero, tum istúc agam.
Dé ducentis númmis primum inténdam ballistam ín senem.
Eá ballista sí peruortam túrrim et propugnácula, 710
Récta porta inuádam extemplo in óppidum antiquom ét uetus:
Si íd capso, geritóte amicis uóstris aurum córbibus,
Sícut animus spérat. PI. Apud test ánimus noster, Chrýsale.
CH. Núnc tu abi intro, Pístoclere, ad Bácchidem atque ecfér cito —
PI. Quíd? CH. stilum, ceram ét tabellas, linum. PI. Iam faxo híc erunt. 715
MN. Quíd nunc es factúrus? id mihi díce. CH. Coctumst prándium.
Vós duo eritis átque amica túa erit tecum tértia.
MN. Sícut dicis. CH. Pístoclero núlla amicast? MN. Ímmo adest:
Álteram ille amát sororem, ego álteram, ambas Bácchides.
CH. Quíd tu loquere? MN. Hoc, út futuri súmus. CH. Vbist biclínium 720
Vóbis stratum? MN. Quíd id exquaeris? CH. Rés itast: dicí uolo.
Néscis quid ego actúrus sim neque fácinus quantum exórdiar.
MN. Cédo manum ac subséquere propius me ád fores. intro ínspice.
CH. Eúax, nimis bellúst atque ut esse máxume optabám locus. 724. 725
PI. Quae ímperauisti: ímperatum béne bonis factum ílicost.
CH. Quíd parasti? PI. Quaé parari tú iussisti | ómnia.

---

713. Sicui: *corr Scioppius* ‖ 720. loqueris: *corr Guy* ‖ 724. 725. bellus: *corr Ri* ‖

Ch. Cápe stilum propere ét tabellas tu hás tibi. MN. Quid póstea?
CH. Quód iubebo scrîbito istic: nám propterea ⟨té⟩ uolo
Scrîbere, ut patér cognoscat lítteras, quandó legat. 730
Scríbe. MN. Quid scribám? CH. Salutem tuó patri uerbís tuis.
PI. Quíd si potius mórbum, mortem scríbat? id erit réctius.
CH. Né interturba. ⟨MN.⟩ Iam ímperatum in céra inest. CH. Dic quem ád modum?
MN. 'Mnésilochus salútem dicit suó patri.' CH. Adscribe hóc cito: 734
'Chrýsalus mihi úsque quaque lóquitur nec recté, pater,
Quía tibi aurum réddidi et quia nón te ⟨de⟩fraudáuerim.'
PI. Máne dum scribit. CH. Célerem oportet ésse amatorís manum.
PI. Át quidem herclest ⟨ád⟩ perdundum mágis quam ad scribundúm cita.
MN. Lóquere: hoc scriptumst. CH. 'Núnc, pater mi, proín tu ab eo ut caueás tibi,
Sýcophantiás conponit, aúrum ut abs ted aúferat: 740
Ét profecto se áblaturum díxit.' plane adscríbito.
MN. Díc modo. CH. 'Atque id póllicetur sé daturum aurúm mihi,
Quód dem scortis quódque in lustris cómedim et congraecém, pater.
Séd, pater, uide né tibi hodie uérba det: quaesó caue.'
MN. Lóquere porro. CH. Adscríbedum etiam. MN. Lóquere quid scribám modo.
CH. 'Séd, pater, quod prómisisti míhi, te quaeso ut mémineris, 746
Ne íllum uerberés, uerum apud te uínctum adseruató domi.'

---

728. tuas tibi || 729. *add Ca* || 732. mortem *vel* et mortem || 733. MN. Ne: *corr Ri* | *add Ri* || 736. *add Ca* || 738. Atque idem: *corr Mue* | hercle em: *corr Ca* | *add Ca* | cito *vel* scito: *corr Herm* || 740. te: *corr Ca* || 743. et congregem (congreger *Non.*): *corr Ca* || 745. MN. Etiam: *corr Bo* ||

Cédo tu ceram ac línum actutum. age óbliga, obsigná cito.
MN. Óbsecro, quid istís ad istunc úsust conscriptís modum,
Ýt tibi nequid crédat atque ut uínctum te adseruét domi? 750
CH. Quía mi ita lubet: pótin ut cures te átque ut ne parcás mihi?
Meá fiducia ópus conduxi et meó periclo rém gero.
MN. Aéquom dicis. CH. Cédo tabellas. MN. Áccipe. CH. Animum aduórtite.
Mnésiloche et tu, Pístoclere, iám facite in biclínio
Cúm amica sua utérque accubitum eátis — ita negótiumst — 755
Átque ibidem ubi núnc sunt lecti stráti potetís cito.
PI. Númquid aliud? CH. Hóc, atque etiam: úbi erit accubitúm semel,
Né quoquam exsurgátis, donec á me erit signúm datum.
PI. O ímperatorém probum. <CH.> Iam bís bibisse opórtuit.
MN. †Fugiamus. CH. Vos uostrúm curate offícium, ego efficiám meum. 760

CHRYSALVS
SERVOS

Insánum magnum mólior negótium
Metuóque ut hodie póssiem emolírier.
Sed núnc truculento mi átque saeuo usús senest.
Nam nón conducit húïc sycophántiae
Seném tranquillum | ésse, ubi me aspéxerit. 765
Vorsábo ego illunc hódie, si uiuó, probe.
Tam fríctum ego illum réddam, quam frictúmst cicer.
Adámbulabo ad óstium, ut quando éxeat
Extémplo aduenienti eí tabellas dem ín manum.

---

752. periculo: *corr Bo* ‖ 753. PIST. Aequum ‖ 759. *add Ac* ‖ 760. PIST. Fugiamus ‖ 762. possiem *vel* possim ‖ 766. illum: *corr Ca* ‖

NICOBVLVS. CHRYSALVS
SENEX SERVOS

NI. Nimio íllaec res est †mane diuidiaé mihi, 770
Suptérfugisse síc mihi hodie Chrysalum.
CH. Saluós sum: iratus ést senex. nunc ést mihi
Adeúndi ad hominem témpus. NI. Quis loquitúr prope?
Atque hícquidem, opinor, Chrýsalus<t>. CH. Accés-sero.
NI. Bone sérue, salue: quíd fit? quam mox náuigo
In Éphesum, ut aurum répetam ab Theotimó domum? 776
Tacés? per omnis deós adiuro, ut, ní meum
Gnatúm tam amem atque ei fácta cupiam quae ís uelit,
Vt túa iam uirgis látera lacerentúr probe 779. 780
Ferrátusque in pistríno aetatem cónteras.
Omnía resciui scélera ex Mnesilochó tua.
CH. Men críminatust? óptumest: ego súm malus,
Ego súm sacer, sceléstus. specta rém modo.
Ego uérbum faciam <núllum.> | NI. Étiam, cár-nufex, 785
Minitáre? CH. Nosces tú illum actutum quális sit.
Nunc hás tabellas férre me iussít tibi:
Orábat quod istic ésset scriptum ut fíeret.
NI. Cedo. CH. Nósce signum. NI. Nóui. ubi ipsest? CH. Néscio.
Nil iám me oportet scíre: oblitus sum ómnia. 790
Scio me ésse seruom: néscio etiam id quód scio.
Nunc áb transenna hic túrdus lumbricúm petit:
Pendébit hodie púlcre, ita intendí tenus.
NI. Manedúm parumper: iam éxeo ad te, Chrýsale.

---

774. *add Ca* ‖ 785. *add Brachmannus duce Ri* ‖ 787. hasce: *corr Fl* ‖ 792. trasenna: *corr ex Non.* ‖ 793. intendit erus: *corr ex Non.* ‖ 794. ad te exeo: *trai Guy* ‖

CH. Vt uérba mihi dat: béne scio quam rém gerat.
Seruós arcessit íntus, qui me uinciant. 796
Bene naúis agitatur, púlcre haec confertúr ratis.
Sed cónticiscam: nam aúdio aperirí fores.

NICOBVLVS. CHRYSALVS. LORARIVS
SENEX SERVOS

NI. Constrínge tu illi<c>, Ártamo, actutúm manus.
CH. Quid féci? NI. Inpinge púgnum, si muttíuerit.
Quid haé locuntur lítterae? CH. Quid mé rogas?
Vt áb illo accepi, ad te óbsignatas áttuli. 802
NI. Eho tu, ◡ – loquitátusne es gnató meo
Male pér sermonem, quía mi id aurum réddidit,
Et té dixisti id aúrum ablaturúm tamen 805
Per sýcophantiam? CH. Égone istuc dixí? | NI. Ita.
CH. Quis homóst qui dicat mé dixisse istúc? NI. Tace.
Nullús homo dicit: haé tabellae te árguont,
Quas tu áttulisti: em, haé te uincirí iubent.
CH. Aha, Béllorophontem túos me fecit fílius: 810
Egomét tabellas tétuli ut uincirér: sine.
NI. Proptérea hoc facio, ut suádeas gnató meo
Vt pérgraecetur técum, teruenéfice.
CH. O stúlte, stulte, néscis nunc ueníre te:
Atque ín eopse adstas lápide, ut praeco praédicat.
NI. Respónde: quis me uéndit? CH. Quem di díligunt, 816
Adoléscens moritur, dúm ualet sentít sapit.
Hunc si úllus deus amáret, plus anní decem,
Plus iám uiginti mórtuom esse opórtuit.
†Terrae odium ámbulat: iam níl sapit 820
Nec séntit: tantist quántist fungus pútidus.

---

795. dat ut nescio: *corr Abraham* ‖ 799. *add Ri* ‖ 811. tetuli *vel* detuli ‖ 813. pergregetur ‖ 815. eo ipso: *corr Ri* ‖ 816. di diligunt *vel* diligunt di ‖

NI. Tun térrae me odium esse aútumas? abdúcite hunc
Intro átque adstringite ád columnam fórtiter.
Numquam aúferes hinc aúrum. | CH. Atqui iám dabis.
NI. Dabo? CH. Átque orabis mé quidem ultro ut aúferam, 825
Quom illúm rescisces críminatorém meum
Quanto ín periclo et quánta in pernicié siet.
Tum líbertatem Chrýsalo largíbere:
Ego ádeo numquam accípiam. NI. Dic, scelerúm caput,
Dic, quo ín periclost méus Mnesilochus fílius? 830
CH. Sequere hác me: faxo iám scies. NI. Quo géntium?
CH. Tres únos passus. NI. Vél decem. CH. Agedum tu, Ártamo,
Forem hánc pauxillum | áperi: placide, né crepa.
Sat ést. accede huc tú. uiden conuíuium?
NI. Video éxaduorsum Pístoclerum et Bácchidem.
CH. Qui súnt in lecto illo áltero? NI. Interií miser. 836
CH. Nouístine hominem? NI. Nóui. CH. Dic sodés mihi,
Bellán uidetur spécie mulier? NI. Ádmodum.
CH. Quid? illám meretricemne ésse censes? NI. Quíppeni?
CH. Frustrá's. NI. Quis igitur ópsecrost? CH. Inuéneris. 840
Ex mé quidem hodie númquam fies cértior.

CLEOMACHVS. NICOBVLVS. CHRYSALVS
MILES SENEX SERVOS

CL. Meamne híc Mnesilochus Nícobuli fílius
Per uim út retineat múlierem? quae haec fáctiost?

---

827. periculo: *corr Guy* || pernitie *vel* permittie || 840. Frustres ||

NI. Quis illést? CH. Per tempus híc uenit milés mihi.
CL. Non me árbitratur mílitem, sed múlierem, 845
Qui mé meosque nón queam deféndere.
Nam néque Bellona mi úmquam neque Mars créduat,
Ni illum éxanimalem fáxo, si conuénero,
Niue éxheredem fécero uitaé suae.
NI. Chrysále, quis illest quí minitatur fílio? 850
CH. Vir hic ést illius múlieris quacum áccubat.
NI. Quid, uír? CH. Vir, inquam. NI. Núptast illa, | ópsecro?
CH. Scies haúd multo post. NI. Óppido interií miser.
CH. Quid núnc? scelestus tíbi uidetur Chrýsalus?
Age núnc uincito me, aúscultato fílio. 855
Dixín tibi ego illum inuénturum te quális sit?
NI. Quid núnc ego faciam? CH. Iúbe sis me exsoluí cito:
Nam ní ego exsoluor, iám manufesto hominem ópprimet.
CL. Nil ést lucri quod me hódie facere máuelim
Quam illúm cubantem cúm illa opprimere, ambo út necem. 860
CH. Audín quae loquitur? quín tu me exsoluí iubes?
NI. Exsóluite istum. périi, pertimuí miser.
CL. Tum illám quae corpus públicat uolgó suom
Faxó se haud dicat náctam quem derídeat.
CH. Pacísci cum illo paúlula pecúnia 865
Potés. NI. Pacisce ergo, ópsecro, quid tíbi lubet,
Dum né manufesto hominem ópprimat neue énicet.
CL. Nunc nísi ducenti Phílippi redduntúr mihi,
Iam illórum ego animam ambórum exsorbebo óppido. 869
NI. Em illóc pacisce, sí potes. [NI.] perge ópsecro:

850. minitatur *vel* minatur ‖ 856. siet: *corr Fl* ‖ 866. Paciscere: *corr Bo* ‖ 870. CH. Em | paciscere: *corr Bo* | potes *vel* potest ‖

Pacísce quiduis. CH. Íbo et faciam sédulo.
Quid clámas? CL. Vbi erus túos est? CH. Nusquam: néscio.
Vis tíbi ducentos númmos iam promíttier,
Vt né clamorem hic fácias neu conuícium?
CL. Nil ést quod malim. CH. Atque út tibi mala multa íngeram? 875
CL. Tuo árbitratu. NI. Vt súbblanditur cárnufex.
CH. Pater híc Mnesilochist: séquere, is promittét tibi.
Tu aurúm rogato. céterum uerbúm sat est.
NI. Quid fít? CH. Ducentis Phílippis †rem pepigi. NI. Vah, Salus
Mea, serua<ui>sti mé. quam mox dicó 'dabo'? 880
CH. Roga húnc tu, tu promítte huic. NI. Promittó: roga.
CL. Ducéntos nummos aúreos Philippós probos
Dabín? CH. 'Dabuntur' ínque: respondé. NI. Dabo.
CH. Quid núnc, inpure? númquid debetúr tibi?
Quid illí molestu's? quíd illum morte térritas? 885
Et égo te et ille mactámus infortúnio.
Si tíbist machaera, at nóbis ueruinást domi:
Quaquidém te faciam, sí tu me inritáueris,
Confóssiorem sóricina nénia.
Iam dúdum hercle equidem séntio, suspício 890
Quae té sollicitet: éum esse cum illa múliere.
CL. Immo ést quoque. CH. Ita me Iúppiter Iunó Ceres
Minérua †Latona Spés Opis Virtús Venus
Castór Polluces Márs Mercurius Hércules
Summánus Sol Satúrnus dique omnés ament, 895
Vt ílle cum illa néque cubat neque ámbulat
Neque aúsculatur néque illud quod dicí solet.
NI. Vt iúrat: seruat me ílle suis periúriis.

---

871. Paciscere: *corr Bo cum B*[1] ‖ 880. *add Bo* ‖ 885. quia illum: *corr Ca* ‖ 887. et: *corr Ac* ‖ 888. reddam *Festus* ‖ 897. auscultatur ‖

CL. Vbi núnc Mnesilochus érgost? CH. Rus misít pater:
Illa aútem in arcem | ábiit aedem uísere 900
Minéruae. nunc apértast: i, uise, éstne ibi?
CL. Abeo ád forum igitur. CH. †Vel hercle in malám crucem.
CL. Hodie éxigam aurum hoc? CH. Éxige ac suspénde te:
Ne súpplicare cénseas, †nihili homo.
Illést amotus. síne me, per te, ere, ópsecro 905
Deos ímmortales, íre huc intro ad fílium.
NI. Quid eo íntro | ibis? CH. Ýt eum dictis plúrumis
Castígem, quom haec sic fácta ad hunc faciát modum.
NI. Immo óro ut facias, Chrýsale, et ted ópsecro,
Caue pársis in eum dícere. CH. Etiam mé mones?
Satin ést si plura ex me aúdiet hodié mala 911
Quam audíuit umquam Clínia ex Demétrio?
NI. Lippi ílli<c> oculi séruos est simíllumus:
Si nón est, nolis ésse neque desíderes:
Si est, ábstinere quín attingas nón queas. 915
Nam ni íllic hodie fórte fortuna híc foret,
Milés Mnesilochum cum úxore opprimerét sua
Atque óbtruncaret moéchum manufestárium.
Nunc quási ducentis Phílippis emi fílium,
Quos dáre promisi míliti: quos nón dabo 920
Temere étiam prius quam fílium conuénero.
Numquam édepol temere quícquam credam Chrýsalo.
Verúm lubet etiam mi hás perlegere dénuo:
Aequómst tabellis cónsignatis crédere.

---

902. NI. Vel ‖ 908. haec facta sic: *trai Ca* ‖ 909. ted *vel* te ‖ 913. ille: *corr Aldus* ‖ 922. TEMEREQUIÇQUAM: quicquam temere ‖

ACTVS IV

CHRYSALVS
SERVOS

Atrídae duo fratrés cluent fecísse facinus máxumum, 925
Quom Príami patriam Pérgamum diuína moenitúm manu
Armís, equis, exércitu atque exímiis bellatóribus
Millé cum numero náuium decumo ánno post subégerunt.
Non pédibus termentó fuit, praeut égo erum expugnabó meum 929
Sine clásse sineque exércitu et tánto numero mílitum.
[Cepi, éxpugnaui amánti erili fílio aurum ab suó patre.]
Nunc príus quam huc †senex uenit, lubet lámentari, dum éxeat.
O Tróia, o patria, o Pérgamum: o Príame periistí senex,
Qui mísere male mulcábere quadringéntis Philippis aúreis.
Nam ego hás tabellas óbsignatas, cónsignatas quás fero,
Non súnt tabellae, séd equos quem misére Achiui lígneum. 936
Epíust Pistoclérus: ab eo haec súmptae. Mnesilochús Sinost
Relíctus. ellum: nón in busto Achílli, sed in lecto áccubat:
Bacchídem habet secum, ille ólim ⟨ut⟩ habuit ígnem qui signúm daret:
Nunc ípsum exurit. égo sum Vlixes, quóius consilio haéc gerunt. 940
Tum quae híc sunt scriptae lítterae, hoc ín equo | insunt mílites

925. Atrides ‖ 928. MILLEPOSTNUMERO *teste Stud* ‖ 929. tormento: *corr ex Festo* ‖ 931. *del Kiesslingius* ‖ 937—940 *om A* ‖ 937. sumpta: *corr Kiesslingius* | sinon est: *corr Angelius* ‖ 939. *add Py* ‖ 940. Hunc: *corr Guy* | haec *vel* hanc ‖

Armáti atque animatí probe. ita rés successit mi úsque adhuc.
Atque híc equos non in árcem, uerum in árcam faciet ímpetum.
Exítium, excidium, exlécebra fiet híc equos hodie auró senis.
Nostró seni huic stolido, eí profecto nómen facio ego Ílio. 945
Milés Menelaust, égo Agamemno: | ídem Vlixes Lártius:
Mnesílochust Alexandér, qui erit exítio rei patriaé suae:
Is Hélenam auexit, quóia causa núnc facio obsidium Ílio.
Nam illi ítidem Vlixem audíui, ut ego sum, fuísse et audacem ét malum.
Dolis égo deprensus sum: ílle mendicans paéne inuentus ínteri[i]t, 950
Dum ibi éxquirit facta Íliorum. adsímiliter mi hodie óptigit:
Vinctús sum, sed dolís me exemi: item se ílle seruauít dolis.
 Ílio tria fuísse audiui fáta, quae illi fórent exitio:
 Sígnum ex arce sí periisset: álterum etiamst Tróili mors:
 Tértium, quom pórtae Phrygiae límen superum scínderetur. 955
 Pária item tria eís tribus sunt fáta nostro huic Ílio.
Nam dúdum primo ut díxeram nostró seni mendácium
Et de hóspite et de auro ét de lembo, ibi sígnum ex arce iam ábstuli.
Iam dúo restabant fáta tunc, nec mágis id ceperam óppidum.

---

942. meliusque: *corr Bo* ‖ 944. EXITIUMEXCIDIUM: Excidium exitium ‖ 945. ILICO ‖ 946. LARTIUS: lertius ‖ 947. EXITIO: exitium ‖ 948. Is: SI | AUEXIT: abduxit ‖ 949. ILLIITIDEMAUDIUIULIXEM: illic eidem audiui ulixem ‖ 950. PRENSUS | *del Ri* ‖ 951. FATAILLORUM: facta (*vel* fata) illorum: *corr Gul* ‖ 952. DOLISME: dolis ‖ 953. ILLITRIA | FUERE ‖ 956. HIS | NOSTRO: nostra ‖ 959. TUNC: tum ‖

Post úbi tabellas ád senem detúli, ibi occidi Tróilum.
Quom cénsuit Mnesílochum cum uxore ésse dudum mílitis, 961
Ibi uíx me exsolui: atque íd periclum adsímulo, Vlixem ut praédicant
Cógnitum ab Helena ésse proditum Hécubae. sed ut olim ílle se
Blánditiis exémit et persuásit se ut amítteret,
Item égo dolis me illo éxtuli e períclo et decepí senem.
Post cúm magnifico mílite, urbes uérbis qui inermús capit, 966
Conflíxi atque hominem rékppuli. dein púgnam conseruí seni:
Eum ego ádeo uno mendácio deuíci, uno ictu extémpulo
Cépi spolia. is núnc ducentos númmos Philippos míliti
Quos dáre se promisít dabit. 970
Nunc álteris etiám ducentis úsus est, qui dispenséntur
Ílio capto, út sit mulsum quí triumphent mílites.
Sed Príamus hic multo ílli praestat: nón quinquagintá modo,
Quadringéntos filiós habet atque equidem ómnis lectos síne probro:
Eos égo hodie omnis cóntruncabo duóbus solis íctibus.
Nunc Príamo nostro síst quis emptor, cómptionalém senem 976
Vendam égo, uenalem quem hábeo, extemplo ubi óppidum expugnáuero.
Sed Príamum adstantem eccum ánte portam uídeo. adibo atque ádloquar.

---

961. MNESILOCHUS ‖ 965. illo *vel* ilio | expuli: *corr Dissald* ‖ 966. Poste *vel* Postea: *corr Ac* ‖ 967. Confixit ‖ 978. uidebo ‖

<NICOBVLVS. CHRYSALVS>
<SENEX SERVOS>

NI. Quóianam uox própe me sonat? CH. O Nícobule. NI. Quíd fit? _ ᴗ
Quíd? quod te misi écquid egisti? CH. Rógas? congredere. NI. Grádior _ ᴗ 980
CH. Óptumus sum oratór: ad lacrumas coégi hominem castígando _ ᴗ
Máleque dictis, quaé quidem quiui cómminisci. NI. Quíd ait? CH. Verbum
Núllum fecit: lácrumans tacitus aúscultabat quae égo loquebar:
Tácitus conscripsít tabellas: óbsignatas mi hás dedit:
Tíbi me iussit dáre. sed metuo né idem cantent quód priores. 985
Nósce signum: estne éius? NI. Noui: lúbet pellegere has. CH. Pérlege.
Nunc súperum limen scínditur, nunc ádest exitium | Ílio.
Turbát equos lepide lígneus. NI. Chrysále, ades dum ego has pérlego.
CH. Quid mé tibi adesse opus ést? NI. Volo ut quód iubebo fácias, 989a
Vt scias, quae hic scrípta sient. 989b
CH. Níl moror neque scíre uolo. 990a
NI. Támen ades. CH. Quid opúst? NI. Taceas. 990b
Quód iubeo id faciás. CH. Adero. 990c
NI. Eúge litterás minutas. CH. Quí quidem uideát parum.
Vérum qui satis uídeat, grandes sátis sunt. NI. Animum aduórtito igitur.
CH. Nólo inquam. NI. At uolo, ínquam. CH. Quid opust? NI. Át enim id quod te iúbeo facias.

---

979. *Novam sc. orditur Ri, continuant libri* ‖ 980. gradior *vel* congredior ‖ 989a. iubebo *vel* iubeo ‖ 990a 990b *coniungunt libri* ‖

CH. Iústumst, <ut> tuós tibi seruos tuo árbitratu séruiat.
NI. Hoc áge sis nunciam. CH. Ýbi lubet recita: aúrium operam tíbi dico. 995
NI. Ceraé quidem haud parsit néque stilo. sed quídquid est, pellégere certumst.
'Patér, ducentos Phílippos quaeso Chrýsalo
Da, si ésse saluom uís me aut uitalém tibi.'
CH. Malúm quidem hercle mágnum: tibi dicó. NI. Quid est?
CH. Non príus salutem scrípsit? NI. Nusquam séntio. 1000
CH. Non dábis, si sapies: uérum si das máxume,
Ne ille álium gerulum quaérat, si sapiét, sibi:
Nam ego nón laturus súm, si iubeas máxume.
Sat síc suspectus súm, quom careo nóxia. 1004
NI. Auscúlta porro, dum hóc quod scriptumst pérlego.
CH. Inde á principio iam ínpudens epístulast.
NI. 'Pudét prodire me ád te in conspectúm, pater:
Tantúm flagitium té scire audiuí meum,
Quod cúm peregrini cúbui uxore mílitis.'
Pol haúd derides: nám ducentis aúreis 1010
Philippís redemi uítam ex flagitió tuam.
CH. Nil ést illorum, quín ego illi díxerim.
NI. 'Stulté fecisse fáteor: sed quaesó, pater,
Ne me, ín stultitia sí deliqui, déseras.
Ego ánimo cupido atque óculis indomitís fui: 1015
Persuásumst facere quoíus me nunc factí pudet.'
Prius té cauisse ergo quám pudere aequóm fuit.
CH. Eadem ístaec uerba dúdum illi dixi ómnia.
NI. 'Quaeso út sat habeas íd, pater, quod Chrýsalus
Me obiúrigauit plúrumis uerbís malis 1020
Et mé meliorem fécit praeceptís suis,

---

994. *add Herm* ‖ 995. nunc iam *vel* iam nunc ‖ 999. magnum. CH. Tibi ‖ 1020. obiurgauit: *corr Ri* ‖

Vt te éi habere grátiam aequom sít bonam.'
CH. Estne ístuc istic scríptum? NI. Em specta, túm scies.
CH. Vt quí deliquit súpplex est ultro ómnibus.
NI. 'Nunc sí me fas est ópsecrare aps té, pater,
Da míhi ducentos númmos Philippos, te ópsecro.'
CH. Ne unúm quidem hercle, sí sapis. NI. Sine pérlegam: 1027
'Ego iús iurandum uérbis conceptís dedi,
Datúrum id me hodie múlieri ante uésperum
Prius quam á me abiret. núnc, pater, ne périerem
Cura átque abduce me hínc ab hac quantúm potest,
Quam própter tantum dámni feci et flágiti. 1032
Caue tíbi ducenti númmi diuidiaé fuant:
Sescénta tanta réddam, si uiuó, tibi.
Vale átque haec cura.' quíd nunc censes, Chrýsale? 1035
CH. Nil égo tibi hodie cónsili quicquám dabo
Neque ego haúd committam ut, síquid peccatúm siet,
Fecísse dicas dé mea senténtia.
Verum, út ego opinor, sí ego in istoc sím loco,
Dem pótius aurum quam íllum corrumpí sinam. 1040
Duae cóndiciones súnt: utram tu accipiás uide:
Vel ut aúrum perdas uél ut amator périeret.
Ego néque te iubeo néque ueto neque suádeo.
NI. Miserét me illius. CH. Túos est: non mirúm facís.
Si plús perdundum sít, periisse suáuiust 1045
Quam illúd flagitium uólgo dispaléscere.
NI. Ne ille édepol Ephesi múlto mauellém foret,
Dum sáluos esset, quám reuenissét domum.
Quid égo istic? quod perdúndumst properem pérdere.

1030. periurem: *corr Vsenerus duce Ca* ‖ 1031. potest *vel* potes ‖ 1033. diuitiae: *corr Ca* ‖ 1038. de me mea ‖ 1042. periuret: *cf.* 1030 ‖ 1049. *dist Bo* ‖

Binós ducentos Phílippos iam intus écferam: 1050
Et míliti quos dúdum promisí miser
Et ístos. mane istic: iam éxeo ad te, Chrýsale.
CH. Fit uásta Troia, scíndunt proceres Pérgamum.
Sciui égo iam dudum fóre me exitium Pérgamo.
Edepól qui me esse dícat cruciatú malo 1055
Dignúm, ne ego cum illo pígnus haud ausím dare:
Tantás turbellas fácio. sed crepuít foris:
Ecfértur praeda ex Tróia. taceam núnciam.
NI. Cape hóc tibi aurum, Chrýsale: i, fer fílio.
Ego ád forum autem hinc íbo, absoluam mílitem.
CH. Non équidem accipiam: proín tu quaeras quí ferat. 1061
Nolo égo mihi credi. NI. Cápe uero: odiosé facis.
CH. Non équidem capiam. NI. At quaéso. CH. Dico ut rés se habet.
NI. Moráre. CH. Nolo, inquam, aúrum concredí mihi.
†Vel da aliquem qui me seruet. NI. Ohe, odiosé facis. 1065
CH. Cedo, sí necessest. NI. Cúra hoc. iam ego huc reuénero.
CH. Curátumst esse té senem misérrumum.
Hoc ést incepta effícere pulcre: †ueluti mihi
Euénit, ut ouans praéda onustus [in]céderem.
Salúte nostra atque úrbe capta pér dolum 1070
Domúm reduco | íntegrum omnem exércitum.
Sed, spéctatores, uós nunc ne mirémini
Quod nón triumpho: péruolgatumst, níl moror.
Verúm tamen accipiéntur mulso mílites.
Nunc hánc praedam omnem iam ád quaestorem déferam. 1075

1060. ut soluam: *corr Fl* ‖ 1069. *del Scal* ‖

ACTVS V

PHILOXENVS

SENEX

Quam mágis in pectore meó foueo, quas méus filius turbás turbet,
Quam se ád uitam et quos ád mores praecípitem inscitus capéssat:
Magis cúraest magisque adfórmido, ne is péreat neu corrúmpatur.
Scio: fúi ego illa aetate ét feci illa omnía, sed more modésto.
Duxi, hábui scortum, pótaui, dedi, dónaui: at enim id ráro. 1080
Neque plácitant mores quíbus uideo uolgo ⟨ín⟩ gnatos essé parentes.
Ego dáre me [ludum] meo gnato ínstitui, ut animo óbsequium sumére possit:
Aequom ésse puto: sed nímis nolo desídiae †ei dare lúdum.
Nunc Mnésilochum, quod mándaui,
Viso écquid eum ad uirtútem aut ad frugem ópera sua compúlerit: 1085
Sicút eum, si conuénit, scio fecísse: eost ingenió natus.

NICOBVLVS. PHILOXENVS

SENES II

NI. Quiquómque †ubique sunt, quí fuerunt quiqué futuri sunt pósthac
Stultí, stolidi, fatuí, fungi, bardí, blenni, buccónes,

1080. 1081. *inverso ordine libri: trai Scal* ‖ 1080. et enim: *corr Pareus* ‖ 1081. *add Sey* ‖ 1082. *del Buechelerus* ‖ 1087. ubique *vel* ubi ‖

Solús ego omnis longe ántideo stultítia et moribus índoctis.
Perií: pudet: hocine me aétatis ludós bis factum esse índigne? 1090
Magis quam íd reputo, tam mágis uror, quae méus filius turbáuit.
Perdítus sum atque etiam erádicatus sum: ómnibus exemplís crucior.
Omnía me mala consécṭantur, omníbus exitiis ínterii.
Chrysálus med hodie lácerauit, Chrysálus me miserum spóliauit:
Is mé scelus auro usque áttondit dolis dóctis indoctum út lubitumst. 1095
Ita míles memorat méretricem esse eam quám ille uxorem esse áiebat:
Omníaque ut quidque actúmst memorauit: eám sibi hunc annum cónductam:
Relicúom id auri factúm quod ego ei stultíssumus homo promísissem.
Hoc hóc est quod <cor> péracescit, hoc ést demum quod pércrucior:
[Me hoc aétatis ludíficari: immo édepol sic ludós factum,] 1100
Canó capite atque albá barba miserúm me auro esse emúnctum.
Perii, hóc seruom meum nón nauci facere ésse ausum. atque ego, si álibi
Plus pérdiderim, minus aégre habeam minusque íd mihi damno dúcam.
PH. Certe híc prope me mihi néscioquis loqui uísust. sed quem uídeo?
Hicquidém<st> pater Mnesilochi. NI. Eúgae, socium aerúmnae et mei mali uídeo. 1105

1089. antedeo: *corr Bo* ‖ 1091. quem meus: *corr Ca* ‖ 1094. me: *corr Herm* ‖ 1099. *add Sey* ‖ 1100. *del Ri* ‖ 1104. Certo: *corr Langenus* ‖ 1105. *add Fl* ‖

Philoxéne, salue. PH. Et tu, unde ágis? NI. Vnde homo miser átque infortunátus.
PH. At pól ego ibi sum, esse ubi míserum hominem decet átque infortunátum.
NI. Igitúr pari fortuna, aétate ut sumus, útimur. PH. Sic est. séd tu,
Quíd tibist? NI. Pól mihi pár idemst quód tibi.
PH. Númquidnam ad fílium haec aégritudo ádtinet? 1110
NI. Ádmodum. PH. Idém mihi mórbus in péctorest.
NI. Át mihi Chrýsalus óptumus homó
Pérdidit fílium, me átque rem omném meam.
PH. Quíd tibi ex fílio nam, ópsecro, aegrést? NI. Scies: 1114
†Id periit cúm tuo: aeque ámbo amicás habent.
PH. Qui scís? NI. Vidi. PH. Ei mihi, dísperii.
NI. Quíd dubitamus púltare atque huc éuocare ambós foras?
PH. Haúd moror. NI. Heus Bácchis, iube sis áctutum aperirí fores,
Nísi mauoltis fóres et postes cómminui secúribus.

BACCHIDES. NICOBVLVS. PHILOXENVS
MERETRICES II SENES II

BA. Quis sónitu ac tumúltu tantó [nomine] nominát me atque púltat aedis? 1120
NI. Ego átque hic. BA. Quid hóc est negóti nam, amábo? 1121ᵃ
Quis hás⟨ce⟩ huc ouis adégit? 1121ᵇ
NI. Ouís nos uocánt pessumaé. SO. Pastor hárum
Dormít, quom [haec] eunt síc a pecú palitántes.

1115. atque ambo: *corr Herm* ‖ 1120. *del Py* ‖ 1121ᵇ. *add Schmidtius* ‖ 1123. *del Ri* | balitantes: *corr Ca* ‖

BA. At pól nitent: haud sórdidae uidéntur ambae.
SO. Attónsae hae quidem ámbae usque súnt. PH.
Vt uidéntur 1125
Derídere nós. NI. Sine suo úsque arbitrátu.
BA. Rerín ter in ánno tu has tónsitari?
SO. Pol hódie alterá iam bis détonsa cértost.
<BA.> Vetulaé sunt minae ámbae. SO. At bonás
fuisse crédo.
BA. Vidén limulís, opsecró, ut intuéntur? 1130
SO. Ecástor sine ómni arbitrór malitia ésse.
PH. Merito hóc nobis fít, qui quidem húc uene-
rímus.
BA. Cogántur quidem íntro. SO. Haud sció quid
eo opús sit:
Quae néc lac[tem] nec lánam ullam habént: sic
sine ástent.
Exóluere, quánti fuére: omnis frúctus 1135
Iam illís decidít: non uidés ut palántes
Solaé liberaé
Grasséntur? quin aétate crédo esse mútas:
Ne bálant quidém, quom a pecú cetero ábsunt: 1139ª
Stultae átque haud malae uidéntur. 1139ᵇ
BA. Reuórtamur íntro, sorór. NI. Ilico ámbae 1140ª
Manéte: hae<c> oues uolúnt uos. 1140ᵇ
SO. Pródigium hoc quidémst: humana nós uoce ap-
pellánt oues.
PH. Haé<c> oues uobís malam rem mágnam quam
debént dabunt.
BA. Síquam debes, té condono: tíbi habe, num-
quam abs té petam.
Séd quid est quaprópter nobis uós malum minitámini?
PH. Quía nostros agnós conclusos ístic esse aiúnt
duos. 1145

1129. sunt thimiame: *corr Colerus* | BA.: *corr Ca* ‖ 1130. SOR. *et* 1131 BA.: *corr Gronovius* ‖ 1134. *del Spengelius* ‖ 1136. balantes: *corr Ca* ‖ 1139ᵇ. haud *solus B in marg.* ‖ 1140ᵇ. *add Schmidtius* ‖ 1142. *add Bo* ‖

NI. Ét praeter eos ágnos meus est ístic clam mordáx canis:
Quí nisi nobis próducuntur iam átque emittuntúr foras,
Árietes trucés nos erimus: iam ín uos incursábimus.
BA. Soror, ést quod te uolo sécreto. SO. Eho, †amabo. NI. Quo illae ábeunt?
BA. Senem illúm tibi dedo ultériorem, lepide út lenitum réddas: 1150
Ego ad húnc iratum adgrédiar, ⟨si⟩ possúmus nos hosce intro ínlicere huc.
SO. Meum pénsum ego lepide accúrabo: †quam odiosumst mortem amplexari.
BA. Facito út facias. SO. Taceás. tu tuom facito: égo quod dixi haud mútabo.
NI. Quid illaéc illic in cónsilio duae sécreto consúltant?
PH. Quid aís tu, homo? NI. Quid mé uis? 1155a
PH. Pudet dícere me tibi quíddam. 1155b
NI. Quid est quód pudeat? PH. Sed amíco homini tibi quód uolo credere cértumst:
Nilí sum. NI. Istuc iam prídem scio: sed quí nili's id mémora.
PH. Tactús sum uehementér uisco:
Cor stímulo foditur. NI. Pól tibi multo aequíus est coxendícem.
Sed quíd istuc est? etsí iam ego ipsus quid sít prope scire putó me: 1160
Verum aúdire etiam ex té studeo. PH. Viden hánc? NI. Video. PH. Haud malast múlier.
NI. Pol uéro ista mala et tú nili. PH. Quid múlta? ego amo. NI. An amas? PH. *Ναὶ γάρ.*
NI. Tun, hómo putide, amatór istac fieri aétate audes? PH. Quí non?

1150. ueteriorem *Prisc.* ‖ 1151. *add Ri* | hos: *corr Vss* ‖ 1152. BA.: *corr Ri* ‖ 1155a. 1155b. *contrahunt libri* ‖ 1157. quid: *corr Guy* | nihili sit: *corr Beckerus* ‖ 1160. ipse: *corr Ri* ‖ 1162. necar: *corr Weisius* ‖

NI. Quia flágitiumst. PH. Quid opúst uerbis? meo
filio non sum irátus
Neque té tuost aequom esse íratum: si amánt, sapienter fáciunt. 1165
BA. * * * sequere hác. NI. Eunt eccas tándem
Probri pérlecebrae et persuástrices. quid núnc? etiam
reddítis nobis
Filiós et seruom? an ego éxperior tecúm uim maiorem? PH. Ábin hinc?
Non hómo tuquidem es, qui istóc pacto tam lépidam
inlepide appélles.
BA. Senex óptume, quantumst ín terra, sine ⟨me⟩
hóc exorare ábs te, 1170
Vt istúc delictum désistas tanto ópere ire oppugnátum.
NI. Ni abétis, quamquam tú bella's, malum tíbi magnum
dabo iám. BA. Patiar:
Non métuo nequid míhi doleat quod férias. NI. Vt
blandíloquast.
Ei míhi, metuo. BA. Hic magis tránquillust: ****
I hac mécum intro: atque ibi síquid uis filium concastigáto. 1175
NI. Abin á me, scelus? BA. Sine, méa pietas, te
exórem. NI. Exores tú me?
SO. Ego quídem ab hoc certe exórabo. PH. Immo ego
te óro ut me intro abdúcas.
SO. Lepidúm te. PH. At scin quo pácto me ad te intro
ábducas? SO. Mecum út sis.
PH. Omnía quae cupio cómmemoras.
NI. Vidi égo nequam homines, uérum te nemínem deteriorem. PH. Íta sum. 1180
BA. I hac mécum intro, ubi tibi sít lepide uictíbus,
uino atque unguéntis.

1164. opus uerbis est *vel* opus uerbist: *corr Bo* ‖ 1166. *lac sign Herm* ‖ 1170. quantust *vel* quantus est | *add Ri* ‖ 1172. abeas: *corr Brugmannus* ‖ 1174. *lac sign Herm* ‖ 1175. abi: *corr Py* ‖ 1177. BA.: *corr Ac* ‖ 1178. abducas mecum: *corr Ac* ‖ 1179. BA. ‖ 1180. nequam hominem: *corr Lamb* ‖

NI. Satis, sátis iam uostrist cónuiui: me níl paenitet ut sim ácceptus:
Quadringéntis Philippis filius me et Chrysálus circumduxérunt,
Quem quídem ego ut non †excruciem, alterum tántum auri non méream.
BA. Quid tándem, si dimídium auri reddítur? in hac mecum íntro 1185
Atque ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑́ ut eis delícta ignoscas? PH. Fáciet.
NI. Minumé, nolo: nil móror: sine sic. malo íllos ulcisci ámbo.
PH. Etiám tu homo nili, quód di dant boni cáue culpa tua amíssis.
Dimídium auri datur: áccipias potésque et scortum accúmbas.
NI. Egon úbi filius corrúmpatur meus, íbi potem? PH. Potándumst. 1190
NI. Age iam, íd ut ut est, etsist dédecori, patiár: facere inducam ánimum.
Egon quom haéc cum illo accubet ínspectem? BA. Immo equidém pol tecum accúmbam. 1192ª
Te amábo et te amplexábor. 1192ᵇ
NI. Caput prúrit: perii. uíx negito. BA. †Non tibi uenit in mentem, amabo,
Si dúm uiuas tibi béne facias, tam pól id quidem esse haud perlónginquom,
Neque si hóc hodie amiséris, post in morte íd euenturum esse úmquam? 1195
NI. Quid agó? PH. Quid agas, rogitás etiam? NI. Lubet ét metuo. PH. Quid métuis?
NI. Ne obnóxius filio sim ét seruo. BA. Mel méum, amabo, istaec fíunt. 1197
Tuost: únde illum sumére censes, nisi quód tute illi déderis?

1185. in *vel* isne in ‖ 1186. *lac sign Ri* ‖ 1191. dedecorum: *corr Ri* ‖ 1192ª. accumbet ‖ 1194. iam: *corr Bo* ‖ 1198. censes sumere: *trai Weisius*

Hanc uéniam illis sine te éxorem. NI. Vt terebrát: satin offirmátum
Quod míhi erat, id me exórat? 1200
Tua sum ópera et propter te ímprobior. BA. †Ne is quam mea mauéllem.
BA. Satin égo istuc habeo offírmatum? NI. Quod sémel dixi haud mutábo.
BA. It diés: ite intro accúbitum:
Filií uos expectánt intus. NI. Quam quídem actutum emoriámur.
SO. Vespér hic est: sequimini. PH. Dúcite nos quo lúbet tamquam quidem addíctos.
BA. Lepide ípsi hi sunt captí, suis qui filiís fecere insídias. 1206
<CAT.> Hí senes nisi fuíssent nili iam índe ab adulescéntia,
Nón hodie hoc tantúm flagitium fácerent canis cápitibus:
Néque adeo haec facerémus, ni antehac uídissemus fíeri,
V́t aput lenonés riuales fíliis fierént patres. 1210
Spéctatores, uós ualere uólumus †et clare adplaúdere.

1205. BA.: *corr Langenus* ‖ 1206. insidias ite ‖ 1207. *add Py* ‖

T. MACCI PLAVTI

C A P T I V I

PERSONAE

ERGASILVS PARASITVS
HEGIO SENEX
LORARII
PHILOCRATES CAPTIVOS
TYNDARVS CAPTIVOS
ARISTOPHONTES CAPTIVOS
PVER
PHILOPOLEMVS ADVLESCENS
STALAGMVS SERVOS
CATERVA

ARGVMENTVM

Captúst ın pugna | Hégionis fílius,
Alium quadrimum fúgiens seruos uéndidit.
Patér captiuos cómmercatur Áleos
†Tantum studens ut natum recuperet,
Et in íbus emit ólim amissum fílium. 5
Is suó cum domino uéste uersa ac nómine
Vt ámittatur fécit: ipsus pléctitur.
Et ís reduxit cáptum et fugitiuóm simul,
Indício quoius álium agnoscit fílium.

‖ 5. Et inibi: *corr Gul* ‖

PROLOGVS

Hos quós uidetis stáre hic captiuós duos,
†Illi qui astant, — í stant ambo, nón sedent:
Hoc uós mihi testes éstis me uerúm loqui.
Senéx qui hic habitat, Hégio, est huiús pater.
Sed ís quo pacto séruiat suo síbi patri, 5
Id ego híc apud uos próloquar, si operám datis.
Seni huíc fuerunt fílii natí duo:
Altérum quadrimum púerum seruos súrpuit
Eumque hínc profugiens uéndidit in Álide
Patri †huiusce: iam hóc tenetis? óptumumst. 10
Negat hércle ille †ultimus. accedito.
Si nón ubi sedeas lócus est, est ubi ámbules,
Quando hístrionem cógis mendicárier.
Ego mé tua causa, ne érres, non ruptúrus sum.
Vos quí potestis ópe uostra censérier 15
Accípite relicuom: álieno uti níl moror.
Fugitíuos ille, ut díxeram ante, huiús patri,
Domo quém profugiens dóminum abstulerat, uéndidit.
Is póstquam hunc emit, dédit eum huic gnató suo
Pecúliarem, quía quasi una aetás erat. 20
Hic núnc domi seruit suó patri nec scít pater:
Enim uéro di nos quási pilas hominés habent.
Ratiónem habetis quómodo unum amíserit.

---

2. hi: *corr Ca* ‖ 3. Hos: *corr* B^2 ‖ 8. surrupuit: *corr Ca* ‖ 19. Hic postquam: *corr Fl* ‖ 22. Est uero: *corr Py* ‖

Postquám belligerant Aétoli cum | Áleis,
Vt fít in bello, cápitur alter fílius. 25
Medicús Menarchus émit ibidem in Álide.
Coepít captiuos cómmercari hic Áleos,
Siquém reperire pósset qui mutét suom
— Illúm captiuom: hunc súom esse nescit quí domist —
Et quóniam heri indaudíuit de summó loco 30
Summóque genere cáptum esse equitem | Áleum,
Nil prétio parsit fílio dum párceret:
Recónciliare ut fácilius possét domum
Emít hosce e praeda ámbos de quaestóribus.
Hisce aútem inter sese húnc confinxerúnt dolum, 35
Quo pácto hic seruos súom erum hinc amittát domum:
Itaque ínter se commútant uestem et nómina:
Illíc uocatur Phílocrates, hic Týndarus,
Huius íllic, hic illius hódie fert imáginem.
Et hic hódie expediet hánc docte falláciam 40
Et súom erum faciet líbertatis cómpotem:
Eodémque pacto frátrem seruabít suom,
Reducémque faciet líberum in patriam ád patrem
Inprúdens, itidem ut saépe iam in multís locis
Plus ínsciens quis fécit quam prudéns boni. 45
(Sed ínscientes suá sibi fallácia
Ita cómpararunt ét confinxerúnt dolum
[Itaque hí commenti dé sua senténtia],
Vt in séruitute hic ád suom maneát patrem.
Ita núnc ignorans suó sibi seruít patri: 50
Homúnculi quantí sunt, quom recógito.)
Haec rés agetur nóbis, uobis fábula.
Sed étiamst paucis uós quod monitos uóluerim.
Profécto expediet fábulae huic operám dare:
Non pértractate fáctast neque item ut céterae, 55

---

24. alidis: *corr Turnebus* ‖ 27. alios: *corr Turnebus* ‖ 28. cum quo: *corr Pareus* ‖ 30. inde audiuit: *corr Gul* ‖ 34. de praeda: *corr Stu* ‖ 36. his *vel* hic ‖ 42. seruauit ‖ 44. itidem *vel* itidemque | ut *vel* et ‖ 46—49 *e diasceue repetit Lorenzius,* 50 *del Vss,* 51 *Guy* ‖

Neque spúrcidici insunt uórsus immemorábiles:
Hic néque periurus lénost nec meretríx mala
Neque míles gloriósus [esse]: ne uereámini,
Quia béllum Aetolis <ésse> dixi cum Áleis:
Foris íllic extra scaénam fient proélia. 60
Nam hoc paéne iniquomst, cómico chorágio
Conári desubito ágere nos tragoédiam.
Proin síquis pugnam exspéctat litis cóntrahat:
Valéntiorem náctus aduorsárium
Si erít, ego faciam ut púgnam inspectet nón bonam,
Adeo út spectare póstea omnis óderit. 66
Abeó. ualete, iúdices iustíssumi,
Domí duellique duéllatores óptumi.

ACTVS I

ERGASILVS
PARASITVS

Iuuéntus nomen índidit Scortó mihi,
Eo quía inuocatus sóleo esse in conuíuio. 70
Scio absúrde dictum hoc dérisores dícere,
At ego áio recte: nám †scortum in conuíuio
Sibi amátor talos quóm iacit scortum ínuocat.
Estne ínuocatum <scórtum> an non? planíssume.
Verum hércle uero nós parasiti plánius, 75
Quos númquam quisquam néque uocat neque ínuocat.
(Quasi múres semper édimus alienúm cibum.)
Vbi rés prolatae súnt, quom rus hominés eunt,
Simúl prolatae rés sunt nostris déntibus.

---

58. *del* B^2, *Py* ‖ 59. *add* B^2, *Py* ‖ 62. desubitontos agere: desubito nos B^2, *trai Bo* ‖ 68. bellique: *corr Lamb* ‖ 72. clio: *corr Ca* ‖ 74. *add Bent* ‖ 75. uerum: *corr Pareus* ‖ 77. *secl Spengelius* ‖

Quasi quóm caletur cócleae in occultó latent, 80
Suó sibi suco uíuont, ros si nón cadit:
Itém parasiti rébus prolatís latent
In occúlto miseri, uíctitant sucó suo,
Dum rúri rurant hómines quos ligúrriant.
Prolátis rebus párasiti uenátici [canes] 85
Sumús: quando res rédierunt, molóssici
Odiósicique et múltum incommodéstici.
Et híc quidem hercle, nísi qui colaphos pérpeti
Potís parasitus frángique aulas ín caput,
Vel éxtra portam trígeminam ad saccum ílicet. 90
Quod míhi ne eueniat nón nullum perículumst.
Nam póstquam meus rex ést potitus hóstium —
Ita núnc belligerant Aétoli cum | Áleis:
Nam Aetólia haec est, †illic est captus in Álide
Philopólemus huius Hégionis fílius, 95
Senís qui hic habitat, quae aédes lamentáriae
Mihi súnt, quas quotiensquómque conspició, fleo —,
Nunc †hic occepit quaéstum hunc fili grátia
Inhonéstum, maxume álienum ingenió suo:
Hominés captiuos cómmercatur, sí queat 100
Aliquem ínuenire suóm qui mutet fílium.
Quod quídem ego nimis quam cúpio ⟨fieri⟩ ut ímpetret:
Nam ni íllum recipit, níl est quo me récipiam.
†Nullast spes iuuentútis: sese omnís amant.
Ille démum antiquis ést adulescens móribus, 105
Quoius númquam uoltum tránquillaui grátiis.
Condígne pater est eíus moratus móribus.
Nunc ád eum pergam. séd aperitur óstium,
Vnde sáturitate saépe ego exii ébrius.

---

80. coccleę *vel* coccleo *vel* occleo ‖ 83. suo suco *vel* suco suo ‖ 85. *del Py* ‖ 89. Potes: *corr Ca* ‖ 90. Vel ire tra (*vel* extra) *et* licet: *corr Bo* ‖ 93. alidis: *corr Turnebus* ‖ 95. Philopolemeus ‖ 99. maxime *vel* et maxime ‖ 101. qui cummutet: *corr Scioppius* ‖ 102—107 *post v.* 125 *leguntur: trai Ac* ‖ 102. *add Schoe* | imperet ‖ 103. inillum ‖ 107. pater est *vel* est pater ‖

HEGIO. LORARIVS. ERGASILVS
SENEX PARASITVS

HE. Aduórte animum sis tu: ístos captiuós duos 110
Herí quos emi dé praeda a quaestóribus,
Is índito caténas singulárias
Istás, maiores quíbus sunt iuncti démito.
Sinito ámbulare, sí foris si intús uolent:
Sed uti ádseruentur mágna diligéntia. 115
Libér captiuos áuis ferae consímilis est:
Semél fugiendi sí datast occásio,
Satis ést — numquam postílla possis préndere.
<LOR.> Omnés profecto líberi lubéntius
Sumus quám seruimus. HE. Nón uidere ita tú quidem.
<LOR.> Si nón est quod dem, méne uis dem ipse ín pedes? 121
HE. Si déderis, erit extémplo mihi quod dém tibi.
LOR. Auis mé ferae consímilem faciam, ut praédicas.
HE. Ita ut dícis: nam si fáxis, te in caueám dabo.
Sed sátis uerborumst: cúra quae iussi átque abi. 125
Ego íbo ad fratrem ad álios captiuós meos:
Visám ne nocte hac quíppiam turbáuerint.
Inde mé continuo récipiam rursúm domum.
ERG. Aegrést mi hunc facere quaéstum carcerárium
Proptér sui gnati míseriam miserúm senem. 130
Sed si úllo pacto ille húc conciliarí potest,
Vel cárnuficinam hunc fácere possum pérpeti.
HE. Quis hic lóquitur? ERG. Ego, qui tuó maerore máceror,
Macésco, consenésco et tabescó miser:
Ossa átque pellis súm †miser macritúdine. 135

---

111. de quaestoribus: *corr Fl* ‖ 112. His: *corr Sey* ‖ 113. *dist Bachius* | iuncti *vel* uincti | demito *vel* demitto ‖ 116. fere *vel* ferre: *corr Turnebus* ‖ 118. post illa *vel* postillam ‖ 119. *add Py* ‖ 120. LOR.: *corr Py* | non uidere *vel* nouidere ‖ 121. *add Py* ‖ 123. fere: *corr ex Servio* | praedicisti: *corr cum Servio Ca* ‖ 125. *cf. ad* 102—107 ‖ 127. quipiam ‖ 135. miser (*vel* miseri)

Neque úmquam quicquam mé iuuat quod edó domi:
Forís aliquantillum étiam quod gusto íd beat.
HE. Ergásile, salue. ERG. Dí te bene ament, Hégio.
HE. Ne flé. ERG. Egone illum nón fleam? egon non défleam
Talem ádulescentem? HE. Sémper sensi fílio 140
Meo te ésse amicum et íllum intellexí tibi.
<ERG.> Tum dénique homines nóstra intellegimús bona,
Quom quae ín potestate hábuimus ea amísimus.
[ERG.] Ego póstquam gnatus túos potitust hóstium
Expértus quanti fúerit nunc desídero. 145
HE. Aliénus quom eius incómmodum tam aegré feras,
Quid mé patrem par fácerest quoi illest únicus?
<ERG.> Aliénus? ego aliénus illi? [ERG.] aha, Hégio
Numquam ístuc dixis néque animum induxís tuom:
Tibi ille únicust, mi etiam único magis únicus. 150
HE. Laudó malum quom amíci tuom ducís malum.
Nunc hábe bonum animum. | ERG. Éheu. | [HE.] huic illúd dolet,
Quia núnc remissus ést edendi exércitus.
HE. Nullúmne interea náctu's, qui possét tibi
Remíssum quem dixti ímperare exércitum? 155
<ERG.> Quid crédis? fugitant ómnes hanc prouínciam.
[Quoi obtigerat postquam captus est Philopolemus tuus.]
HE. Non pól mirandumst fúgitare hanc prouínciam.
[ERG.] Multís et multigéneribus opus ést tibi
Milítibus: primumdum ópus est Pistorénsibus, 160
Eorúm sunt aliquot génera Pistorénsium,
Opus Pániceis est, ópus Placentinís quoque,
Opus Túrdetanis, ópust Ficedulénsibus,
Iam máritumi omnes mílites opus súnt tibi.

---

amacritudine (macritudine *Non.*) ‖ 142. 144. *add et del Py* ‖ 148. *dist Schoe* | ille: *corr Bo* | ha: *corr Richterus* ‖ 149. induxis *vel* induxisti ‖ 151 ducis *vel* dicis ‖ 152. *del Bo* ‖ 154. ERG.: *corr Lamb* | nactus: *corr Lamb* ‖ 155. dixit ‖ 157. *secl. Bosscha* | Quod: *corr Ca* ‖ 159. *del Lamb* | multis generibus ‖

<ERG.> Vt saépe summa ingénia in occultó latent:
Hic quális imperátor nunc priuátus est. 166
HE. Habe módo bonum animum. nam íllum confidó domum
In hís diebus mé reconciliássere.
Nam eccum híc captiuom aduléscentem <intus> Áleum
Prognátum genere súmmo et summis dítiis: 170
Hoc íllum me mutáre confidó pote.
ERG. Ita dí deaeque fáxint. [HE.] sed num quó foras
Vocátus <es> ad cénam? <HE.> Nusquam quód sciam.
Sed quíd tu id quaeris? ERG. Quía mist natalís dies:
Proptérea <a> te uocári ad te <ad ce>nám uolo. 175
HE. Facéte dictum: séd si pauxilló potes
Conténtus esse. ERG. Né perpauxilló modo:
Nam istóc me adsiduo uíctu delectó domi.
Age sís roga emptum: nísi qui meliorem ádferet
Quae mi átque amicis pláceat condició magis, 180
Quasi fúndum uendam, meís me addicam légibus.
HE. Profúndum uendis tú quidem, haud fundúm mihi.
Sed sí uenturu's, témperi. ERG. Em, uel iam ótiumst.
<HE.> I módo, uenare léporem: nunc ictím tenes:
Nam méus scruposam uíctus commetát uiam. 185
ERG. Numquam ístoc uinces me, Hégio: ne póstules:
Cum cálceatis déntibus ueniám tamen.
HE. Aspér meus uictus sánest. <ERG.> Sentisne éssitas?
<HE.> Terréstris cenast. ERG. Sús terrestris béstiast.
<HE.> Multís holeribus. ERG. Cúrato aegrotós domi.
Numquíd uis? HE. Venias témperi. ERG. Memorém mones. 191

---

165. *add Lamb* ‖ 169. *add Schoe* ‖ 170. diuitiis: *corr Bo* ‖ 171. confido fore: *corr Mue* ‖ 172. deque | *del Spengelius* ‖ 173. *add Spengelius* ‖ 174. tu *vel* diu | quaeris. HE.: *corr Spengelius* ‖ 175. *add Schoe* ‖ 176. ERG. Facete: *corr Spengelius* | pauxillum: *corr Lamb* ‖ 177. Contemptus | SEN. ne | perpauxillum: *corr D* ‖ 179. Aie ‖ 183. uenturus: *corr Bent* | tempori ‖ 184. irim: *corr Erasmus* ‖ 185. Non: *corr Py* ‖ 186. heio ‖ 188. sanest # Sentis *vel* sanest sentis: *corr Sarac* ‖ 189. *add Sarac* ‖ 191. temperi *vel* tempori ‖

HE. Ibo íntro atque intus súbducam ratiúnculam,
Quantíllum argenti mi ápud trapezitám siet.
Ad frátrem quo ire díxeram mox íuero.

ACTVS II

LORARII. CAPTIVI (PHILOCRATES. TYNDARVS)

LOR. Si di ímmortales íd uoluerunt uós hanc aerumnam éxsequi, 195
Decet íd pati animo | aéquo: si id faciétis, leuior lábos erit.
Domi fuístis credo líberi:
Nunc séruitus si euénit, ei uos mórigerari mós bonust
†Eamque et erili império ingeniis uóstris lenem réddere. 199
Indígna digna habénda sunt erus quaé facit. CAPT. Oh óh oh.
LOR. Éiulatióne haud opus est: †multa oculis multa miraclitis.
In ré mala animo sí bono utare, ádiuuat.
TYN. At nós pudet quia cúm catenis súmus. LOR. At pigeat póstea
Nóstrum erum, sí †uos éximat uínculis
Aút solutós sinat quós argento émerit. 205
TYN. Quid a nóbis metuit? scímus nos 206ᵃ
Nóstrum officiúm quod est, sí solutós sinat. 206ᵇ
LOR. Át fugam fíngitis, 207ᵃ
Séntio quam rem ágitis. 207ᵇ
TYN. Nos fúgiamus? quo fúgiamus? LOR. In pátriam. TYN. Apage haud nos íd deceat
Fugitíuos imitari. LOR. Ímmo edepol, si erít occasio, haud dehórtor.

---

194. iero: *corr Py* ‖ 205. solutos *vel* solutor | sinatque quos ‖ 207ᵃ. fingitis *vel* fugitis ‖ 208. nos id (*vel* di) deceat ‖

TYN. Ýnum exoráre uos sínite nos. LOR. Quídnam id est? 210
TYN. Ýt sine hisce árbitris
Atque uobis nobis detis locum loquendi.
LOR. Fíat. abscédite hinc: nós concedámus huc.
Séd breuem orátionem íncipisse. 214
TYN. Em istúc mihi certum erat: cóncede huc. 215[a]
LOR. Abíte ab istis. PHIL. Obnóxii ambo 215[b]
Vóbis sumus própter hanc rém, quom quae uólumus nos
[PHIL.] †Cópia est ea fácitis nos cómpotes.
Sécede huc núnciam, sí uidetúr, procul,
Ne árbitri dícta nostra árbitrarí queant
Neú permanét palam haec nóstra fallácia. 220
Nám doli nón doli súnt, ni<si> astú colas:
Séd malum máxumum, si íd palam próuenit.
Nam sí erus tu mi es átque ego me tuom ésse seruom assímulo,
Tamen uíso opust, cautóst opus, ut hoc sóbrie sineque árbitris 225
Accúrate [hoc] agátur, docte ét diligénter.
Tanta íncepta rés est: haud sómniculóse hoc
Agéndumst. TYN. Ero út me uolés esse. PHIL. Spéro.
<TYN.> Nam tú nunc uidés pro tuó caro cápite
Carum ófferre <mé> meum capút uilitáti. 230
PHIL. Scio. TYN. Át memento scíre, quando id quód uoles habébis.
Nam fere maxima pars morem hunc homines habent: quod sibi uolunt, 232. 233
Dum id impetrant, boni sunt: sed id ubi iam penes sese habent,
Éx bonis péssumi et fraúdulentíssumi 235

---

212. *cf. ad Bacch.* 617 ‖ 214. incipesse ‖ 215. PHI. Em: *corr Pareus* | istis TYN.: *corr Sarac* ‖ 217. *del Sarac* ‖ 220. Neue: *corr Guy* ‖ 223. mihi es tu: *corr Herm* ‖ 226. *del Guy* ‖ 229. *add Lamb* ‖ 230. *add Bent* ‖ 231. TYN. Scio. PHIL.: *corr Lamb* | scire memento: *trai Fl* ‖ 232—234. *cf ad Bacch* 617

Fíunt. nunc út mihi té uolo esse aútumo.
<PHIL.> Quód tibi suádeo, suádeam meó patri.
Pól ego si te aúdeam meúm patrem nóminem:
Nám secundúm patrem, tú's pater próxumus.
TYN. Aúdio. PHIL. Et proptérea saepiús ted ut memíneris moneo: 240
Nón ego erus tibí, sed seruos súm. nunc obsecró te hoc unum:
Quóniam nobis di ímmortales ánimum ostenderúnt suom,
Ýt qui erum me tíbi fuisse atque ésse [nunc] conseruóm uelint,
Quom ántehac pro iure ímperitabam meó, nunc te oro pér precem,
Pér fortunam incértam et per mei te érga bonitatém patris, 245
Pérque conseruitiúm commune quód hostica euenít manu,
Né me secus honóre honestes quám quom seruibás mihi,
Átque ut qui fuerís et qui nunc sís meminisse ut méVmineris. 248
TYN. Scío quidem me te ésse nunc et te ésse me. PHIL. Em istuc sí potes
Mémoriter meminísse, inest spes nóbis in hac astútia.

HEGIO. PHILOCRATES. TYNDARVS
SENEX ADVLESCENS SERVOS

HE. Iam égo reuortar íntro, si ex his quaé uolo exquisíuero.
Ýbi sunt isti quós ante aedis iússi huc producí foras?

236. Sunt: *corr Herm* ‖ 237. *add Schoe* | tibi suadeam: *corr Ca* ‖ 240. te: *corr Fl* ‖ 243. *del Bo* ‖ 244. Quod: *corr Fl* ‖ 247. seruiebas: *corr Py* ‖ 252 *sq.* produci ‖ PHIL. Foras edepol ‖

PHIL. Édepol tibi ne in quaéstione essémus cautum intéllego:
Íta uinclis custódiisque círcummoenití sumus. 254
HE. Quí cauet ne décipiatur, uíx cauet quom etiám cauet:
Étiam quom cauísse ratus est, saépe is cautor cáptus est.
Án uero non iústa causast, út uos seruem sédulo,
Quós tam grandi sím mercatus praésenti pecúnia?
PHIL. Néque pol tibi nos, quía nos seruas, aéquomst uitio uórtere
Néque te nobis, sí abeamus hínc, si fuat occásio. 260
HE. Ýt uos hic, itidem íllic apud uos méus seruatur fílius.
PHIL. Cáptus est? HE. Ita. PHIL. Nón igitur nos sóli ignaui fúimus.
HE. Sécede huc: nam súnt quae | ex te sólo scitarí uolo,
Quárum rerum té falsilocum míhi esse nolo. PHIL. Nón ero,
Quód sciam: siquíd nescibo, id néscium tradám tibi.
TYN. Núnc senex est ín tostrina, núnc iam cultros ádtinet. 266
Ne íd quidem, inuolúcrum inicere, uóluit, uestem ut ne ínquinet.
Séd utrum strictimne ádtonsurum dícam esse an per péctinem,
[PHIL.] Néscio: uerúm si frugist, úsque admutilabít probe.
HE. Quíd tu? seruosne ésse an liber máuelis, memorá mihi. 270
⟨PHIL.⟩ Próxumum quod sít bono quodque á malo longíssume,
[PHIL.] Íd uolo: quamquám non multum fuít molesta séruitus

253. in *solus B² habet, sed sup. scr.* ‖ 259. aequom stulcio (*vel* stultio): *corr Ca* ‖ 262. ignari: *corr B²* ‖ 265. nesciui id: *corr Ac* ‖ 266. HE.: *corr Sarac* | intostrina *vel* bitostrina ‖ 267. *dist Bo* | inuolucre: *corr Turnebus* ‖ 268. petinem: *corr B²* ‖ 269. *del Sarac* ‖ 271. *add B²* ‖

Néc mihi secus erát quam si essem fámiliaris fílius.
TYN. Eúgepae, Thalém talento nón emam Milésium:
†Nam ad sapientiam huius nímius nugatór fuit.
Ýt facete orátionem ad séruitutem cóntulit! 276
<HE.> Quó de genere nátust illic Phílocrates? PHIL. Polyplúsio:
Quód genus illi[c] est únum pollens átque honoratíssumum.
HE. Quíd ipsus hic? quo honórest illic? PHIL. Súmmo atque ab summís uiris.
HE. Tum ígitur, †ei quom in Aleis tanta grátiast ut praédicas, 280
Quíd diuitiae? súntne opimae? PHIL. Vnde éxcoquat sebúm senex.
HE. Quíd pater? uiuítne? PHIL. Viuom quom índe abi[i]mus líquimus:
Núnc uiuat<ne> nécne, id Orcum scíre oportet scílicet.
TYN. Sálua res est: phílosophatur quóque iam, non mendáx modost.
<HE.> Quíd erat ei nomén? PHIL. Thensaurochrýsonicochrýsides. 285
<HE.> Vídelicet proptér diuitias índitum id nomén quasist?
<PHIL.> Ímmo edepol proptér auaritiam ipsíus atque audáciam.
Nam ílle quidem Theodóromedes fuít germano nómine.
HE. Quíd tu ais? tenáxne pater est eíus? PHIL. Immo edepol pértinax.
Quín etiam ut magis nóscas: genio súo ubi quando sácruficat, 290
Ád rem diuinám quibus opus est Sámiis uasis útitur,

---

274. HEG.: *corr* B^2 | Euge petalem *vel* Euge potalem: *corr* *Gul* ‖ 277. *add* B^3 ‖ 278. *del Bo* ‖ 281. optume: *corr Ca* | seuum: *corr Lamb* ‖ 282. *del Bo* ‖ 283. *add Bo* ‖ 284. HEG.: *corr* B^2 ‖ 285. *add* B^2 | Quod: *corr Brix* ‖ 286. *add* B^2 ‖ 287. *add* B^2 ‖ 288. illi *vel* illic: *corr Ca* ‖ 291. quibus est opus | utitur *vel* utimur ‖

Ne ípse Genius súrripiat. proinde áliis ut credát uide.
HE. †Séquere hac me igitur. eádem ego ex hoc quaé
uolo exquaesíuero.
Phílocrates, hic fécit hominem frúgi ut facere opórtuit.
Nám ego ex hoc quo génere gnatus sís scio, hic fas-
súst mihi. 295
Haéc tu eadem si cónfiteri uís, tua ⟨éx⟩ re féceris,
Quaé tamen †scio scíre me ex hoc. TYN. Fécit offi-
cium híc suom,
Quóm tibist conféssus uerum: quám⟨quam⟩ uolui sédulo
Meám nobilitatem óccultare et génus et diuitiás meas,
Hégio: nunc quándo patriam et líbertatem pérdidi, 300
Nón ego istunc me pótius quam te métuere aequom
cénseo.
Vís hostilis cum ístoc fecit meás opes aequábiles.
Mémini quom dicto haúd audebat, fácto nunc laedát
licet.
Séd uiden? fortúna humana fíngit artatque út lubet:
Mé qui liber fúeram seruom fécit, e summo ínfumum.
Qui ímperare insuéram nunc alt[e]ríus imperio óbse-
quor. 306
Ét quidem si proínde ut ipse fui ímperator fámiliae
Hábeam dominum, nón uerear ne iniúste aut grauiter
mi ímperet.
Hégio, hoc te mónitum nisi forte ípse non uis uólueram.
HE. Lóquere audacter. TYN. Tám ego fui ante líber
quam gnatús tuos: 310
Tám mihi quam illi líbertatem hostílis eripuít manus:
Tám ille apud nos séruit quam ego núnc hic apud
te séruio.
Ést profecto déus qui quae nos gérimus auditque ét
uidet:
Ís uti tu me hic hábueris proinde íllum illic curáuerit.
Béne merenti béne profuerit, mále merenti pár erit. 315

---

292. alius: *corr* B^2 | ut *vel* et ‖ 295. scio *vel* sci ‖ 296. *add Valla* ‖ 298. *add Ca* ‖ 299 *sq. dist Brantius* ‖ 306. *del Ri* ‖ 309. Heio *vel* Hegio ‖

Quám tu filiúm tuom, tam páter me meus desíderat.
HE. Mémini ego istoc: séd faterin éadem quae hic fassúst mihi?
TYN. Égo patri meo ésse fateor súmmas diuitiás domi
Méque summo génere gnatum: séd te optestor, Hégio,
Né tuom animum auáriorem fáxint diuitiaé meae: 320
Né patri, tametsi únicus sum, †decere uideatúr magis
Mé saturum seruíre apud te súmptu et uestitú tuo
Pótius quam illi ubi mínume honestumst méndicantem uíuere.
HE. [Égo uirtute deum ét maiorum nóstrum diues súm satis.]
Nón ego omninó lucrum omne esse útile homini exístumo: 325
Scío ego, multos iám lucrum lutuléntos homines réddidit.
Ést etiam ubi profécto damnum praéstet facere quám lucrum.
Ódi ego aurum: múlta multis saépe suasit pérperam.
Núnc hoc animum aduórte, ut ea quae séntio paritér scias.
Fílius meus íllic apud uos séruit captus Álide: 330
Eúm si reddis míhi, praeterea únum nummum né duis,
Ét te et hunc amíttam hinc — alio pácto abire nón potes.
TYN. Óptumum atque aequíssumum oras óptumusque hominum és homo.
[HE.] Séd is priuatam séruitutem séruit illi an públicam?
HE. Príuatam medicí Menarchi. TYN. Pól is quidem huius ést cluens: 335
[TYN.] Tám hoc quidem tibi ín procliui quam ímber est quandó pluit.
HE. Fác †is homo ut redimatur. TYN. Faciam, sed te id oro, Hégio —

---

319. optestor *vel* optector ‖ 324. *del Ri* ‖ 329. aduortite ‖ 333. hominum es (*vel* esse) homo *vel* hominum homo es ‖ 335. TYN. *et* HE. | hic quidem: *corr Fl* ‖

HE. Quíduis, dum ab re néquid ores, fáciam. TYN. Ausculta, túm scies.
Égo me amitti dónicum ille huc rédierit non póstulo:
Vérum, te quaeso, [ut] aéstumatum hunc míhi des quem mittam ád patrem, 340
V́t is homo redimátur illi. HE. Immo álium potius mísero
Hínc ubi erunt indútiae illuc, tuóm qui conueniát patrem,
Quí tua quae tu iússeris mandáta ita ut uelis pérferat.
TYN. Át nil est ignótum ad illum míttere: operam lúseris:
Húnc mitte, hic †omne transactum réddet, si illuc uénerit. 345
Néque quemquam fidéliorem néque quoi plus credát potes
Míttere ad eum néque qui magis sit séruos ex senténtia,
Néque adeo quoi tuóm concredat fílium hodie audácius.
Né uereare: meó periclo huíus ego experiár [uice] fidem
Frétus ingenio eíus, quod me esse scít sese erga béniuolum. 350
HE. Míttam equidem istunc aéstumatum tuá fide, si uís. TYN. Volo.
Quám citissumé potest, tam hoc †cédere ad factúm uolo.
HE. Númquae causast quín, si ille huc non rédeat, uigintí minas
Míhi des pro illo? TYN. Óptuma immo. HE. Sóluite istum núnciam,
Átque utrumque. TYN. Dí tibi omnes ómnia optata <óf>ferant, 355
Quóm me tanto honóre honestas quómque ex uinclis éximis.
Hóc quidem haud moléstumst, iam quod cóllus collarí[a] caret.

---

339. donec cum ‖ 340. *del Bosscha* ‖ 342. conuenit ‖ 346. Ne quemquam ‖ 347. nequi ‖ 348. suum ‖ 349. uice *vel* uicem ‖ 350. erga sese (*vel* se): *trai Bent* ‖ 351. istum: *corr Ca* ‖ 355. *add Fl* ‖ 357. *del Bent ex Donato* ‖

<HE.> Quód bonis benefít beneficium grátia ea grauidást bonis.
[HE.] Núnc tu illum si illó's missurus, díce [de]monstra praécipe,
Quae ád patrem uis núntiari. uín uocem huc ad té? TYN. Voca. 360

HEGIO. PHILOCRATES. TYNDARVS
SENEX ADVLESCENS SERVVS

HE. Quae rés bene uortat míhi meoque fílio
Vobísque: uolt te nóuos erus operám dare
Tuo uéteri domino, quód is ͵uelit, fidéliter.
Nam ego te aéstumatum huïc dedi uigintí minis,
Hic aútem te ait míttere hinc uelle ád patrem, 365
Meum ut íllic redimat fílium: [HE.] mutátio
Intér me atque illum ut nóstris fiat fíliis.
PHIL. Vtróque uorsum réctumst ingeniúm meum,
Ad te átque ad illum: pró rota me utí licet.
Vel ego húc uel illuc uórtar quo imperábitis. 370
HE. Tuté tibi [ea] tuopte ingénio prodes plúrumum,
Quom séruitutem | íta fers ut ferrí decet.
Sequere: ém tibi hominem. TYN. Grátiam | habeó tibi,
Quom cópiam istam mi ét potestatém facis,
Vt ego ád parentes húnc remittam núntium, 75
Qui mé quid rerum hic ágitem et quid fierí uelim
Patrí meo ordine ómnem rem illuc pérferat.
Nunc íta conuenit ínter me atque hunc, Týndare,
Vt te aéstumatum in Álidem mittam ád patrem,
Si nón rebitas, huíc ut uigintí minas 380
Dem pró te. PHIL. Recte cónuenisse séntio.
Nam páter exspectat aút me aut aliquem núntium,
Qui hinc ád se ueniat. TYN. Érgo animum aduortás uolo,

---

358 *sq. add et del Ca* ‖ 361. uortat meo: *corr B*[2] ‖ 369. atque ad *vel* atque ‖ 371. *del Fl* ‖ 375. parentes *vel* parentes meos ‖ 380. huc: *corr Lomanus* ‖ 383. Ergo *vel* Ego ‖

Quae núntiare hinc té uolo in patriam ád patrem.
<PHIL.> Phílocrates, [PHIL.] ut adhúc locorum féci, faciam sédulo: 385
Ýt potissumúm quod in rem récte conducát tuam
Íd petam †id persequarque córde et animo atque aúribus.
TYN. Fácis ita ut te fácere oportet: núnc animum aduortás uolo.
Ómnium primúm salutem dícito matri ét patri
Ét cognatis ét siquem alium béneuolentem uíderis: 390
Me híc ualere et séruitutem séruire huic homini óptumo,
Quí me honore honéstiorem sémper fecit ét facit.
PHIL. Ístuc ne praecípias: facile mémoria meminí tamen.
<TYN.> Nam <é>quidem nisi quod cústodem habeo líberum me esse árbitror.
Dícito patrí quo pacto míhi cum | hoc conuénerit 395
De húius filió. PHIL. Quae memini móra merast monérier.
<TYN.> Ýt eum redimat ét remittat nóstrum huc amborúm uicem.
<PHIL.> Méminero. HE. At quam prímum †poteris: istuc ín rem utriquest máxume.
<PHIL.> Nón tuom tu mágis uidere quam ílle suom gnatúm cupit.
<HE.> Méus mihi, suos quoíquest carus. PHIL. Númquid aliud uís patri 400
Núntiari? TYN. †Me hic ualere et túte audacter dícito,
Týndare, inter nós fuisse ingénio haud discordábili,
Néque te commeruísse culpam néque te aduorsatúm mihi
Béneque ero gessísse morem in tántis aerumnís tamen,

---

390. siquem *vel* quem ‖ 393. ne *vel* non ‖ 394. *add B*[2] | *add Lamb* ‖ 397. *add B*[2] ‖ 398. Meminero. TYN.: *add et corr B*[2] ‖ 399. *add B*[2] ‖ 400. *add B*[2] ‖ 403. me aduersatum tibi: *corr Brix* ‖ 404 ero gesis (*vel* gessis) amorem ‖

Néque med umquam déseruisse té neque factis néque fide 405
Rébus in dubiís, egenis. haéc pater quandó sciet,
Týndare, ut fuerís animatus érga suom gnatum átque se,
Númquam erit tam auárus, quín te gratus emittát manu.
Ét mea opera, si hínc rebito, fáciam ut faciat fácilius.
Nám tua opera et cómitate et uírtute et sapiéntia 410
Fécisti, ut redíre liceat ád parentis dénuo:
Quóm apud hunc conféssus es et génus et diuitiás meas:
Quó pacto emisísti e uinclis túom erum tua sapiéntia.
PHIL. Féci ego ista ut commémoras et te méminisse id gratúmst mihi.
†Merito tibi ea euenerunt á me: nam nunc, Phílocrates, 415
Sí ego item memorém quae me erga múlta fecistí bene,
Nóx diem adimat: nám ⟨qua⟩si seruos [meus] ésses, nilo sétius,
†Mihi obsequiosus semper fuísti. HE. Di uostrám fidem,
Hóminum ingenium líberale! ut lácrumas excutiúnt mihi!
Vídeas corde amáre inter se: quántis †laudauit 420
Súom erum seruos cónlaudauit. PHIL. Pól istic me haud centésumam
Pártem laudat quam ípse meritust út laudetur laúdibus.
HE. Érgo quom optumé fecisti, núnc adest occásio
Bénefacta cumuláre, ut erga hunc rém geras fidéliter.
PHIL. Mágis non factum póssum uelle quam ópera experiar pérsequi: 425
Íd ut scias Iouém supremum téstem †do Hégio,
Me ínfidelem nón futurum Phílocrati. HE. Probus és homo.

---

405. med *vel* me ‖ 413. uinculis: *corr Py* ‖ 416. me erga *vel* erga me ‖ 417. *add Fl* | *del Guy* ‖ 420. laudibus B^2 ‖ 426. laudo *Nonius* ‖

<PHIL.> Néc me secus umquam eí facturum quícquam quam memét mihi.
<TYN.> Ístaec dicta: te ésperiri ét opera et factís uolo,
[TYN.] Ét quo minus dixí quam uolui dé te animum aduortás uolo. 430
Átque horunc uerbórum causa cáue tu mi iratús fuas.
Séd, te quaeso, cógitato hinc [te] meá fide mittí domum
Te aéstumatum et méam esse uitam hic pró te positam pígnori,
Né tu me ignorés, quom extemplo meo é conspectu abscésseris,
Quóm me seruom in séruitute pró ted hic relíqueris
Túque te pro líbero esse dúcas, pignus déseras, 436
Néque des operam pró me ut huius réducem facias fílium.
[Scíto te hinc minís uiginti aéstumatum míttier.]
Fác fidelis sís fideli, cáue fidem fluxám geras.
Nám pater scio fáciet quae illum fácere oportet ómnia.
Sérua tibi in perpétuom amicum me átque hunc †inuentum ínueni. 441
Haéc per dexterám tuam te déxtera retinéns manu
Ópsecro, infidélior mihi né fuas quam ego súm tibi.
Tu hóc age: tu mihí nunc erus es, tú patronus, tú pater:
Tíbi commendo spés opesque meás. PHIL. Mandauistí satis. 445
Sátin habes mandáta quae sunt fácta si referó? TYN. Satis.
<PHIL.> Ét tua et tua húc ornatus réueniam ex senténtia.
Númquid aliud? TYN. Vt quam primum póssis redeas. PHIL. Rés monet.
HE. Séquere me, uiáticum ut dem á trapezitá tibi:

429. *dist Sey* | opera *vel* operis ‖ 431. caueto: *corr Bent* ‖ 432. *del Ca* ‖ 435. te: *corr Bo* ‖ 436. esse ducas *vel* esse | desideras: *corr B*² ‖ 437. huius *vel* huius huius ‖ 438. *del Brix* | Scito *vel* Scio ‖ 439. feras *Nonius* ‖ 444. erus nunc: *trai Ca* ‖ 447. *add B*² ‖

Eádem opera a praetóre sumam sýngraphum. TYN. Quem sýngraphum? 450
HE. Quem híc ferat secum ád legionem, hinc íre huic ut liceát domum.
Tu íntro abi. TYN. Bene ámbulato. PHIL. Béne uale. HE. Edepol rém meam
Cónstabiliui, quom íllos emi dé praeda a quaestóribus:
Éxpediui ex séruitute fílium, si dís placet.
Át etiam dubitáui hosce homines émerem an non emerém diu. 455
Séruate istum súltis intus, sérui, ne quoquám pedem
Écferat sine cústode: †ego apparebó domi.
Ád fratrem modó captiuos álios inuisó meos:
Eádem percontábor, ecquis hunc ádulescentem nóuerit.
Séquere tu, te ut ámittam: ei rei prímum praeuortí uolo. 460

ACTVS III

ERGASILVS
PARASITVS

Míser homost, qui ipsús sibi quod edit quaérit et id aegre ínuenit.
Séd illest miseriór, qui et aegre quaérit et nil ínuenit.
Ílle miserrumúst, qui, quom †esse cupit, quod edit nón habet.
Nam hércle ego huic dieí, si liceat, óculos effodiám lubens:
Íta malignitáte onerauit ómnis mortalís mihi. 465
Néque ieiuniósiorem néc magis ecfertúm fame
Vídi nec quoi mínus procedat quícquid facere occéperit:
Íta[que] uenter guttúrque resident ésurialis férias.

---

455. hos: *corr Beckerus* ‖ 458. inuiso *vel* inuisu ‖ 461. ipse: *corr Bo* ‖ 466. neque magis: *corr Bo* ‖ 467. qui ‖ 468. *del Py* ‖

Ílicet parasíticae arti máxumam malám crucem:
Íta iuuentus iám ridiculos ínopes[que] ab se[se] ségregat. 470
Níl morantur iám Lacones ími subsellí uiros,
Plágipatidas, quíbus sunt uerba síne penu et pecúnia.
Eós requirunt, quí lubenter quom éderint reddánt domi.
Ípsi obsonant, quaé parasitorum ánte erat prouíncia:
Ípsi de foró tam aperto cápite ad lenonés eunt 475
Quam ín tribu | apérto capite sóntes condemnánt reos.
Néque ridiculos iám terrunci fáciunt: sese omnés amant.
Nám <ego> ut dudum hinc ábii, accessi ad ádulescentes ín foro:
'Sáluete' inquam. 'quo ímus' [una] inquam 'ad prándium?' atque illí tacent.
'Quís ait: hoc? aut quís profitetur?' ínquam: quasi mutí silent, 480
Néque me rident. 'úbi cenamus <úna>?' inquam: atque illi ábnuont.
Díco unum ridículum dictum dé dictis melióribus,
Quíbus solebam ménstrualis épulas ante adipíscier:
Némo ridet. scíui extemplo rém de compectó geri
Né canem quidem írritatam uóluit quisquam imitárier,
Sáltem si non árriderent, déntes ut restríngerent. 486
Ábeo ab illis, póstquam uideo mé sic ludificárier:
Pérgo ad alios, uénio ad alios, deínde ad alios — úna res.
Ómnes <de> compécto rem agunt quási in Velabro oleárii.
(Núnc redeo inde, quóniam me ibi uídeo ludificárier.)
Ítem alii parasíti frustra obámbulabant ín foro. 491
Núnc barbarica lége certumst iús meum omne pérsequi:
Quí †concilium iniere, quo nos uíctu et uita próhibeant,
Ís diem dicam, írrogabo múltam, ut mihi cenás decem

---

469. Ilicet *vel* Licet || 470. *del Gul* | *del Ca* || 471. uni || 473. comederint || 477 iam *vel* tam || 478. *add Bo* || 479. *del Schoe* || 481. *add Schoe* || 484. compacto: *corr ex Charisio* || 489. *add Fl* | compacto: *corr Pareus* || 490. *incl Fl* | quoniam *vel* quom ||

Meo árbitratu dént, quom cara annóna sit. sic égero.
Núnc ibo ad portum hínc. est illic mi úna spes cenática: 495
Si éa decolabít, redibo huc ád senem ad cenam ásperam.

HEGIO
SENEX

Quid est suauius quam bene rem gerere bono publico, sicut ego feci heri, 498. 499. 500
Quom emi hosce homines? ubi quisque uident, eunt obuiam
Gratulanturque eam rem. ita me miserum restitando
Retinendoque lassum reddiderunt:
Vix ex gratulando miser iam eminebam.
Tandem abii ad praetorem. ibi uix requieui, 505
Rogo syngraphum: datur mihi ilico: dedi Tyndaro: ille abiit domum. 506. 507
Inde ilico reuortor domum, postquam id actumst. 508. 509
Eo protinus ad fratrem inde [abii], mei ubi sunt alii captiui: 510
Rogo Philocratem ex Alide ecquis omnium
Nouerit. tandem hic exclamat eum sibi esse sodalem.
Dico eum esse apud me: hic extemplo orat obsecratque,
Eum sibi ut liceat uidere. iussi ilico hunc exsolui. nunc tu sequere me, 514
Vt quod me orauisti impetres, eum hominem ut conuenias.

TYNDARVS
SERVOS

Nunc íllud est, quom mé fuisse quam ésse nimio máuelim:
Nunc spés opes auxíliaque a me ségregant spernúntque se.

---

497. decollabit: *corr 'quidam' apud Lamb* ‖ 498—515. *cf ad Bacch.* 617 ‖ 507. dedi *vel* de ‖ 508. praeuortor *vel* reuortor ‖ 510. *del Spengelius* ‖ 513. eum *om.* B^1 ‖ 516. nimio *vel* nemo ‖ 517. spernuntque me: *corr Gul*

Hic íllest dies, quom núlla uitae meaé salus sperábilist:
Neque éxitium exitióst neque adeo spés, quae hunc mi aspellát metum: 519
Nec súbdolis mendáciis mihi úsquam mantellúmst meis.
(Nec sýcophantiís nec fucis úllum mantellum óbuiamst.)
Neque déprecatió perfidiis meís nec malefactís fugast,
Nec cónfidentiae úsquam hospitiumst néc deuorticulúm dolis.
Opérta quae fuére aperta súnt, patent praestígiae.
†Omnis res palamst: néque de hac re negótiumst, 525
Quín male occidam óppetamque péstem †eri uicem meamque.
Pérdidit me Arístophontes híc, qui intro uenít modo:
Ís me nouit: ís sodalis Phílocrati et cognátus est.
Néque iam Salus seruáre, si uolt, mé potest: nec cópiast,
†Nisi si aliquam corde máchinor astútiam. 530
Quám, malum? quid máchiner? quid cómminiscar? máxumas
†Nugas, ineptias incipisse: haereo.

HEGIO. ARISTOPHONTES. TYNDARVS
SENEX ADVLESCENS SERVOS

HE. Quo illúm nunc hominem próripuisse fóras se dicam ex aédibus?
TYN. Núnc enim uero ego óccidi: | eúnt ad te hostes, Týndare.
Quíd loquar? quid fábulabor? quíd negabo aut quíd fatebor? [mihi] 535
Res ómnis in incertó sitast: quid rébus confidám meis?
Vtinám te di prius pérderent quam périisti e patriá tua,

---

519. exilium: *corr Pontanus* | mihi hunc: *trai Bo* ‖ 520. mendaciis subdolis: *trai Py* ‖ 521. Nei *vel* Ne | *secl Langenus* ‖ 522. deprecatio *vel* precatio ‖ 523. deuerticulum *vel* diu. ‖ 527. uenit modo intro: *trai Ca* ‖ 531. Qua ‖ 535. *del Lindemannus* ‖ 537. peristi ‖

Arístophontes, qui éx parata re ímparatam omném facis.
Occísast haec res, nísi reperio atrócem mi aliquam astútiam.
HE. Sequere: ém tibi hominem, adi átque adloquere. TYN. Quís homost me hominum míserior?
AR. Quíd istuc est, quod meós te dicam fúgitare oculos, Týndare, 541
Próque ignoto me áspernari, quási me numquam nóueris?
Équidem tam sum séruos quam tu, etsi égo domi libér fui,
Tu úsque a puero séruitutem séruiuisti in Álide.
HE. Édepol minume míror, si te fúgitat aut oculós tuos 545
Aút si te odit, qui ístum appelles Týndarum pro Phílocrate.
TYN. Hégio, istic homó rabiosus hábitus est in Álide:
Né tu quod istic fábuletur aúris immittás tuas.
Nám istic hastis ínsectatus ést domi matrem ét patrem,
Ét illic isti qui ⟨ín⟩sputatur mórbus interdúm uenit. 550
Proín tu ab istoc prócul recedas. HE. Vltro istum a me. AR. Ain, uérbero?
Mé rabiosum atque ínsectatum esse hástis meum memorás patrem?
Ét eum morbum mi ésse, ut qui med ópus sit insputárier?
TYN. Né uerere: múltos iste mórbus homines mácerat,
Quíbus insputarí saluti fúit atque is prófuit. 555
AR. Quíd tu autem? etiam huic crédis? HE. Quid ego crédam huic? AR. Insanum ésse me.
TYN. Víden tu hunc, quam inimíco uoltu intúitur? concedi óptumumst,
Hégio: fit quód tibi [ego] dixi, glíscit rabies: cáue tibi.

---

545. iste: *corr* B[2] ‖ 547. hic: *corr Luchsius* ‖ 550. *add Py* ‖ 553. me: *corr Bo* ‖ 554. HE.: *corr Redslobius* ‖ 555. iis *vel* his ‖ 556. *dist Bo* ‖ 557. intuetur: *corr Bent* ‖ 558. *del Bo* ‖

HE. Crédidi esse insánum extemplo, ubi te áppellauit Týndarum.
TYN. Quín suom ipse intérdum ignorat nómen neque scit quí siet. 560
HE. Át etiam te suóm sodalem esse aíbat. TYN. Haud uidí magis:
Ét quidem Alcumeus átque Orestes ét Lycurgus póstea
Vna opera mihi súnt sodales qua íste. AR. At etiam, fúrcifer,
Mále loqui mi audés? non ego te nóui? HE. Pol planum íd quidemst
Nón nouisse, qui ístum appelles Týndarum pro Phílocrate. 565
Quém uides, eum ignóras: illum nóminas, quem nón uides.
AR. Ímmo iste eum sese aít qui non est ésse et qui ueróst negat.
TYN. Tu énim repertu's, Phílocratem qui súperes ueriuérbio.
AR. Pól ego ut rem uideó, tu inuentu's, uéra uanitúdine
Quí conuincas. séd quaeso hercle agedum áspice ad me. TYN. Em. AR. Díc modo:
†Te negas Tyndarum esse? TYN. Négo inquam. AR. Tun te Phílocratem 571
Ésse ais? TYN. Ego inquam. AR. Túne huic credis? HE. Plús quidem quam tibi aút mihi:
Nam ílle quidem, quem tu ésse hunc memoras, hódie hinc abiit Álidem
Ád patrem huius. AR. Quém patrem, qui séruos est? TYN. Et tú quidem
Séruos es, libér fuisti: et égo me confidó fore, 575

---

560. Quia: *corr Pontanus* || 561. aiebat | haud uidi *vel* audiui di || 562. alcmeus *vel* alcumeus || 564. loqui mihi *vel* mihi loqui mihi | planum id quidem est *vel* phanum id quid ẽ || 565. appelles *vel* appellas || 567. ait *vel* aut || 568. repertus: *corr Lamb* || 569. inuentus: *corr Lamb* || 571. Tunte *vel* Tute || 573. tu hunc (*vel* tu) memoras esse: *trai Bo* || 575. Seruus et liber: *corr Fl* ||

Si húius huc recónciliasso in líbertatem filium.
AR. Quíd ais, furcifér? tun †te gnatum memoras líberum?
TYN. Nón equidem me Líberum, sed Phílocratem esse aió. AR. Quid est?
Ýt scelestus, Hégio, nunc íste ⟨te⟩ ludós facit.
Nám is est seruos ípse neque praetér se umquam ei seruós fuit. 580
TYN. Quía tute ipse egés in patria néc tibi qui uiuás domist,
Ómnis inueníri similis tuí uis. non mirúm facis:
Ést miserorum, ut máleuolentes sínt atque inuideánt bonis.
AR. Hégio, uide sís, nequid tu huic témere insistas crédere:
Átque ut perspició, profecto iám aliquid pugnae édidit:
Fílium tuom quód redimere se aít, id ne utiquam míhi placet. 586
TYN. Scío te id nolle fíeri: efficiam támen ego id, si di ádiuuant.
Íllum restituam huíc, hic autem in Álidem me meó patri:
Própterea ad patrem hínc amisi Týndarum. AR. Quin túte is es:
Néque praeter te in Álide ullus séruos istoc nóminest.
TYN. Pérgin seruom me éxprobrare esse, íd quod ui hostili óptigit? 591
AR. Énim uero †iam nequeo cóntineri. TYN. Heus, aúdin quid ait? quín fugis?
Iám illic hic nos ínsectabit lápidibus, nisi illúnc iubes
Cónprehendi. AR. Crúcior. TYN. Ardent óculi: fit opus, Hégio. 594
Víden tu illi maculári corpus tótum maculis lúridis?

---

576. hunc ‖ 578. liberum: *corr Pontanus* ‖ 579. *add Gru* ‖ 580. se umquam *vel* eum quam ‖ 582. inuenire: *corr Ca* | tibi: *corr Fl* ‖ 586. ne utiquam *vel* ne iniquam ‖ 592. audin quid ait *B² in ras.* inquid ait *reliqui* ‖

Átra bilis ágitat hominem. AR. At pól te, si hic sapiát senex,
Píx atra agitet ápud carnuficem tuóque capiti inlúceat.
TYN. Iám deliraménta loquitur: láruae stimulánt uirum.
HE. †Hercle quid si hunc cónprehendi iússerim? TYN. Sapiás magis.
AR. Crúcior lapidem nón habere mé, ut illi mastígiae
Cérebrum excutiam, quí me insanum uérbis concinnát suis. 601
TYN. Aúdin lapidem quaéritare? AR. Sólus te solúm uolo,
Hégio. HE. Istinc lóquere, siquid uís: procul tamen aúdiam.
TYN. Námque edepol si adbítes propius, ós denasabít tibi
Mórdicus. AR. Neque pól med insanum, Hégio, esse créduis 605
Néque fuisse umquám neque esse mórbum quem istic aútumat.
Vérum siquid métuis a me, iúbe me uincirí: uolo,
Dúm istic itidem uínciatur. TYN. Ímmo enim uero, Hégio,
Istic qui uolt uínciatur. AR. Táce modo: ego te, Phílocrates
Fálse, faciam ut uérus hodie réperiare Týndarus. 610
Quíd mi abnutas? TYN. Tíbi ego abnuto? ⟨AR.⟩ Quíd agat, si absis lóngius?
HE. Quíd ais? quid si adeam húnc insanum? TYN. Núgas: ludificábitur,
Gárriet quoi néque pes umquam néque caput compáreat.
Órnamenta absúnt: Aiacem, hunc quóm uides, ipsúm uides. 615

---

597. Atra pix: *trai Lindemannus* ‖ 599. Hercle quid *vel* Quid ‖ 605. me: *corr Bo* ‖ 607. uinciri *vel* uincire ‖ 609. te *solus* B^2 *s. v.* ‖ 611. *add Lessingius* ‖ 612 AR. Quid: *corr* B^2 ‖ 613. *Post* Nugas *dist Ac* ‖ 614. quod: *corr Ac* ‖ 615. Ornamenta *vel* Ortamenta ‖

HE. Níli facio, támen adibo. TYN. Núnc ego omnino óccidi,
Núnc ego inter sacrúm saxumque stó nec quid faciám scio.
HE. Dó tibi operam, Arístophontes, síquid est quod mé uelis.
AR. Éx me audibis uéra quae nunc fálsa opinare, Hégio.
Séd hoc primum me expúrigare tíbi uolo, me insániam
Néque tenere néque mi esse ullum mórbum nisi quod séruio. 621
[AR.] Át ita me rex deórum atque hominum fáxit patriae cómpotem,
Ýt istic Philocratés non magis est quam aút ego aut tu. HE. Eho, díc mihi,
Quís illic igitur ést? AR. Quem dudum díxi a principió tibi.
Hóc si secus repéries, nullam caúsam dico, quín mihi
Ét parentum et líbertatis ápud te deliquió siet. 626
HE. Quíd tu ais? TYN. Me túom esse seruom et té meum erum. HE. Haud istúc rogo.
Fuístin liber? TYN. Fúi. AR. Enim uero nón fuit, nugás agit.
TYN. Quí tu scis? an tú fortasse fuísti meae matri óbstitrix,
Qui íd tam audacter dícere audes? AR. Púerum te uidí puer. 630
TYN. Át ego te †uideo maior maiorem: em rursúm tibi.
Meám rem non curés, si recte fácias: num ego curó tuam?
HE. Fúitne huic patér Thensaurochrýsonicochrýsides?
AR. Nón fuit, neque égo istuc nomen úmquam audiui ante húnc diem. 634

---

616. AR.: *corr* *B*² | Nihil: *corr* *Lamb* ‖ 617. ego *vel* ergo ‖ 618. AR.: *corr* *B*² ‖ 619. AR. *add* *B*² ‖ 620. expurgare: *corr* *Ri* ‖ 630. qui id *vel* quid ‖ 631. hem: *corr* *Brix* ‖ 632. tua ‖

Phílocrati Theodóromedes fuít pater. TYN. Pereó probe.
Quín †quiescis dierectum cór meum, ac suspénde te:
Tú sussultas, égo miser uix ásto prae formídine.
HE. Sátin istuc mihi éxquisitumst, fuísse hunc seruom in Álide
Néque esse hunc Philocratém? AR. Tam satis quam númquam hoc inueniés secus.
Séd ubi is nunc est? HE. Vbi ego minume atque ípsus se uolt máxume. 640
Tum ígitur ego derúncinatus, deártuatus súm miser
Huíus scelesti téchinis, qui me ut lúbitumst ductauít dolis.
Séd uide sis. AR. Quin éxploratum díco et prouisum hóc tibi.
HE. Cérton? AR. Quin nil, ínquam, inuenies mágis hoc certo cértius:
Phílocrates iam inde úsque amicus fuít mihi a pueró puer. 645
HE. Séd qua faciest túos sodalis Phílocrates? AR. Dicám tibi:
Mácilento ore, náso acuto, córpore albo, [et] oculís nigris,
Súbrufus aliquántum, crispus, cíncinnatus. HE. Cónuenit.
TYN. Vt quidem hercle in médium ego hodie péssume procésserim:
Vaé illis uirgis míseris, quae hodie in térgo morientúr meo. 650
HE. Vérba mihi data ésse uideo. TYN. Quíd cessatis, cómpedes,
Cúrrere ad me méaque amplecti crúra, ut uos custódiam?
HE. †Satin me illi hodié scelesti cápti ceperúnt dolo?

---

639. Tam *vel* Ta ‖ 641. erumnatus: *corr Turnebus e membranis:* deruncinatus *Nonius quoque habuisse videtur* ‖ 642 thechnis: *corr Ri* ‖ 647. *del Guy* ‖ 653. Santin *vel* Satin ‖

Íllic seruom se ássimulabat, híc sese autem líberum.
Núculeum amisí, reliqui pígneri putámina. 655
Íta mi stolido súrsum uorsum os súbleuere offúciis.
Hícquidem me numquam írridebit. Cólaphe, Cordalió, Corax,
Íte istinc, [atque] ecférte lora. LOR. Núm lignatum míttimur?

HEGIO. LORARII. TYNDARVS. ARISTOPHONTES
SENEX SERVOS ADVLESCENS

HE. Inícite huic manicas ⏑ – mastígiae.
TYN. Quid hoc ést negoti? quíd ego deliquí? HE. Rogas? 660
Satór sartorque scélerum et messor máxume.
TYN. Non óccatorem dícere audebás prius?
Nam sémper occant príus quam sariunt rústici.
HE. †At ut confidenter mihi contra ástitit.
TYN. Decet ínnocentem séruom | atque innóxium 665
Confídentem esse, suom ápud erum potíssumum.
HE. Adstríngite isti súltis uehementér manus.
TYN. Tuós sum: tu has quidém uel praecidí iube.
Sed quíd negotist? quam ób rem suscensés mihi?
HE. Quia mé meamque rém, quod in te unó fuit, 670
Tuís scelestis fálsidicis falláciis
†Delácerauisti deártuauistíque opes,
Confécisti omnis rés ac rationés meas.
Ita mi éxemisti Phílocratem falláciis.
Illum ésse seruom crédidi, te líberum: 675
Ita uósmet aiebátis itaque nómina

---

655. Nuculeum *vel* Nucleum | retinui, *ut vid., Donatus* | pignori: *corr ex Nonio* ‖ 656. uersum *vel* uersus | subliuere ‖ 658. *del Guy* | CO ‖ 661. Sator sartorque *vel* Sator satorque ‖ 662. prius audebas dicere *Nonius* ‖ 663. sarriunt: *corr ex Nonio* ‖ 668. tuas ‖ 672. deartuasti dilacerauisti atque opes *Nonius* ‖ 674. et emisti: *corr B*[2] ‖

Intér uos permutástis. TYN. Fateor ómnia
Facta ésse ita ut <tu> dícis et falláciis
Abísse eum abs te méa opera atque astútia:
An, óbsecro hercle te, íd nunc suscensés mihi? 680
HE. At cúm cruciatu máxumo id factúmst tuo.
TYN. Dum ne ób malefacta péream, parui exístumo.
Si ego híc peribo, ast ílle ut dixit nón redit,
At erít mi hoc factum mórtuo memorábile,
<Me> méum erum captum ex séruitute atque hóstibus
Reducém fecisse líberum in patriam ád patrem, 686
Meúmque potius mé caput perículo
Praeóptauisse quam ís periret pónere.
HE. Facito érgo ut Acherúnti clueas glória.
TYN. Qui pér uirtutem †peritat, non ínterit. 690
HE. Quando égo te exemplis péssumis [ex]cruciáuero
Atque ób sutelas tuás te Morti mísero,
Vel te ínteriisse uél periisse praédicent:
Dum péreas, nil intérdico aiant uíuere.
TYN. Pol si ístuc faxis, haúd sine poena féceris, 695
Si ille húc rebitet, sícut confido áffore.
AR. Pro di ínmortales: núnc ego teneo, núnc scio
Quid hoc sít negoti: méus sodalis Phílocrates
In líbertatest ád patrem in patriá ⏑ –. 699
Benést: nec quisquamst mi aéque melius quoí uelim.
Sed hóc mihi aegrest me huíc dedisse operám malam,
Qui núnc propter me méaque uerba uínctus est.
HE. Votuín te quicquam mi hódie falsum próloqui?
TYN. Votuísti. HE. Cur es aúsus mentirí mihi?
TYN. Quia uéra obessent ílli quoi operám dabam:
Nunc fálsa prosunt. HE. Át tibi oberunt. TYN.
Óptumest: 706
At erúm seruaui, quém seruatum gaúdeo,

---

678. *add Ca* ‖ 682. estumo: *corr Bo* ‖ 685. *add Bent* ‖ 687. periclo ‖ 689. ducas *vel* dueas: *corr* B^2 ‖ 691. *del Bo* ‖ 694. dicant: *corr Fl* ‖ 696. redibit et: *corr 'quidam' apud Pareum* | afforet: *corr Pius* ‖ 698. sit hoc: *trai Bo* ‖ 703. quicquam *vel* quiquam ‖ 704. Votauisti: *corr Pareus* ‖

Quoi mé custodem addíderat erus maiór meus.
Sed málene id factum | árbitrare? HE. Péssume.
TYN. At ego áio recte, qui ábs te sorsum séntio: 710
Nam cógitato, síquis hoc gnató tuo
Tuos séruos faxit, quálem haberes grátiam?
Emítteresne nécne eum seruóm manu?
Essétne apud te is séruos acceptíssumus?
Respónde. HE. Opinor. TYN. Cúr ergo iratús mihi's?
HE. Quia illí fuisti quám mihi fidélior. 716
TYN. Quid tu? úna nocte póstulauisti ét die
Recéns captum hominem núperum, [et] nouícium
Te pérdocere, ut mélius consulerém tibi
Quam illí quicum una ⟨a⟩ púero aetatem exégeram?
HE. Ergo áb eo petito grátiam istam. dúcite, 721
Vbi pónderosas crássas capiat cómpedes:
Inde íbis porro in látomias lapidárias.
Ibi quom álii octonos lápides effodiúnt, nisi
Cottídiano sésquiopus conféceris, 725
Sescéntoplago nómen indetúr tibi.
AR. Per deós atque homines égo te obtestor, Hégio,
Ne tu ístunc hominem pérduis. HE. Curábitur:
Nam nóctu neruo uínctus custodíbitur,
Intérdius sub térra lapides éximet. 730
Diu ego húnc cruciabo, nón uno absoluám die.
AR. Certúmnest tibi istuc? HE. Nón moriri cértius.
Abdúcite istum actútum ad Hippolytúm fabrum,
Iubéte huic crassas cómpedes inpíngier:
Inde éxtra portam ad meúm libertum Córdalum 735
In lápicidinas fácite deductús siet.
Atque húnc me uelle dícite ita curárier,
Nequí deterius huíc sit quam quoi péssumest.
TYN. Cur égo te inuito me ésse saluom póstulem?

---

717. *dist Sey* ‖ 718. *del ex Nonio* ‖ 720. *add Py* ‖ 721. istam gratiam: *trai Py* ‖ 725. Cotidianos: *corr Gul* | ses(*vel* es)que opus ‖ 730. interdius *vel* interdiu ‖ 731. hunc ego ‖ 736. diductus ‖ 737. ita me uelle dicite: *trai Fl* ‖ 738. Nequi *vel* Nequid ‖

Períclum uitae meaé tuo stat perículo. 740
Post mórtem in morte níl est quod metuám mali.
Et sí peruiuo usque ád summam aetatém, tamen
Breue spátiumst perferúndi quae minitás mihi.
Vale átque salue, etsi áliter ut dicám meres.
Tu, Arístophontes, dé me ut meruisti, íta uale: 745
Nam míhi propter te hoc óptigit. HE. Abdúcite.
TYN. At únum hoc quaeso, si húc rebitet Phílocrates,
Vt mi éius facias cónueniundi cópiam.
HE. Perístis, nisi iam hunc é conspectu abdúcitis. 749
TYN. Vis haéc quidem herclest, ét trahi et trudí simul.
HE. Illic ést abductus récta in phylacam, ut dígnus est.
Ego illís captiuis áliis documentúm dabo,
Ne tále quisquam fácinus incipere aúdeat.
Quod ábsque hoc esset, quí mihi hoc fecít palam,
Vsque óffrenatum suís me ductarént dolis. 755
Nunc cértumst nulli pósthac quicquam crédere:
Satis súm semel decéptus. sperauí miser
Ex séruitute me éxemisse fílium:
Ea spés elapsast. pérdidi unum fílium,
Puerúm quadrimum quém mihi seruos súrpuit, 760
Neque eúm seruom umquamrépperi neque fílium:
Maiór potitus hóstiumst. quod hoc ést scelus?
Quasi in órbitatem líberos prodúxerim.
Sequere hác: reducam te úbi fuisti. néminis
Miserére certumst, quía mei miseret néminem. 765
<AR.> Exaúspicaui ex uínclis: nunc intéllego
Redaúspicandum esse ín catenas dénuo.

---

740. Periculum: *corr Py* ‖ 742. Etsi *vel* Et si | peruiuo *vel* superuiuo ‖ 749. hunc iam: *trai Py* ‖ 755. offerre natum *vel* ofere natum: *corr Gul* ‖ 756. post haec: *corr Bo ex Guelf.* ‖ 760. surripuit: *corr Ca* ‖ 765. misereri: *corr Spengelius* | neminis me miseret nam me miseret *Nonius* ‖ 766. *add Py* | uinculis: *corr Lamb* ‖

ACTVS IV

ERGASILVS
PARASITVS

Iúppiter supréme, seruas mé measque augés opes:
Máxumas opímitates ópiparasque offérs mihi:
Laudém lucrum ludúm iocum festíuitatem férias 770
Pompám penum potátiones sáturitatem gaúdium.
Néc quoiquam homini súpplicare †nunc certumst mihi:
Nam uél prodesse amíco possum uél inimicum pérdere.
Íta hic me amoenitáte amoena amoénus onerauít dies:
Síne sacris heréditatem sum áptus effertíssumam. 775
Nunc ád senem cursúm capessam hunc Hégionem, quoí boni
Tantum áffero, quantum ípse a diuis óptat, atque etiam ámplius.
Nunc cérta res est, eódem pacto ut cómici seruí solent,
Coníciam in collum pállium, primo éx med hanc rem ut aúdiat:
Speróque me ob hunc núntium aetérnum adepturúm cibum. 780

HEGIO. ERGASILVS
SENEX PARASITVS

HE. Quanto ín pectore hánc rem meó magis uolúto,
Tantó mi aegritúdo auctiór est in ánimo.
Ad íllum modúm sublitum ós esse mi hódie:
Neque íd perspicere quíui. 784
Quod quóm scibitúr, †per úrbem inridébor.

769. opimitates *vel* opimates ‖ 774. moenitate: *corr* B^2 | onerauit mihi: *corr* *Py* ‖ 777. afferro *vel* offero | a dis: *corr* *Bo* ‖ 779. me: *corr* *Bo* ‖ 783. 784. *cohaerent* ‖ 783. subitum | hodie mihi ‖ 785. cum *vel* com ‖

Quom extémplo ad forum áduenero, ómnes loquéntur
'Hic íllest senéx doctus, quoí uerba dáta sunt'.
Sed Érgasilus éstne hic, procúl †quem uideo?
Conlécto quidémst pallió: quidnam actúrust?
ERG. Moue áps te †moram atque, Érgasile, age hánc rem. 790
Éminor intérminorque, †nequis mihi obstiterit óbuiam,
Nísi qui satis diú uixisse sése homo arbitrábitur:
Nám qui obstiterit óre sistet. HE. Híc homo pugilatum íncipit.
ERG. Fácere certumst. proínde ut omnes ítinera insistánt sua, 794
Néquis in hanc plateám negoti cónferat quicquám sui:
Nám meus est ballísta pugnus, cúbitus catapultást mihi,
Ýmerus aries: túm genu †ad quemque iecero, ad terrám dabo.
Déntilegos omnés mortales fáciam, quemque offéndero.
HE. Quaé illaec eminátiost nam? néqueo mirarí satis.
ERG. Fáciam, ut huius dieí locique meíque semper méminerit, 800
Quí mi in cursu opstíterit †faxo uitae is extemplo opstiterít suae.
HE. Quíd hic homo tantum íncipissit fácere cum tantís minis?
ERG. Príus edico, néquis propter cúlpam capiatúr suam:
Cóntinete uós domi, prohibéte a uobis uím meam.
HE. Míra edepol sunt ní hic in uentrem súmpsit confidéntiam. 805
Vaé misero illi, quoíus cibo iste fáctust imperiósior.
ERG. Túm pistores scrófipasci quí alunt furfuribús sues,
Quárum odore praéterire némo pistrinúm potest:
Eórum si quoiụ́squam scrofam in público conspéxero,

787. ductus: *corr Dousa* | quoi *vel* quo ‖ 792. quis: *corr Gru* ‖ 793. pugillatum ‖ 795. in hac platea: *corr Bo* ‖ 796. nam mihi haec balista pugnum est *gramm. de dub. nom.* ‖ 798. Dentilecos ‖ 799. est? nam: *corr Ac* ‖ 800. huius *vel* eius ‖ 806. imperiosior *vel* impensior ‖ 807. furfure: *corr Luchsius* ‖

Éx ipsis dominís meis pugnis éxculcabo fúrfures. 810
HE. Básilicas edíctiones átque imperiosás habet.
Sátur homost, habét profecto in uéntre confidéntiam.
ERG. Túm piscatorés qui praebent pópulo pisces foétidos,
Qui áduehuntur quádrupedanti crúcianti canthério,
Quórum odos subbásilicanos ómnes abigit ín forum: 815
Eís ego ora uérberabo súrpiculis piscáriis,
Ýt sciant aliéno naso quam éxhibeant moléstiam.
Túm lanii autem quí concinnant líberis orbás oues,
Quí locant caedúndos agnos ét dupla agninám danunt,
Quí petroni nómen indunt uérueci sectário: 820
Eórum ego si in uiá petronem pública conspéxero,
Ét petronem et dóminum reddam mórtales misérrumos.
HE. Eúgepae: edíctiones aédilicias hícquidem habet,
Mírumque adeost ni húnc fecere Aetóli sibi agorá-
nomum.
ERG. Nón ego nunc parasítus sum, sed régum rex
regálior: 825
Tántus uentri cómmeatus méo adest in portú cibus.
Séd ego cesso hunc Hégionem oneráre laetitiá senem?
†Qui homine adaéque nemo uíuit fortunátior.
HE. Quae íllaec est laetítia quam illic laétus largitúr
mihi?
ERG. Heús ubi estis? écquis ⟨hic est? écquis⟩ hoc
aperit óstium? 830
HE. Híc homo ad cenam récipit se ad me. ERG.
Áperite hasce ambás fores
Príus quam pultando [uel] ássulatim fóribus exitium
ádfero.
HE. Perlúbet hunc hominem cónloqui: Ergásile. ERG.
Ergasilum quí uocat?

---

811. editiones ‖ 815. subbasilicanos *vel* subbalsicanos | abegit (adegit *Priscianus*) ‖ 816. ego *vel* ergo ‖ 818. lanii *vel* lanu *vel* lanum ‖ 819. duplam: *corr Rostius* ‖ 821. Eum: *corr Brix* ‖ 823. edictiones *vel* editiones | edilicias *vel* et dilitias ‖ 824. fecere *vel* fecerunt | sibi aetoli: *trai Guy* ‖ 830. *add Bo* ‖ 832. pulsando *Nonius* | uel assultatim *vel* uel absultatim: *corr ex Nonio* | exitium dabo *Nonius* ‖ 833. Per lubet *vel* Periubet ‖

HE. Respíce. ERG. Fortuna quód tibi nec fácit nec faciet, [hoc] mé iubes.
Séd quis est? HE. Réspice ad me: Hégio sum. ERG. Óh mihi, 835
Quantumst hominum optumorum optume, in tempore aduenis.
HE. Nescíoquem ad portum náctus es ubi cénes: eo fastídis.
ERG. Cédo manum. HE. Manúm? ERG. Manum, inquam, cédo tuam actutúm. HE. Tene.
ERG. Gaúde. HE. Quid ego gaúdeam? ERG. Quia ego ímpero: age gaudé modo.
HE. †Pol maerores mihi anteuortunt gaudiis. [ERG. Noli irascier.] 840
ERG. Iám ego ex corpore éxigam omnis máculas maerorúm tibi:
Gaúde audacter. HE. Gaúdeo, etsi níl scio quod gaúdeam.
ERG. Béne facis: iubé — HE. Quid iubeam? ERG. ígnem ingentem fíeri.
HE. Ígnem ingentem? ERG. Ita díco: magnus út sit. HE. Quid? me, uólturi,
Tuán causa [me] aedis íncensurum cénses? ERG. Noli iráscier. 845
Iúben an non iubés astitui aúlas, patinas élui,
Láridum atque †epulas foueri fóculis feruéntibus,
Álium pisces praéstinatum abíre? HE. Hic uigilans sómniat.
ERG. Álium porcinam átque agninam et púllos gallináceos?
HE. Scís bene esse, sí sit unde. ERG. †Pernam atque opthálmiam, 850
Hóraeum scombrum ét trugonum et cétum et mollem cáseum?

---

834. facit *vel* facis | *del Brix* ‖ 835. quid *vel* qui ‖ 836. *cf ad Bacch.* 617 ‖ 838. Cedo manum H. manum *vel* Cedo manu H. manu ‖ 840. *del Ac* ‖ 844. me uolt (*vel* uol) uri: *corr Palm* ‖ 845. *del Gru* ‖ 850. opthalmia ‖ 851. Horęum *vel* Horreum ‖

HE. Nóminandi istórum tibi erit mágis quam edundi cópia
Híc apud me, Ergásile. ERG. Mean me caúsa hoc censes dícere?
HE. Néc nil hodie néc multo plus tu híc edes, ne frústra sis:
Proín tu tui cottídiani uícti uentrem ad me ádferas.
ERG. Quín ita faciam, ut <tú>te cupias fácere sumptum, etsi égo uetem. 856
HE. Égone? ERG. Tu ne. HE. Túm tu mi igitur érus es. ERG. Immo béneuolens.
Vín te faciam fórtunatum? HE. Málim quam miserúm quidem.
ERG. Cédo manum. HE. Em manúm. ERG. Di te omnes ádiuuant. HE. Nil séntio.
ERG. Nón enim es in sénticeto, eó non sentis. séd iube
Vása tibi pura ápparari ád rem diuinám cito 861
Átque | agnum afférri proprium pínguem. HE. Cur? ERG. Vt sácrufices.
HE. Quoí deorum? ERG. Mihi hércle: nam ego nunc tíbi sum summus Iúppiter,
Ídem ego sum Salús Fortuna Lúx Laetitia Gaúdium:
Proín tu diuom hunc sáturitate fácias tranquillúm tibi.
HE. Ésurire míhi uidere. ERG. Míquidem esurio, nón tibi. 866
<HE.> Tuo árbitratu: fácile patior. ERG. Crédo: consuetú's puer.
<HE.> Iúppiter te díque perdant. ERG. Te hércle — mi aequomst grátias
Ágere ob nuntiúm: tantum ego nunc pórto a portu tíbi boni.
Núnc tu mihi placés. HE. Abi, stultu's: séro post tempús uenis. 870

---

855. Pro uicti cotidiani uentrem *Nonius* ‖ 856. *add Bent* ‖ 859. Cedo *vel* Credo | adiuuant *vel* adiuuent ‖ 864. fortuna *vel* fortunax ‖ 865. deum: *corr Bo* ‖ 867. *add Pyl* | HE.: *corr Py* | consuetus: *corr Fi* ‖ 870. stultus: *corr Mue* ‖

ERG. Ígitur olim si áduenissem, mágis tu tum istuc díceres.
Núnc hanc laetitiam áccipe a me quám fero: nam fílium
Tuóm modo in portú Philopolemum uíuom, saluom et sóspitem
Vídi in publicá celoce ibidémque illum adulescéntulum
Áleum una et tuóm Stalagmum séruom qui aufugít domo, 875
Quí tibi surripuít quadrimum púerum filiolúm tuom.
HE. Ábi in malam rem, lúdis me. ERG. Ita me amábit sancta Sáturitas,
Hégio, itaque suó me semper cóndecoret cognómine,
Vt ego uidi. HE. Meúm⟨ne⟩ gnatum? ERG. Tuóm gnatum et geniúm meum.
⟨HE.⟩ Ét captiuom illum Álidensem? ERG. *Μὰ τὸν Ἀπόλλω.* HE. Et séruolum 880
Meúm Stalagmum, meúm qui gnatum súrripuit? ERG. *Ναὶ τὰν Κόραν.*
HE. †Iám diu? ERG. *Ναὶ τὰν Πραινέστην.* HE. Vénit? ERG. *Ναὶ τὰν Σιγνίαν.*
⟨HE.⟩ Cérton? ERG. *Ναὶ τὰν Φρουσινῶνα.* HE. Víde sis — ERG. *Ναὶ τὰν Ἀλάτριον.*
HE. Quíd tu per barbáricas urbes iúras? ERG. Quia enim item ásperae
Súnt ut tuom uictum aútumabas ésse. HE. Vae aetatí tuae.
⟨ERG.⟩ Quíppe quando míhi nil credis, quód ego dico sédulo. 886
Séd Stalagmus quoíus erat tunc nátionis, quom hínc abit?
HE. Sículus. ERG. At nunc Sículus non est: Bóius est, boiám terit:

---

874. celoce *vel* cęlo te ‖ 875. Alium ‖ 879. *add Bent* ‖ 880. *add* B^2 | HE. *et* ERG.: *corr* B^2 | Et (*vel* Vt) seruolum ‖ 881. ne tan coram ‖ 882. ne tam prenestem | ERG. *et* HE.: *corr* B^2 | ne tan (*vel* tā) signeam ‖ 883. *add* B^2 | ne tam frusinonem (*vel* frusi non est) | ERG. *et* HE.: *corr* B^2 | ne tam (*vel* ton) alatrium ‖ 884. ERG. *et* HE.: *corr* B^2 | perbarbaricas *vel* barraricas ‖ 885. ERG.: *corr Sarac* ‖ 886. *add Sarac* ‖ 887. quo iusserat nunc: *corr* B^2 | hinc *vel* hic | abit *vel* abiit ‖ 888. Sicuius: *corr Ca* | et nunc sicuius: *corr Ca* | bolus: *corr* B^2 ‖

Líberorum quaérundorum caúsa ei credo uxór datast.
HE. Díc, bonan fidé tu mi istaec uérba dixistí? ERG. Bona. 890
HE. Di ínmortales, íterum gnatus uídeor, si uera aútumas.
ERG. Aín tu? dubium habébis etiam, sáncte quom ego iurém tibi?
Póstremo, Hegió, si parua iúri iurandóst fides,
Víse ad portum. HE. Fácere certumst: tu íntus cura quód opus est.
Súme, posce, próme quiduis: té facio cellárium. 895
<ERG.> Nam hércle nisi mantíscinatus próbe ero, fusti péctito.
<HE.> Aéternum tibí dapinabo uíctum, si uera aútumas.
ERG. Vnde id? HE. A me meóque gnato. ERG. Spónden tu istud? HE. Spóndeo.
ERG. Át ego tuom tibi áduenisse fílium respóndeo.
HE. Cúra quam optumé potes. ERG. Bene ámbula et redámbula. 900
Íllic hinc abiit: míhi rem summam crédidit cibáriam.
Di ímmortales, iam út ego collos praétruncabo tégoribus.
Quánta pernis péstis ueniet, quánta labes lárido,
Quánta sumini ábsumedo, quánta callo cálamitas,
Quánta laniis lássitudo, quánta porcináriis. 905
Nám si alia memorém quae ad uentris uíctum conducúnt morast.
Núnc ibo, ut pro praéfectura meá ius dicam lárido,
Ét quae pendent índemnatae pérnis auxilium út feram.

---

892. *dist Gul* ‖ 894. Vise ad *vel* Vis erat ‖ 895. uis te *vel* iuste ‖ 896. 897. *add* B^2 ‖ 898. Sponde tu ‖ 901. *Novae scaenae inscriptionem del cum aliis Spengelius* | cibariam *vel* tibariam ‖ 902. pretruncabo *vel* pertruncabo | tergoribus: *corr Turnebus* ‖ 904. absumendo: *corr Valla* | collo: *corr* B^2 ‖ 907. PROPRAEFECTURAMEA (*ut vid.*): praefecturam et ‖ 908. PERNIS: perne eis *vel* pernies ‖

ACTVS V

PVER

Diéspiter te deíque, Ergasile, pérdant et uentrém tuom
Parasítosque omnis ét qui posthac cénam parasitís dabit. 910
Cladés calamitasque íntemperies módo in nostram aduenít domum.
Quasi lúpus esuriens †timui ne ín me faceret ímpetum:
Vbi uoltus * * sur * * ntis * * * * * * * * * * * * ímpetum 912b
Nimisque hércle ego illum mále formidaui: íta frendebat déntibus.
Aduéniens totum déturbauit cúm carne carnárium,
Arrípuit gladium, praétruncauit tríbus tegoribus glándia,
Aulás calicesque omnís confregit nísi quae modialés erant: 916
Cocum pércontabatúr, possentne sériae feruéscere:
Cellás refregit ómnis intus réclusitque armárium.
Adséruate istunc súltis, serui: ego íbo, ut conueniám senem.
Dicam, út sibi penum álibi adornet, síquidem sese utí uolet: 920
Nam †hic quidem ut adornat aut iam níl est aut iam níl erit.

---

911. CLADES: cladis | CALAMITATESQ· ‖ 912a. TIMUI: metui ‖ 912b. *accessit ex A, de cuius lectione non constat* ‖ 913. FORMIDAUI, *ut videtur, e testim. Stud.*: formidabam ‖ 914. deturbauit totum: totum deturbat *in A locum habere videtur* ‖ 915. PRAERUNCAUIT | TEGORIBUS: tergoribus ‖ 916. CON**EGIT: confringit | modiales erant: MODIALAE|—SERANT, *ut vid.* ‖ 917. SERIAE: seriae *vel* serire ‖ 920. PENUMALIBIADORNET (*ut videtur*): penum aliud ornet ‖

HEGIO. SENEX **PHILOPOLEMVS. PHILOCRATES** ADVLESCENTES II

STALAGMVS
SERVOS

HE. Iouí deisque agó gratiás merito mágnas,
Quom té redducém tuo patrí reddidérunt
Quomque éx miseriís plurumís me exemérunt,
Quae †adhuc te carens dum hic fui sustentábam,
Quomque húnc conspicór in potéstate nóstra 926
Quomque íllaec repértast fidés firma nóbis.
PHILOP. Sátis iam dolui ex ánimo et cura, sátis me lacrumis máceraui [hoc],
Sátis iam audiui tuás aerumnas ád portum mihi quás memorasti:
Hóc agamus. PHILOCR. Quíd nunc, quoniam técum seruauí fidem 930
Tíbique hunc reducem in líbertatem féci? HE. Fecisti út tibi,
Phílocrates, numquám referre grátiam possím satis,
Proínde ut tu proméritu's de me et fílio. PHILOP. Immó potes,
Páter, et poteris ét ego potero et dí eam potestatém dabunt, 934
Vt beneficium béne merenti nóstro merito múneres:
Sícut tu huic potés, pater mi, fácere merito máxume.
HE. Quíd opust uerbis? língua nullast quá negem quidquíd roges.
PHILOCR. Póstulo abs te, ut mi íllum reddas séruom quem hic relíqueram
Pígnus pro me, quí mihi melior quám sibi sempér fuit,

923. reducem *libri cum A*: *corr Schneiderus* ‖ 924. EX: et (*corr B*²) | MEEXEMERUNT: me exemerunt *vel* met emerunt ‖ 925. te carens: CARENS, *ut vid.* | HUC ‖ 926. conspicio: *corr Geppertus* ‖ 927. haec *libri cum A*: *corr Bachius* ‖ 928. SATISME: me satis et | *del Ca* ‖ 933. promeritus: *corr Fl* ‖ 935. bene merenti *vel* bene meriti ‖ 937. opust *vel* opus ‖ 939. *cf. ad* 941 ‖

Pró benefactis éius ut ⟨e⟩i prétium possim réddere.
HE. Quód bene fecistí, referetur grátia. id quod póstulas, 941
Ét id et aliud quód me orabis ímpetrabis: átque te
Nólim suscensére, quod ego irátus ei fecí male.
PHILOCR. Quíd fecisti? HE. In lápicidinas cónpeditum cóndidi,
Ýbi resciui míhi data esse uérba. PHILOCR. Vae miseró mihi: 945
Própter meum capút labores hómini euenisse óptumo.
HE. Át ob eam rem míhi libellam pró eo argenti né duis:
Grátiis a me út sit liber [a]dúcito. PHILOCR. Edepol, Hégio,
Fácis benigne. séd quaeso hominem ut iúbeas arcessí. HE. Licet. 949
Vbi | estis, uos? íte actutum, Týndarum huc arcéssite.
Vós ite intro: intéribi ego ex hac státua uerbereá uolo
Érogitare, meó minore quíd sit factum fílio.
Vós lauate intéribi. PHILOP. Sequere hac, Phílocrates, me intró. PHILOCR. Sequor.

HEGIO. STALAGMVS
SENEX SERVOS

HE. Áge tu illuc procéde, bone uir, lépidum mancupiúm meum.
STAL. Quíd me oportet fácere, ubi tu tális uir falsum aútumas? 955
Fúi ego bellus, lépidus: bonus uir númquam neque frugí bonae
Néque ero: ne spem pónas umquam mé bonae frugí fore.

---

940. *add Sey* ‖ 941. *ante* 939 *exstat* | referetur *vel* refertur ‖ 948. Cratis: *corr Bo* | *del Lindemannus* ‖ 950. accersite ‖ 951. inter ibo | ueruere auolo *vel* ueruerce auolo *vel* ueruecea uolo ‖ 957. umquam ne (*vel* neque) spem ponas: *trai Schoe* ‖

<HE.> Própemodum ubi locí fortunae tuaé sint facile intéllegis:
Sí eris uerax, tua éx re facies †éx mala meliúsculam.
Récte et uera lóquere: sed neque uére neque <tu> récte adhuc 960
Fécisti umquam. STAL. Quód ego fatear, crédin pudeat quom aútumes?
HE. Át ego faciam ut púdeat: nam in rubórem te totúm dabo.
STAL. Éia, credo ego, ímperito plágas minitarís mihi:
Tándem istaec aufér, dic quid fers, út feras hinc quód petis.
<HE.> Sátis facundu's: séd iam fieri dícta compendí uolo. 965
STAL. Ýt uis fiat. HE. Béne morigerus fuít puer: nunc nón decet.
Hóc agamus. iam ánimum aduorte ac míhi quae dicam edíssere.
Sí eris uerax, <éx> tuis rebus féceris meliúsculas
STAL. Núgae istaec sunt: nón me censes scíre quid dignús siem?
HE. Át ea subterfúgere potis es paúca, si non ómnia.
STAL. Paúca effugiam, scío: nam multa euénient, et meritó meo, 971
Quía et fugi et tibí surripui fílium et eum uéndidi.
HE. Quoí homini? STAL. Theodóromedi in Álide Polyplúsio
Séx minis. HE. Pro di ínmortales: ís quidem huius ést pater
Phílocrati. STAL. Quin mélius noui quám tu et uidi saépius. 975

---

958. *Pers add* B[2] (*item* 961. 965) ‖ 960. Recte *vel* Recta | *add Schoe duce Py* ‖ 962. rumorem *vel* roborem ‖ 964. ista: *corr Schmidtius* ‖ 965. facundus: *corr Lamb* | dictis compendium: *corr Guy* ‖ 967. haec mihi: *corr Ca* ‖ 968. *add Ca* ‖ 970. potisses ‖ 971. *post* 973 *libri habent: trai Valla* | effugiam *vel* efficiam ‖ 973. theodoro medico ‖ 975. Philocrates *vel* Philocratis: *corr Fl* | noui *vel* nolii | te et: *corr Weilius* ‖

HE. Sérua, Iuppitér supreme, et me ét meum gnatúm mihi.
Phílocrates, per tuóm te [in]genium óbsecro, exi: té uolo.

PHILOCRATES. HEGIO. STALAGMVS
ADVLESCENS SENEX SERVOS

PHIL. Hégio, assum: síquid me uis, ímpera. HE. Hic gnatúm meum
Tuó patri ait se uéndidisse séx minis in Álide.
PHIL. Quám diu id factúmst? STAL. Hic annus íncipit uicénsumus. 980
PHIL. Fálsa memorat. STAL. Aút ego aut tu: nám tibi quadrímulum
Tuós pater pecúliarem páruolo pueró dedit.
PHIL. Quíd erat ei nomén? si uera dícis, memoradúm mihi.
STAL. Paégnium uocitátust: post uos índidistis Týndaro.
PHIL. Cúr ego te non nóui? STAL. Quia mos ést obliuisci hóminibus 985
Néque nouisse quóius nili sít faciunda grátia.
PHIL. Díc mihi, isne istíc fuit quem uéndidisti meó patri,
Quí mihi pecúliaris dátus est? ⟨STAL.⟩ Huius fílius.
HE. Víuitne is homo? STAL. Argéntum accepi, níl curaui céterum.
HE. Quíd tu ais? PHIL. Quin ístic ipsust Týndarus tuos fílius, 990
Ýt quidem hic arguménta loquitur: nam ís mecum a pueró puer
Béne pudiceque éducatust úsque ad adulescéntiam.
HE. Et miser sum et fórtunatus, †si uera dicitis.

---

977. tuum te *vel* tuum ‖ 982. paruulum: *corr Lindemannus* ‖ 983. Quid *vel* Quod ‖ 984. Pecnium ‖ 986. nihil ‖ 988. *add Brunckius duce Ac* ‖ 993. fortunatus *vel* fortunatis | dicitis *vel* dicetis ‖

Eó miser sum, quía male illi féci, si gnatúst meus.
Eheu, quom ego plús minusue féci quam ⟨me⟩ aequóm fuit. 995
Quód male feci, crúcior: modo si inféctum fieri póssiet.
Séd eccum incedit húc ornatus haúd ex suis uirtútibus.

TYNDARVS. HEGIO. PHILOCRATES. STALAGMVS
SERVOS SENEX ADVLESCENS SERVOS

TYN. Vídi ego multa saépe picta quae Ácherunti fíerent
Crúciamenta: uérum enim uero núlla adaequest Ácheruns
Átque ubi ego fui in lápicidinis: íllic ibi demúmst locus, 1000
Ýbi labore lássitudost [omnis] éxigunda ex córpore.
Nam úbi illo adueni, quási patriciis púeris aut monérulae
Aút anites aut cóturnices dántur quicum lúsitent:
Ítidem mi haec aduénienti upupa quí me delectém datast.
Séd erus eccum ante óstiumst: erus álter eccum ex Álide 1005
Rédiit. HE. ⟨O⟩ salue, éxoptate gnáte mi. TYN. Hem, quid 'gnáte mi'?
Áttat, scio cur té patrem esse adsímules et me fílium:
Quía mi item ut paréntes lucis dás tuendi cópiam.
PHIL. Sálue, Tyndare. TYN. Ét tu quoius caúsa hanc aerumnam éxigo.

---

995. minusque: *corr Gronovius* | *add Bent* ‖ 996. *dist Py* ‖ 997. audax suis: *corr Muretus* ‖ 998. acherunti *vel* acheronti ‖ 999. acheruns *vel* acherons ‖ 1000. lapricidinis *vel* lapricidinas ‖ 1001. *del Bent* ‖ 1002. patricus *vel* patritus: *corr B*[2] ‖ 1003. aut cot. *vel* a cot. ‖ 1004. mihi haec *vel* haec mihi | delectet: *corr Lamb* ‖ 1005. ostium et erus: *corr Brix* ‖ 1006. Redit: *corr Ca* | *add Spengelius duce Gepperto* ‖ 1007. adsimules esse: *trai Guy* ‖ 1008. Quia *vel* Qui ‖ 1009. exigo *vel* exiguo (*ut A habuisse videtur*) ‖

PHIL. Át nunc liber ín diuitias fáxo uenies: nám tibi
Páter hic est: hic séruos, qui te huic hínc quadrimum súrpuit, 1011
Véndidit patrí meo te séx minis. is té mihi
Páruolum pecúliarem páruolo pueró dedit.
†Íllic indicium fécit: nam hunc ex Álide huc redúcimus.
TYN. Quíd, huius filium —? PHIL. Íntus eccum frátrem germanúm tuom. 1015
TYN. Quíd tu ais? addúxtin illum huius †filium captiuom?
PHIL. Quín, inquam, intus híc est. TYN. Fecisti édepol et recte ét bene.
PHIL. Núnc tibi pater hic ést. hic fur est tuós qui paruom hinc te ábstulit.
TYN. Át ego hunc grandis grándem natu ob fúrtum ad carnuficém dabo.
PHIL. Méritus est. TYN. †Ergo edepol méritam mercedém dabo. 1020
Sed <tu> dic, oró, pater meus tún es? HE. Ego sum, gnáte mi.
TYN. [Núnc demum in memóriam redeo, quóm mecum <re>cógito]
Núnc edepol demum ín memoriam régredior audísse me,
Quási per nebulam, | Hégionem meúm patrem uocárier.
HE. Ís ego sum. PHIL. Compédibus quaeso ut tíbi sit leuior fílius 1025
Átque huic grauior séruos. HE. Certumst príncipio id praeuórtier.
Eámus intro, ut árcessatur fáber, ut istas cómpedis
Tíbi adimam, huic dem. STAL. Quoí peculi nil est, recte féceris.

1011. surripuit: *corr Py* ‖ 1015. *dist Sey* ‖ 1016—1022. *om A* ‖ 1019. nunc: *corr* B^2 ‖ 1021. *add Havetus* ‖ 1022. *del Osannus* | *add Gru* ‖ 1023. audisse *vel* audissem: REDISSE, *ut vid.* ‖ 1025. ISEGO: Ego | TY.: *corr* B^2 ‖ 1026. HUIC: hic | SERUUSCERTUST | PRINCIPIO, *ut vid.*: principium | PRAEORTIER ‖ 1027. ACCERSATUR ‖ 1028. DEMQUOI ‖

CAT. Spéctatores ád pudicos móres facta haec fábulast,
Néque in hac subigitátiones súnt neque ulla amátio
Néc pueri suppósitio nec argénti circumdúctio, 1031
Néque ubi amans aduléscens scortum líberet clam suóm patrem.
Huíus modi paucás poetae réperiunt comoédias,
Ýbi boni melióres fiant. núnc uos, si uobís placet,
Ét si placuimús neque odio fúimus, signum hoc míttite, 1035
Quí pudicitiae ésse uoltis praémium: plausúm date.

1030. subigitationes *vel* subi cogitationes ‖ 1035 *sq. dist Schoe* ‖

Nonius p. 220, 12: pilleus generis masculini. Plautus Captiuis: pileum quem habuit diripuit eumque ad caelum tollit'.

T. MACCI PLAVTI

CASINA

GRAECA · CLERVMENOE · DIPHILV

Festus Pauli p. 61, 7 M.: **Casinam** fabulam Plautus inscripsit ab ancillae nomine Casina quam amari a sene introduxit [*ubi* Cassinam *et mox* Casia *boni codd.*].

PERSONAE

OLYMPIO VILICVS
CHALINVS SERVOS
CLEOSTRATA MVLIER
PARDALISCA ANCILLA
MYRRHINA MVLIER
LYSIDAMVS SENEX
ALCESIMVS SENEX
COQVOS
TIBICEN

ARGVMENTVM

Consériuam uxorem duó conserui | éxpetunt.
Aliúm senex allégat, alium fílius.
Senem ádiuuat sors: uérum decipitúr dolis.
Ita eí subicitur pró puella séruolus
Nequám, qui dominum múlcat atque uílicum. 5
Aduléscens ducit cíuem Casinam cógnitam.

3. Sors senem adiuuat: *trai Bo* ‖ 4. pro puella *vel* puella ‖ 5. mulgat: *corr Pius* ‖

PROLOGVS

Saluére iubeo spéctatores óptumos,
Fidém qui facitis máxumi | et uós Fides.
Si uérum dixi, sígnum clarum dáte mihi,
Vt uós mi esse aequos iam índe a principió sciam.
Qui utúntur uino uétere sapientís puto 5
Et quí lubenter uéteres spectant fábulas.
Antíqua | opera et uérba quom uobís placent,
Aequómst placere ante ⟨álias⟩ ueteres fábulas.
Nam núnc nouae quae pródeunt comoédiae
Multó sunt nequióres quam nummí noui. 10
Nos póstquam populi rúmore intelléximus
Studióse expetere uós Plautinas fábulas,
Antíquam | eius édimus comoédiam,
Quam uós probastis qui éstis in senióribus:
Nam iúniorum quí sunt, non norúnt, scio, 15
Verum út cognoscant dábimus operam sédulo.
Haec quóm primum actast, uícit omnis fábulas.
Ea témpestate flós poetarúm fuit,
Qui núnc abierunt hínc in communém locum:
Sed támen absentes prósunt ⟨pro⟩ praeséntibus. 20
Vos ómnes opere mágno esse oratós uolo,
Benígne ut operam détis ad nostrúm gregem.

---

1. aluere *vel* alue: *corr* B^2 ‖ 4. esse *solus* B^2 *sup. scr.* ‖ 8. *add Ri* ‖ 9. nunc *vel* hunc ‖ 11. rumorem: *corr Angelius* ‖ 13. edimus *vel* edidimus ‖ 17. primum *vel* primatum ‖ 20. *add Sey* ‖ 21. esse oratos *vel* operatos esse ‖

Eícite ex animo cúram atque alienum aés ⏑ –,
Nequís formidet flágitatorém suom:
Ludí sunt, ludus dátus est argentáriis, 25
Tranquíllumst, Alcedónia sunt circúm forum.
Ratióne utuntur: lúdis poscunt néminem,
Secúndum ludos réddunt autem némini.
Aurés uociuae sí sunt, animum aduórtite:
Comoédia⟨i⟩ nómen dare uobís uolo. 30
Clerúmenoe uocátur haec comoédia
Graecé, latine Sórtientes. Deíphilus
Hanc graéce scripsit, póstid rursum dénuo
Latíne Plautus cúm latranti nómine.
Senex híc maritus hábitat: eist fílius: 35
Is úna cum patre ín illisce habitat aédibus.
Est éi quidam séruos, qui in morbó cubat —
Immo hércle uero in lécto, nequid méntiar —:
Is séruos, sed abhinc ánnos factumst sédecim,
Quom cónspicatust prímulo crepúsculo 40
Puéllam exponi. adít extemplo ad múlierem,
Quae illam éxponebat: órat, ut eam dét sibi.
Exórat, aufert, détulit rectá domum:
Dat eraé suae: orat, út eam curet éducet.
Era fécit, educáuit magna indústria, 45
Quasi si ésset ex se náta, non multó secus.
Postquam éa adoleuit ád eam aetatem|, út uiris
Placére posset, éam puellam | híc senex
Amát efflictim †ét item contra fílius.
Nunc síbi | uterque cóntra legionés parat 50
Patérque filiúsque clam alter álterum.
Pater ádlegauit uílicum, qui pósceret
Sibi istánc uxorem: is spérat, si ei sít data,

---

23. Eicite *vel* Dicite *vel* Diicite ‖ 26. flagitatorem *vel* flagitorem ‖ 27. neminem poscunt: *trai Ca* ‖ 30. *add Pareus* ‖ 31. clerumoene ‖ 32. deiphilus *vel* diphilus ‖ 40. PRIMULO: primo ‖ 45. FECIT: facit ‖ 46. Quasi si: QUASI ‖ 47. POSTQUAMEA: Postquam ‖ 48. EAM: at eam ‖ 51. PATERQ·FILIUSQ·: Paterque filius (*sed* alterumque *VEJ*) ‖ 53. ISTANC: istam ‖

Sibi fóre paratas clam úxorem excubiás foris.
Filíus is autem armígerum adlegauít suom, 55
Qui síbi eam uxorem póscat: scit, si id ímpetret,
Futúrum quod amat íntra praesepís suas.
Senis úxor sensit uírum | amori operám dare:
Proptérea | una cónsentit cum fílio.
Ille aútem postquam fílium sensít suom 60
Eandem íllam amare et esse ímpedimentó sibi,
Hinc ádulescentem péregre ablegauít pater.
Sciéns ei mater dát operam absentí tamen.
Is — ne éxspectetis — hódie in hac comoédia
In úrbem non redíbit: Plautus nóluit: 65
Pontem ínterrupit, quí erat ei in ítinere.
Sunt híc, inter se quós nunc credo dícere:
'Quaeso hércle, quid istuc ést? seruiles núptiae?
Seruín uxorem dúcent aut poscént sibi?
Nouom áttulerunt, quód fit nusquam géntium.' 70
At ego áio id fieri in Graécia et Carthágini
Et híc in nostra térra, †in Apulia:
Maióreque opere ibí seruiles núptiae
Quam líberales étiam curarí solent.
Id ní fit, mecum pígnus, siquis uólt, dato 75
In úrnam mulsi, Poénus dum iudéx siet
Vel Graécus adeo uél mea causa Ápulus.
Quid núnc? nil agitis? séntio, nemó sitit.
Reuórtar ad illam puéllam | expositíciam,
Quam sérui summa uí sibi uxorem éxpetunt. 80
Ea ínuenietur ét pudica et líbera,
Ingénua Atheniénsis: neque quidquám stupri
Faciét profecto in hác quidem comoédia.

---

54. UXORE ‖ 55. ISAUTEM: autem | allegauit: ADLEGAT ‖ 60. FILIUMSENSIP: sensit filium ‖ 62. ablegauit: ABLEGAT ‖ 63. EIMATER: eius mater ei | ADSENTI ‖ 64. IS: His ‖ 65. REDIBIT: rediuit ‖ 66. EI: ei *vel* et | in itinere: ITINERE ‖ 67. INTERSEQUOSNUNCCREDO: quos credo nunc inter se ‖ 71. AIOID: alio hoc *vel* alia hoc ‖ 73. OPERE: opera ‖ 75. PIGNUS: *vel sic vel* pugnus *vel* pingnus ‖ 77. APULUS: appulus ‖ 78. QUID: Quid *vel* Qui ‖

Mox hércle uero póst transactam fábulam
Argéntum siquis déderit, ut ego súspicor, 85
Vltro íbit nuptum, nón manebit aúspices.
Tantúmst. ualete, béne rem gerite et uíncite
Virtúte uera, quód fecistis ántidhac

ACTVS I

OLYMPIO. CHALINVS
VILICVS SERVOS

OL. Non míhi licere meám rem me solum út uolo
Loqui átque cogitáre sine ted árbitro? 90
Quid tú, malum, me séquere? CHA. Quia certúmst mihi,
Quasi úmbra, quoquo tu íbis te sempér sequi.
Quin édepol etiam, si ín crucem uis pérgere,
Sequí decretumst: dehínc conicito céterum:
Possísne necne clám me sutelís tuis 95
Praerípere Casinam uxórem, proinde ut póstulas.
OL. Quid tíbi negotist mécum? CHA. Quid ais, ímpudens?
Quid in úrbe reptas, uílice haud magní preti?
OL. Lubét. CHA. Quin ruri es ín praefecturá tua?
Quin pótius quod legátumst tibi negótium 100
Id cúras atque urbánis rebus te ápstines?
Huc míhi uenisti spónsam praereptúm meam.
Abi rús, abi dieréctus tuam in prouínciam.
OL. Chalíne, non sum oblítus officiúm meum:
Praeféci ruri récte qui curét tamen. 105

---

84. TRANSACTAMFABULAM: transacta fabula ‖ 87. GERITEUINCITE ‖ 88. ANTIDAC: antid hac *vel* antid hanc ‖ 91. OL.: *corr Ac itemque in sequentibus* ‖ 92. QUOQUOTUIBEISTESEMPERSEQUI: quoquo ibis tu te persequi ‖ 97. NEGOTISTMECUM: negoti mecum est ‖ 98. QUID: Quid *vel* Qui | REPTAS: reptas *vel* rectas | HAUD: hic ‖ 102. HUCMIHI: Huc ‖

Ego húc quod ueni in úrbem si impetráuero,
Vxórem ut istam dúcam quam tu déperis,
Bellam ét tenellam Cásinam, conseruám tuam:
Quando égo eam mecum rús uxorem abdúxero,
Rure íncubabo usque ín praefecturá mea. 110
CHA. Tun íllam ducas? hércle me suspéndio
Quam tu éius potior fías satiust mórtuom.
OL. Mea praédast illa: proín tu te in laqueum índuas.
CHA. Ex stérculino effósse, tua illaec praéda sit?
OL. Scies hóc ita esse. uaé tibi: quot té modis, 115
Si uíuo, habebo in núptiis miserúm meis.
CHA. Quid tú mihi facies? OL. Égone quid faciám tibi?
Primum ómnium huic lucébis nouae nuptaé facem:
(Postílla ut semper ímprobus nilíque sis.)
Postíd locorum quándo ad uillam uéneris, 120
Dabitúr tibi amphora úna et una sémita,
Fons únus, unum ahénum et octo dólia:
Quae nísi erunt semper pléna, ego te implebó flagris.
Ita te ággerunda cúruom aqua faciám probe,
Vt póstilena póssit ex te fíeri. 125
Post aútem ruri nísi tu †aceruom éderis
Aut quási lumbricus térram, quod te póstules
Gustáre quicquam: númquam edepol ieiúnium
Ieiúnumst aeque atque égo te ruri réddibo.
Postíd, quom lassus fúeris et famélicus, 130
Noctu út condigne té cubes curábitur.
CHA. Quid fácies? OL. Concludére in fenestram fírmiter,
Vnde aúscultare póssis, quom ego illam aúsculer.
Quom míhi illa dicet: 'mi ánimule, mi Olýmpio,

---

106. SI: nisi ‖ 107. ISTAM: istanc ‖ 109. QUANDO***MECUM ‖ 110. RURE: iure ‖ 111. TUN: Tu ‖ 112. SATISEST ‖ 114. sterculino: *vel sic vel* STERCUILINO | SIT: est ‖ 115. UAETIBIQUOT: LY. Ve tibi. OL. quot ‖ 116. UIUO: uiuo *vel* uiuio ‖ 119. *secl Guy* | NIHILIQ·: nihilque ‖ 120. LOCARUM | ADUILLAM: ad illam ‖ 122. AHENUM: aenum ‖ 126. RURIN**I: ruri nisi *vel* nisi ruri ‖ 129. INUNUMST: ieiunium est *(corr Lamb)* ‖ 132. concludere: NONCLUDERE, *ut vid* | fenestram: FENESTRA ‖ 133. HAUSCULTARE | AUSCULER: osculer ‖

Mea uíta, mea mellílla, mea festíuitas: 135
Sine tuós ocellos deósculer, uoluptás mea,
Sine, amábo, ted amári, meus festús dies,
Meus púllus passer, méa columba, mí lepus':
Quom mi haéc dicentur dícta, tum tu, fúrcifer,
Quasi mús in medio páriete uorsábere. 140
[CHA.] Nunc né tu te mihi réspondere póstules.
Abeo íntro: taedet tuí sermonis. CHA. Té sequor:
Hicquidém pol certo níl ages sine med árbitro.

ACTVS II

CLEOSTRATA. PARDALISCA
MVLIER ANCILLA

CLE. Obsígnate céllas, reférte anulum ád me:
Ego húc transeo ín proxumum ád meam uicínam. 145
Vir síquid uolét me, facite hínc accersátis.
PAR. Prándium iússerat sénex sibi parári.
        CLE. St,
Táce atque abi: néque paro néque hodie coquétur:
Quándo is mi et fílio áduorsatúr suo 150
    Ánimi amorísque causá sui,
        Flágitium illud hóminis.
            Ego illúm fame,
            Ego illúm siti,
Maledíctis malefáctis amátorem ulcíscar. 155

---

137. Sine amabo te amari (ted *Ca*): SINEUEROAMARITE ‖ 140. UERSAUERE: *idem B ante corr. et E.* uorsauere *V* ‖ 141. *del Dousa* ‖ 142. TUISERMONIS: sermonis tui | ⌗TE: OL. Te *vel* Ote (*corr Dousa*) ‖ 143. MED: met ‖ 145. UICINIAM ‖ 146. HINC: hinc me ‖ 148. ST: Sta: *quod a v. 147 separavit Spengelius* ‖ 150. aduorsatur suo: SUOADUORSATUR ‖ 152—154. *contrahit A: recte discr Sey et Spengelius* ‖

Ego pol illum probe incommodis dictis angam:
Fáciam, uti proínde ut est dígnus uitám colat,
Ácheruntis pábulum,
Flágiti †persequentem,
Stabulúm nequítiae. 160
Nunc húc meas fortúnas
Eó questum ad uicínam.
Séd foris concrépuit atque eápse eccam egreditúr foras.
Non pol per tempus iter huc mihi incepi.

MYRRHINA. CLEOSTRATA
MVLIERES II

MY. Sequimíni, comites, in próxumum me huc. heus uós, ecquis haec quae lóquor audit? 165.166
Ego hic éro, uir si aut quispiám quaeret.
Nam úbi domi sóla sum, sópor manus cáluitur. 168.169
Iussin colum ferri mihi? CLE. Myrrhina, salue. 170.171
MY. Salue mecastor: sed quid tu's tristis, amabo? 172.173
CLE. Ita solent omnes quae sunt male nuptae: 174.175
Domi et foris aegre quod sit satis semper est. 176.177
Nam ego ibam ad te. MY. Et pol ego istuc ad te.
Sed quid est, quod tuo nunc animo aegrest?
Nam quod tibist aegre, idem mihist diuidiae. 180.181
CLE. Credo écastor: nam uícinam nemínem amo merito mágis quam te
Nec †qua in plura sint mihi quae ego uelim.

---

156. *cf ad Bacch* 617 ‖ 157. UTEST: est | DIGNAM ‖ 161. 162 *contrahit A: discr Stu* | HUC: hinc | UICINAM: uicinas ‖ 163. ATQ·IPSAECCA: atque ea ipsa eccam (*corr Bo*) | FORAS *om A* ‖ 164. *cf ad Bacch* 617 | non pol: NON | HUCMIHI: mihi ‖ 165. 166. COMITES: comitis ‖ LOQUOR: loquar ‖ 170—181. *cf ad Bacch* 617 ‖ 168. 169. CALUITUR: calpitur ‖ 180. 181. DIUIDIAE: diuidue ‖ 182. 183. *ita B: contrahit A* MIHIQUAEEGOUELIM *proprio v. includens* | SINT: sunt ‖

MY. Amo te atque istuc expeto scire quid sit.
CLE. Vir 184.185
Péssumis mé modis déspicatúr domi.
MY. Hém. CLE. Quid est? MY. Díc idem hoc
— nám pol hau sátis meo
Córde accepí querellás tuas — ópsecro.
CLE. Vír me habet péssumis déspicatám modis
Néc mihi iús meum óptinendi óptiost. 190
MY. Míra sunt, uéra si praédicas: nám uiri
Iús suom ad múlieres óptinere haúd queunt.
CLE. Quín mihi ancíllulam ingrátiis póstulat,
Quaé meast, quaé meo edúcta sumptú siet,
Vílico sé suo dáre: sed ipsus éam amat. 195
MY. Obsecro, tace. nam hic nunc licet dicere. nos
sumus. CLE. Itast. 196.197
MY. Vnde ea tibist?
Nám peculí probam níl habere áddecet
Clám uirum et †quae habet pártum ei haud cóm-
modest, 200
Quín uiro aut súbtrahat aút stupro inuénerit.
Hóc uiri cénseo esse ómne quicquíd tuomst.
CLE. Tu quidem aduorsum tuam amicam omnia
loqueris.
MY. Tace sís, stulta, et mi auscúlta.
Nolí sis tu illi aduórsari: 205
Sine amét, sine quod lubet íd faciat,
Quandó tibi nil domi délicuomst.

---

184. 185. *cf ad Bacch* 617 ‖ 186. PESSUMISMEMODISDESPICATURDOMI: me habet pessimis despicatam modis: *cf* 189 | *sequitur in libris praeter A v.* 190: *trai Ac* ‖ 187. 188. *dist Sey* ‖ 187. HEM⁑QUIDEST⁑DIC: M. Hem quid est dic | hoc Nam pol haud: NAMPOLHAU *A* ‖ 188. CORDE *versui* 187 *adhaeret* ‖ 190. *cf ad v.* 186 ‖ 191. 192. *contrahit B* ‖ 193—195. *duobus v. comprehendit B, quorum alter ab* Educata *incipit* ‖ 193. ingratis ‖ 194. educata: *corr cod Lang.* ‖ 195. suo se: *trai Bent* ‖ 196—198. *lacunosi sunt* ‖ 198. *versui sequenti addit B* ‖ 200. commodi est: *corr Lipsius* ‖ 201. uiro *vel* uero ‖ 203. *cf ad Bacch* 617 ‖ 204. 205 *contrahit B, item* 206 *et* 207, 208 *et* 209 ‖

CLE. Satin sána's? nam tuquidem áduorsus
Tuam istaéc rem loquere. MY. Insípiens,
Sempér tu huic uerbo uítato abs tuo uíro. CLE. Quoi uerbo? MY. Ei fóras, mulier. 210. 211
CLE. St,
Táce. MY. Quid est? CLE. Ém. MY. Quis est quém uides? CLE. Vir éccum it.
Íntro abi, adprópera [age], amabo. MY. Ímpetras: ábeo.
CLE. Mox magis quom otium mihi et tibi erit, 215
Ígitur tecúm loquar: núnc uale. MY. Váleas.

LYSIDAMVS. CLEOSTRATA
SENEX MVLIER

LY. Omníbus rebus †ego amorem credo et nitoribus nitidis anteuenire,
Nec pótis quicquam comménorari, quod plús salis plusque lepóris †hodie
Habeát. cocos equidem nímis demiror, qui útuntur condímentis,
Eos eó condimento úno <non> utíer, omnibus quod praéstat. 220
Nam ubi amór condimentum ínerit, †quoiuis placituram credo,
Neque sálsum neque suaue ésse potest quicquam, úbi amor non admíscetur:
Fel quód amarumst, id mél faciet: hominem éx tristi lepidum ét lenem.
Hanc égo de me coniécturam domi fácio magis quam ex aúditis:

---

209. ista: *corr Bo* ‖ 210—212. abtuo: *corr B*[2] | Ei *add B*[2] *E*[2] | Mulier est (*vel* ♯ est): *corr Gru* (St *separavit a v.* 210. 211 *Sey*) ‖ 213. *Personas in spat add B*[2] | hem: *corr Mue* ‖ 214. MY. *praem B*[2] | *del Geppertus* | CLE.: *corr Dissald* ‖ 215. *cf ad Bacch* 617 | MY.: *corr Dissald* ‖ 216. CLE.: *corr Dissald* ‖ 217. itidis ‖ 220. *add man. rec. in B* ‖ 221. inierit ‖ 222. admiscetur *vel* admiscitur ‖

Qui quám amo Casinam mágis, †inicio mundítiis Munditiam ántideo. 225
Myropólas omnis sóllicito: ubiquómquest lepidum unguéntum, unguor,
Vt illí placeam: et placeo, út uideor. sed uxór me excruciat, quía uiuit.
Tristem ástare aspició: blande haec mihi mála mers appellándast.
Vxór mea meaque amoénitas, quid tú agis? CLE. Manum abi atque ábstine.
LY. Heiá, mea Iuno, nón decet esse té tam tristem tuó Ioui. 230
Quo núnc abis? CLE. Mitte mé. LY. Mane. CLE. Non máneo. LY. At pol ego té sequar.
CLE. Óbsecro, sánun es? LY. Sánus. quam téd amo.
CLE. Nólo ames. LY. Nón potes ímpetrare. CLE. Énecas.
LY. Véra dicás uelim. CLE. Crédo ego istúc tibi.
LY. Réspice, o mí lepos. CLE. Némpe ita ut tú mihi's.
Vnde híc, amabo, unguénta olent? LY. Oh périi. 236
Manufésto miser teneór. cesso caput pállio detergére?
Vt té bonus Mercuriús perdat, myropóla, quia haec mihi dédisti.
CLE. Eho tú, nili, caná culex: uix teneór, quin quae decent té dicam. 239
Sénecta aetate | únguentatus pér uias, ignáue, incedis?
LY. Pól ego amico dédi quoidam operam, dum émit unguenta. CLE. Vt cíto commentust.
Écquid te pudet? LY. Ómnia quae tu uís. CLE. Vbi in lustrá iacuisti?
LY. Égon in lustra? CLE. Scío plus quam tu me árbitrare. LY. Quíd id est? quid [tu] scis?

---

225. casinam *vel* casiam | inicio *vel* initio | munditianti deo: *corr Ca* ‖ 226. Miro pol has: *corr* B^2 | es ‖ 227. illi placeat ‖ 228. mala res: *corr Brix* ‖ 229. Abi atque abstine manum: *trai Sey* ‖ 232. *dist Schoe* | quam te clamo (*vel* damo) ‖ 233. enegas ‖ 236. unguenta adolent *vel* ungent adolent ‖ 239. nihil hic anaculix ‖ 240. unguentus: *corr* B^2 ‖ 241. commendatus est: *corr Py* ‖ 243. *del Geppertus* ‖

CLE. Té sene omnium †senem néminem esse ignáuiorem.
Ýnde is, nili? ubí fuisti? ubí lustratu's? úbi bibisti?
Mádes mecastor: uíde palliolum ut rúgat. LY. Di me et te ínfelicent, 246
Sí ego in os méum hodie uíni guttam índidi.
CLE. Ímmo age ut lubét bíbe, es, disperde rém.
LY. Ohe, iám satis, uxor, ést:
Compríme te, nimium tínnis. 250
Relínque aliquantum órationis, crás quod mecum lítiges.
Séd quid ais? iam dómuisti animum, pótius ut, quod uír uelit
Fíeri, id facias, [potius] quam áduorsere cóntra? CLE. Qua de ré? LY. Rogas?
Súper ancilla Cásina: ut detur núptum nostro uílico,
Séruo frugi, atque úbi illi bene sit lígno, aqua calidá, cibo, 255
Véstimentis, úbique educat púeros quos pariát ⏑–,
Pótius quam illi séruo nequam dés armigero [nisi] atque ímprobo,
Quoí homini | hodié peculi númmus non est plúmbeus.
CLE. Mírum ecastor té senecta aétate officiúm tuom
Nón meminisse. LY. Quíd iam? CLE. Quia, si fácias recte aut cómmode, 260
Mé sinas curáre ancillas: quaé meast curátio.
LY. Quí, malum, homini scútigerulo dáre lubet? CLE. †Quia enim fílio
Nós oportet ópitulari único. LY. At quamquam únicust,
Nílo magis ille únicust mihi fílius quam ego illí pater:

---

245. his (es *Nonius*) | uiuisti: *corr* B^2 (lustretur *et* bibatur *Nonius*) ‖ 246. Adest: *corr Schoe* | di *vel* de | infilicent *vel* infilicem: *corr Pius* ‖ 247—250. *duobus v. conprehendit B, quorum alter* Bibe *incipit*: *discr Schoe* ‖ 247. hodie *solus* B^2 *sup. scr.* ‖ 250. tinnes ‖ 253. 254. *del Py* | LY. (*add* B^2E^2) Rogas super ‖ 257. *del Ca* ‖ 260. certe | aut *vel* et ‖ 261. Me sinas curare *vel* Curare me sinas ‖ 262. lubet *vel* iubet ‖ 264. unicus est ille mihi: *trai Geppertus* ‖

Íllum mi aequiúst quam me illi quaé uolo concédere.
CLE. Tú ecastor tibi, hómo, malam rem quaéris: subolet, séntio. 266
LY. Égo<ne>? CLE. Tu: nam quíd friguttis? quíd istuc tam cupidé cupis?
LY. V́t enim frugi séruo detur pótius quam seruo ímprobo.
CLE. Quíd si ego impetro átque exoro a uílico, causá mea
V́t eam illi permíttat? LY. Quid si ego aútem ab armigero ímpetro, 270
<V́t> eam illi permíttat? atque hóc credo impetrássere.
CLE. Cónuenit. uin tuís Chalinum huc éuocem uerbís foras?
Tú eum orato, ego aútem orabo uílicum. LY. Sané uolo.
CLE. Iam híc erit: nunc éxperiemur, nóstrum uter sit blándior.
LY. Hércules dique ístam perdant, quód nunc liceat dícere. 275
Égo discrucior míser amore, illa aútem quasi ob indústriam
Mi áduorsatur. súbolet hoc iam uxóri, quod ego máchinor:
Própter eam rem mágis armigero dát operam de indústria.

LYSIDAMVS. CHALINVS
SENEX SERVOS

LY. Quı íllum di omnes deaéque perdant. CHA. Te — úxor aiebát tua
Mé uocare. LY. Ego ením uocari iússi. CHA. Eloquere quíd uelis? 280

---

267. *add Ca* ‖ 270. permittat *vel* permittam ‖ 271. *add Guy* ‖ 272. Conueni tu uis (*vel* ius) tuis: *corr Geppertus* ‖ 276. autem illa: *corr B*² | industria ‖ 279. CHA. *add B² in spat* | *dist Sey* | alebat *vel* aiebat ‖ 280. iussit: *corr B*²

LY. Prímum ego te porréctiore frónte uolo mecúm loqui:
Stúltitiast ei te ésse tristem quoíus potestas plús potest.
†Pro bone frugi hominém iam pridem esse árbitror.
CHA. Intéllego. 283. 284
Quín, si ita arbitráre, emittis mé manu? LY. Quin íd uolo: 285
Séd nil est me cúpere factum, nísi tu factis ádiuuas.
CHA. Quíd uelis, modo íd uelim me scíre. LY. Ausculta, ego <é>loquar.
Cásinam ego uxorém promisi uílico nostró dare.
CHA. Át tua uxor fíliusque prómiserunt míhi. LY. Scio:
Séd utrum nunc tu caélibem te<d> ésse mauis líberum 290
Án maritum séruom aetatem dégere et gnatós tuos?
Óptio haec tuást: utram harum uís condicionem áccipe.
<CHA.> Líber si sim, meó periclo uíuam: nunc uiuó tuo.
Dé Casina certúmst concedere hómini nato némini.
LY. Íntro abi atque actútum uxorem huc éuoca ante aedís cito: 295
Ét sitellam huc técum efferto cúm aqua et sortis. CHA. Sátis placet.
LY. Égo pol istam iam áliquouorsum trágulam decídero.
Nám si sic nil ímpetrare pótero, saltem sórtiar.
Íbi ego te et suffrágatores tuós ulciscar. CHA. Attamen
Míhi obtinget sors. LY. Ýt quidem pol péreas cruciatú malo. 300
<CHA.> Míhi illa nubet: máchinare quídlubet quouís modo.
LY. Ábin hinc ab oculís? CHA. Inuitus mé uides: uiuám tamen.

---

281. porrectiorem | frontem *vel* fronte ‖ 282. LY. *praem.* B^2 | esset: *corr* B^2E^2 ‖ 287. miscere | *add Mue* ‖ 290. *add Bo* ‖ 292. LY. *praem. EV* ‖ 293. *add* B^2 ‖ 296. sitelam *vel* sitellam ‖ 298. potero *vel* potuero ‖ 299. CHA. *add* B^2 *in spat* ‖ 300. LY. B^2 *in spat:* CHA. *E* ‖ 301. *add* B^2 ‖

LY. Súmne ego miser homó? satin omnes <rés> sunt aduorsaé mihi?
Iám metuo, ne Olýmpionem méa uxor exoráuerit,
Né Casinam ducát. si id factumst, écce me nullúm senem. 305
Sí non impetráuit, specula étiam in sortitúst mihi.
Sí sors autem décolassit, gládium faciam cúlcitam
Eúmque incumbam. séd progreditur óptume eccum Olýmpio.

OLYMPIO. LYSIDAMVS
SERVOS SENEX

OL. Vna édepol opera in fúrnum calidum cóndito
Atque íbi torreto mé pro pane rúbido, 310
Era, qua ístuc opera a me ímpetres quod póstulas.
LY. Saluós sum: salua spés est, ut uerba aúdio.
OL. Quid tú me †uera líbertate térritas?
Quin sí tu nolis fíliusque etiám tuos,
Vobís inuitis átque amborum ingrátiis 315
Vná libella líber possum fíeri.
LY. Quid istúc est? quicum lítigas, Olýmpio?
OL. Cum eádem qua tu sémper. LY. Cum uxoré mea?
OL. Quam tú mi uxorem? quási uenator tú quidem es:
Dies átque noctes cúm cane aetatem éxigis. 320
LY. Quid agít? quid loquitur técum? | OL. Orat óbsecrat,
Ne Cásinam uxorem dúcam. LY. Quid tu póstea?
OL. Negáui enim ipsi mé concessurúm Ioui,
Si is mécum oraret. LY. Dí te seruassínt mihi.
OL. Nunc ín fermento tótast: ita turgét mihi. 325

---

305. casinam *vel* casiam ‖ 306. etiam specula: *trai Py* | in sortita sunt: *corr Ac* ‖ 307. decollassit *vel* decollasit ‖ 311. quam istam: *corr Brix* | opera *vel* operam ‖ 314. Quid: *corr Ac* ‖ 315. ingratus *vel* ingratiis ‖ 317. litigas *vel* ligatis ‖ 320. aetatem *vel* aetate ‖ 321. agit *vel* ait ‖ 322. casinam *vel* casiam ‖ 325. LY.: *corr B²* ‖

<LY.> Ego édepol illam médiam diruptám uelim.
OL. Credo édepol esse, síquidem tu frugí bonae's.
Verum édepol tua mihi ódiosast amátio:
Inimícast tua uxor míhi, inimicus fílius,
Inimíci familiáres. LY. Quid id refért tua? 330
Vnús tibi hic dum própitius sit Iúppiter,
Tu istós minutos cáue deos flocci féceris.
OL. Nugaé sunt istae mágnae: quasi tu néscias,
Repénte ut emoriántur humaní Ioues.
Sed tándem si tu Iúppiter sis [e]mórtuos, 335
Quom ad deós minoris rédierit regnúm tuom,
Quis míhi subueniet térgo aut capiti aut crúribus?
LY. Opínione mélius res tibi habét tua,
Si hoc ímpetramus, út ego cum Casiná cubem.
OL. Non hércle opinor pósse: ita uxor ácriter 340
Tua ínstat, ne mihi détur. LY. At ego síc agam:
Coníciam sortis ín sitellam et sórtiar
Tibi ét Chalino. | íta rem natam intéllego:
Necéssumst uorsis gládiis depugnárier.
OL. Quid sí sors aliter quám uoles euénerit? 345
LY. Benedíce: dis sum frétus, deos sperábimus.
OL. Non égo istuc uerbum | émpsim titiuillício:
Nam omnés mortales deís sunt freti: séd tamen
Vidi égo deis fretos saépe multos décipi.
<LY.> St, táce parum<per>. OL. Quíd uis? LY. Ec-
cum exít foras 350
Chalínus intus cúm sitella et sórtibus:
Nunc nós conlatis sígnis depugnábimus.

---

326. *add* B^2 | Edepol ego ‖ 332. minutos *vel* munitos ‖ 333. CHA.: *corr* B^2 ‖ 335. *del* *Ac* ‖ 337. subueniens ‖ 338. Opinionem eius: *corr* *Sarac* | habeat: *corr* *Ca* ‖ 341. instar: *corr* B^2 ‖ 344. Necessum est *vel* Necessu est (Necesse est *Philargyrius*) ‖ 346. sperauimus: *corr* *Dousa* ‖ 347. istuc *vel* istud | emissum *vel* emisim (empsi culem *Paulus*): *corr* *Ac* | tibi stalitio *vel* tit tibi stalitio: *corr* *ex Paulo* ‖ 349. dis fretos *vel* disertos | decipi *vel* decepi ‖ 350. S) *vel* St | parum (parum/// *B*): *suppl* *Ca* ‖ 352. conlatis *vel* consolatis | depugnauimus: *corr* B^2 ‖

CLEOSTRATA. CHALINVS. LYSIDAMVS. OLYMPIO
MVLIER SERVOS SENEX SERVOS

CLE. Fáce, Chaline, cértiorem mé, quid meus uir mé uelit.
CHA. Ílle edepol uidére ardentem te éxtra portam mórtuam.
CLE. Crédo ecastor uélle. ⟨CHA.⟩ At pol ego hau crédo, sed certó scio. 355
LY. Plús artificumst mí quam rebar: háriolum hunc habeó domi.
Quíd si propius áttollamus sígna eamusque óbuiam?
Séquere. quid uos ágitis? CHA. Adsunt quae ímperauisti ómnia:
V́xor, sortes, sítula atque egomet. OL. Te úno adest plus quam égo uolo.
CHA. Tíbi quidem edepol íta uidetur: stímulus ego nunc súm tibi: 360
Fódico corculum: ádsudascis iam éx metu, mastígia.
CLE. Táce, Chaline. ⟨OL.⟩ Cómprime istum. CHA. Ímmo ístunc qui didicít dare.
LY. Ádpone hic sitéllam, sortis cédo mihi: animum aduórtite.
Átqui ego censui áps te posse hoc me[cum] ímpetrare, uxór mea, 364
Cásina ut uxor míhi daretur, ét nunc etiam cénseo.
CLE. Tíbi daretur ílla? LY. Mihi enim — ah — nón id uolui dícere:
Dúm 'mihi' uolui, 'huic' díxi atque adeo míhi dum cupio — pérperam

---

Pers. notas in h. sc. om plerumque B^1EV, *add* B^2 ‖ 353. certiorem equide (*vel* equidem) ‖ 354. metuam: *corr Ri* ‖ 355. Credo *vel* Crede | uelle *vel* uellem | *add Pareus* (*post* ego *habet* B^2) | hau *vel* haud ‖ 356. habeo *vel* abeo ‖ 357. attulamus *legisse Diomedem Schoellii coniectura est* | famusque: *corr* B^2 ‖ 358. impetrauisti: *corr* B^2 ‖ 359. LY.: *corr Ladewigius* ‖ 361. Eo dico: *corr Bent* | adsudasis: *corr* B^2 ‖ 362. *add Ac* | istunc: *corr Py* | OL. | quid dicit: *corr Lipsius* ‖ 363. aduortite *vel* aduorte ‖ 364. Atque: *corr Pius* | *del Lamb* ‖

Iám dudum hercle fábulor. CLE. Pol tú quidem, atque etiám facis.
LY. Huíc — immo hercle míhi — uah, tandem rédii uix ueram ín uiam.
CLE. Pér pol saepe péccas. LY. Ita fit, úbi quid tanto opere éxpetas. 370
Séd te uterque tuó pro iure ego átque hic oramús. CLE. Quid est?
LY. Dícam enim, mea múlsa: de istac Cásina huic nostro uílico
Grátiam faciás. CLE. At pol ego néc facio neque cénseo.
<LY.> Tum ígitur ego sortís utrimque iám ⏑ – ⏑ CLE. Quís uotat?
LY. Óptumum atque aequíssumum istud ésse iure iúdico. 375
Póstremo <si> illúc quod uolumus éueniet, gaudébimus:
Sín secus, patiémur animis aéquis. tene sortém tibi:
Víde quid scriptumst. OL. Ýnum. CHA. Iniquomst, quía isti †prius quám mihist.
LY. Áccipe hanc sis. CHA. Cédo. mane: unum uénit in mentém modo.
Víde, nequa illic ínsit alia sórtis sub aqua. LY. Vérbero,
Mén te censes ésse? CLE. Nullast: hábe quietum animúm modo. 381
OL. Quód bonum atque fórtunatum [tuum] sít mihi. CHA. Magnúm malum.
OL. Tíbi quidem edepol, crédo, eueniet: nóui pietatém tuam.
Séd mane dum: num ista aút populna sórs aut abiegnást tua?

369. redi | uix ueram *vel* uixeram ‖ 371. atque ego: *trai Ca* ‖ 373. neque facio: *corr Bent* ‖ 376. *versum solus B² in marg. habet* | *add Ca* ‖ 378. scriptum: *corr B²* | iniquum (*vel* inicus) est ‖ 380. sit *vel* sint: *corr B² cum Prisciano* | alias oris *vel* alia sors: *corr ex Prisciano* ‖ 381. censes *vel* cesses | quae tum: *corr B²* ‖ 382. Quid: *corr Ca* | *del Guy* ‖ 384. ne dum: *corr ex Prisciano* | istaec *Priscianus* | abiegnas: *corr B² cum Prisciano* ‖

CHA. Quíd tu id curas? OL. Quía enim metuo, né
in aqua summá natet. 385
†LY. Auge caue. conícite sortis núnciam am[a]bo huc.
éccere:
V́xor, aequa. OL. Nóli uxori crédere. LY. Habe animúm bonum.
OL. Crédo hercle, hodie déuo⟨ta⟩bit sórtis, si attigerít.
LY. Tace.
OL. Táceo: deos quaeso — CHA. V́t quidem tu hodié
canem et furcám feras.
OL. Míhi ut sortito euéniat, — ⟨CHA.⟩ Vt quidem
hércle pedibus péndeas. 390
OL. Át tu ut oculos émungare ex cápite per nasúm tuos.
⟨CHA.⟩ Quíd times? parátum oportet ésse iam laqueúm
tibi.
OL. Périisti. LY. Animum aduórtite am[a]bo. OL. Táceo. LY. Nunc tu, Cleóstrata,
Ne á me memores málitiose de hác re factum aut súspices,
Tíbi permitto: túte sorti. OL. Pérdis me. CHA. †Lucrum facit. 395
CLE. Béne facis. CHA. Deos quaéso, ut tua sors éx
sitella effúgerit.
OL. Aín tu? quia tute és fugitiuos, ómnis te imitarí
cupis?
⟨CHA.⟩ V́tinam tua quidém †sicut Herculei praédicant
†Quondam prognatis ista in sortiendo sors delíquerit.
OL. Tú ut liquescas ípse, actutum uírgis calefactábere. 400
LY. Hóc age sis, Olýmpio. OL. Si hic lítteratus mé
sinat.

---

386. Æuge *corr* B^2 | *del Pius* | ⌗ eccere *B* ‖ 388. *add ex J* ‖ 389. Aut quidem: *corr* B^2E^2 ‖ 390. sortitio: *corr Spengelius* | *add Gru duce Ac* ‖ 391. CHA. ‖ 392. *add Bo* ‖ 393. Peristi | *del Pius e cod.* ‖ 394. suspicere *vel* suscipere: *corr Py* ‖ 399. ista *om Nonius* | sors deliquerit *vel* sordeliquerit ‖ 400. CHA.: *corr Vss* | calefacta uere: *corr* B^2 ‖

LY. Quód bonum atque fórtunatum míhi sit. OL. Ita uero, ét mihi.
CHA. Nón. <OL.> Immo hercle. CHA. Immó mihi hercle. CLE. Hic uíncet, tu uiués miser.
<LY.> Pércide os tu illi ódio: age, ecquid fít? CLE. <Ca>ue obiexís manum.
OL. Cómpressan palma án porrecta fério? LY. Age ut uis. <OL.> Ém tibi. 405
CLE. Quíd tibi istunc táctiost? OL. Quia Iúppiter iussít meus.
CLE. Féri malam ut ille †rursum. OL. Perii: púgnis caedor, Iúppiter.
LY. Quíd tibi tactio húnc fuit? CHA. Quia iússit haec Iunó mea.
LY. Pátiundumst, siquidém me uiuo mea úxor imperium éxhibet.
CLE. Tam huíc loqui [qui] licére oportet quam ísti. OL. Cur omén mihi 410
Vítuperat? LY. Maló, Chaline, tíbi cauendum cénseo.
CHA. Témperi, postquam óppugnatumst ós. LY. Age, uxor [mea], núnciam
Sórti: uos aduórtite animum. praé metu ubi sim néscio.
[OL.] Périi: cor lienósum, opinor, hábeo: iam[iam] dudúm salit.
Dé labore péctus tundit. CLE. Téneo sortem. LY. Ecfér foras. 415
CHA. Iámne mortuó's? OL. Ostende: meást. CHA. †Mala crucias quidem.
CLE. Víctus es, Chalíne. LY. Quom nos dí iuuere, Olýmpio,

---

402. mihi est: *corr Py* ‖ 403. *add Ac* | CLE. Immo mihi: *corr Ac* | hercle LY. ‖ 404. Praecide os: *corr Turnebus* | illi hodie: *corr Sey* | sit: *corr* B^2 | ne: *corr et add Bo* | oblexis: *corr Ca* ‖ 405. rem: *corr Brix* ‖ 409. imperium *vel* imperii ‖ 412. *del Bent* | iam nunc: *trai Ca* ‖ 413. praebe tu: *corr Pistoris* ‖ 414. *del Py* ‖ 416. mortuus: *corr Lamb* ‖ 417. diu uiuere: *corr Spengelius* ‖

Gaúdeo. OL. Pietáte factumst mea átque maiorúm meum.
LY. Intro abi, uxor, átque adorna núptias. CLE. Faciam út iubes.
LY. Scín tu rus hinc ésse ad uillam lónge quo ducát? CLE. Scio. 420
LY. Íntro abi: et quamquam hóc tibi aegrest, támen fac accurés. CLE. Licet.
LY. Eámus nos quoque íntro: hortemur, út properent. OL. Numquíd moror?
Nám praesente hoc plúra uerba ⟨fíeri⟩ non desídero.

CHALINVS
SERVOS

Si núnc me suspendám, meam operam lúserim
Et praéter operam réstim sumpti fécerim 425
Et meís inimicis uóluptatem creáuerim.
Quid ópus est, qui sic mórtuos †equidém tamen?
Sortí sum uictus: Cásina nubet uílico.
Atque íd non tam aegrest iám, uicisse uílicum,
Quam id éxpetiuisse ópere tam magnó senem, 430
Ne ea míhi daretur átque ut illi núberet.
Vt illé trepidabat, út festinabát miser,
Vt súbsultabat, póstquam uicit uílicus.
Attát, concedam huc: aúdio aperirí fores.
Mei béneuolentis átque ame⟨ici⟩ pródeunt. 435
Hinc éx insidiis hísce ego insidiás dabo.

---

418. meorum: *corr Py* ‖ 420. ruri esse: *corr Langenus* ‖ 422. hortamur *vel* ortamur: *corr* B^2 ‖ 423. *add Ca* ‖ 424. nunc *vel* ñ *vel* ne ‖ 433. susultabat ‖ 434. operiri *vel* opperiri | foras ‖ 435. Mihi: *corr Mue* | beneuolentis *vel* bene uolenti | *add Gul et Ac* ‖ 436. hic ego: *corr Ca* ‖

OLYMPIO. LYSIDAMVS. CHALINVS
SERVOS SENEX SERVOS

OL. Sine módo rus [e]ueniat: égo remittam ad té uirum
Cum fúrca in urbem támquam carbonárium.
LY. Ita fíeri oportet. OL. Fáctum et curatúm dabo.
LY. Voluí Chalinum, sí domi esset, míttere 440
Tecum óbsonatum, ut étiam in maerore ínsuper
Inimíco nostro míseriam hanc adiúngerem.
CHA. Recéssim cedam ad párietem: imitabór nepam:
Captándust horum clánculum sermó mihi.
Nam illórum me alter crúciat, alter mácerat. 445
At cándidatus cédit hic mastígia,
Stimulórum loculi. prótollo mortém mihi:
Certúmst, hunc Acherúntem praemittám prius.
OL. Vt tíbi ego inuentus sum óbsequens. quod máxume
Cupiébas, eius cópiam fecí tibi: 450
Erit hódie tecum quód amas clam uxorém. LY. †Tace:
Ita mé di bene ament, út ego uix reprimó labra,
Ob istánc rem quin te deósculer, uoluptás mea.
CHA. Quid, deósculer<e>? quaé res? quae uoluptás tua?
†Ecfodere hercle hic uolt, credo, uesicam uílico. 455
OL. Ecquíd amas nunc me? LY. Immo édepol me quam té minus.
Licétne amplecti té? CHA. Quid, 'amplectí'? OL. Licet.
LY. Vt, quía te tango, mél mihi uideor língere.
OL. Vltró te, amator, ápage te a dorsó meo.
<CHA.> Illúc est, illuc, quód hic hunc fecit uílicum. 460
Et idém me pridem, quóm ei aduorsum uéneram,
Facere átriensem uóluerat sub iánua.
OL. Vt tíbi morigerus hódie, ut uoluptatí fui.
LY. Vt tíbi, dum uiuam, béne uelim plus quám mihi.
CHA. Hodie hércle, opinor, hí conturbabúnt pedes: 465

Personas in hac sc. in marg. scr. B^2 ‖ 437. *del Ca* ‖ 443. Retrouorsum *Nonius* | dabo me ad parietem *Festus* ‖ 454. *add Meursius* ‖ 456. Ecquis: *corr* B^2 ‖ 465. iis: *corr Lamb cum J* ‖

Solet híc barbatos sáne sectarí senex.
LY. Vt ego hódie Casinam deósculabor, út mihi
Bona múlta faciam ⟨clám⟩ meam uxorem. CHA. Át-
tatae.
Nunc pól ego demum in réctam redii sémitam:
Hic ípsus Casinam déperit. habeó uiros. 470
⟨LY.⟩ Iam hercle ámplexari, iam ósculari géstio.
OL. Sine prı́us deduci. quíd, malum, properás? LY.
Amo.
OL. At nón, opinor, fíeri hoc posse hodié. LY. Potest,
Siquidém cras censes té posse emittí manu.
CHA. Enim uéro huc aures mágis sunt adhibendaé
mihi: 475
Iam ego úno in saltu lépide apros capiám duos.
LY. Apud húnc sodalem meum átque uicinúm mihi
Locus ést paratus: eí ego amorem omném meum
Concrédui, is mihi sé locum dixít dare.
OL. Quid éius uxor? úbi erit? LY. Lepide répperi:
Mea uxór uocabit húc eam ad se in núptias, 481
Vt híc sit secum, se ádiuuet, secúm cubet.
Ego iússi, et dixit sé facturam uxór mea.
Illa híc cubabit, [si] uír ab[i]erit faxó domo.
Tu rús uxorem dúces: id rus híc erit, 485
Tantísper dum ego cum Cásina faciam núptias:
Hinc tu ánte lucem rús cras duces póstea.
Satin ástu[te]? OL. Docte. CHA. Áge modo, fabri-
cámini:
Malo hércle uostro tám uorsuti uíuitis.
LY. Scin quíd nunc facias? OL. Lóquere. LY. Tene
marsúppium. 490
Abi átque obsona, própera: sed lepidé uolo,

---

466. sectari senex *vel* senex sectari ‖ 468. *add Pius* | attate. CHA.: *corr B²* ‖ 470 *sq.* LY. abeo Viros iam: *corr Py duce Pio* ‖ 472. prius *vel* pius | properas *vel* operas ‖ 474. posse Mitti manu *vel* posse Manumitti: *corr Ca* ‖ 478. omnem amorem: *trai Py* ‖ 482. adiuuet *vel* adiutet ‖ 484. hic *vel* huc | *del Ca* ‖ 485. hoc: *corr Gul* ‖ 488. at tute: *corr Bo* | OL. docte *add solus B²* ‖

Mollículas escas, út ipsa molliculást. OL. Licet.
LY. Emitó sepiolas, lópadas, loligúnculas,
Hordeías, — CHA. Immo tríticeias, sí sapis.
⟨LY.⟩ Soleás. ⟨CHA.⟩ Qui, quaeso, pótius quam scul-
póneas, 495
Quibus báttuatur tíbi os, senex nequíssume?
OL. Vin língulacas? LY. Quíd opust, quando uxór
domist?
Ea língulacast nóbis: nam numquám tacet.
OL. In ré praesenti ex cópia piscária
Consúlere quid emam pótero. LY. Aequom orás: abi[s].
Argénto parci nólo: obsonato ámpliter. 501
Nam míhi uicino hoc étiam conuentóst opus,
Vt quód mandaui cúret. OL. Iamne abeó? LY. Volo.
CHA. Tribus nón conduci póssum libertátibus,
Quin égo illis hodie cómparem magnúm malum 505
Quinque hánc omnem rem méae erae iam faciám palam.
Manufésto teneo in nóx⟨i⟩a inimicós meos.
Sed sí nunc facere uólt era officiúm suom,
Nostra ómnis lis est: púlcre praeuortár uiros.
Nostro ómine it diés: iam uicti uícimus. 510
Ibo íntro, ut id quod álius condiuít coquos
Ego núnc uicissim ut álio pacto cóndiam:
†Quod id quod paratumst, út paratum né siet,
Si[e]tque eí paratum quód paratum nón erat. 514

LYSIDAMVS. ALCESIMVS
SENES II

LY. Núnc amici⟨ne⟩ ánne inimici sís imago, Alcésime,
Míhi sciam: nunc spécimen specitur, núnc certamen
cérnitur.

---

493. Emito *vel* Emitto | lepidas: *corr Fl duce Ca* | lolligiungas: *corr ex Prisciano* ‖ 495. *add Ca* ‖ 496. babtuatur: *corr ex Fulgentio* ‖ 500. potero *solus B*² *in marg* | *del Ca* ‖ 507. *add Py* ‖ 509. Pulcra re: *corr Pius* ‖ 510. omine *vel* homine ‖ 513. Quod id *vel* Quo id ‖ 514. *del Py* ‖ 515. *add Ac* ‖

Cúr amem me cástigare, id pónito ad compéndium:
'Cáno capite, aetáte aliena' eo áddito ad compéndium.
'Quoí sit uxor', íd quoque illuc pónito ad compéndium.
AL. Míseriorem ego éx amore quám te uidi néminem.
LY. Fác uacent aedés. AL. Quin edepol séruos ancillás domo 521
Cértumst omnis míttere ad te. LY. Oh, nímium scite scítus es.
Séd facitodum mérula †per uersus quod cantát colas:
'Cúm cibo, cum quíqui facito ut uéniant, quasi eant Sútrium.'
AL. Méminero. ⟨LY.⟩ Em, nunc énim tu demum †nullo scito scítus es. 525
[LY.] Cúra, ego ad forúm modo ibo: iam híc ero. AL. Bene ámbula.
LY. Fác habeant linguám tuae aedes. AL. Quíd ita? LY. Quom ueniám, uocent.
AL. Áttatae, caedúndus tu homo's: nímias deliciás facis.
LY. Quíd me amare réfert, nisi sim dóctus ac dicáculus?
Séd tu caue in quaesítione míhi sis. AL. Vsque aderó domi. 530

---

517. Cura meme curam exime *vel* Curam exime: *corr Buechelerus duce Scal* ‖ 518. addito *vel* addita ‖ 522. Eho: *corr Sey* ‖ 523. merula per uersus quod *Festus.* merui aperuorsus quos *libri.* Maeoni aper uersus quos *membr. Turnebi* ‖ 524. cum suo cuique facito ueniant *Festus* ‖ 525. *add Ca* ‖ 526. *del Ca* ‖ 529. doctus dicax uiuus (*vel* dicas uiuis): *corr Kiesslingius* ‖ 530. inquisitione: *corr Buechelerus duce Valla* ‖

ACTVS III

CLEOSTRATA
MVLIER

Hóc erat ecastór [id], quod me uir tánto opere orabát meus,
Vt properarem arcéssere †hanc ád me uicinám meam:
Líberae aedes út sibi essent, Cásinam quo dedúcerent.
Núnc adeo nequáquam arcessam, ⟨né illis⟩ ignauíssumis
Líberi locí potestas sít uetulis uerbécibus. 535
Séd eccum | egreditúr senati cólumen, praesidiúm popli,
Méus uicinus, meó uiro qui líberum praehibét locum.
Nón ecastor uílis emptu'st módius qui uenít salis.

ALCESIMVS. CLEOSTRATA
SENEX MVLIER

AL. Míror huc iam nón arcessi in próxumum uxorém meam,
Quaé iam dudum, si árcessatur, órnata exspectát domi.
Séd eccam: opino[r] arcéssit. salue Cleóstrata. CLE. Et tu, Alcésime. 541
Vbi tua uxor? AL. Íntus illa té, si se arcessás, manet:
Nám tuos uir me oráuit, ut eam isto ád te adiutum mítterem.

---

531. 532. *inverso ordine libri: trai Brix* ‖ 531. *del Ca* | tanto opere *vel* tantopere ‖ 533. deduceret *vel* deducerent ‖ 534. *add Kochius* ‖ 535. uitulis ueruecibus ‖ 536. POPL-: populi ‖ 537. PRAEHIBET: praebet ‖ 538. EMPTVS: emptus est (*corr Lamb*) ‖ 539. MIROR: miro (*corr B*[2]) ‖ 540. DVDVMSIARCESSATVROR***A: dudum si arcessatur ornata *vel* si arcessatur dudum ornata ‖ 541. *del Bo* | ARCESSIT: accersit ‖ 542. ILLAM ‖ 543. istuc *libri cum A*: *corr Spengelius* | MITTERET ‖

Vín uocem? CLE. Sine eám: te nolo, si óccupatast.
AL. Ótiumst.
CLE. Níl moror: molésta ei esse nólo: post conuénero.
AL. Nón ornatis ísti apud uos núptias? CLE. Orno
ét paro. 546
AL. Nón ergo opus est ádiutrice? CLE. Sátis domist:
ubi núptiae
Fúerint, tum istam cónuenibo. núnc uale atque istánc
iube.
AL. Quíd ego nunc faciám? flagitium máxumum fecí
miser
Própter operam illíus irqui †improbi edéntuli, 550
Qui hóc mihi contráxit. operam uxóris polliceór foras
Quási catillatúm. flagitium hóminis, qui dixít mihi
Suam úxorem hanc arcéssituram esse: éa se eam negat
morárier.
Átque edepol mirúm ni subolet iam hóc huic uicinaé
meae.
Vérum autem altrouórsum quom eam mécum rationém
puto, 555
Síquid eius ésset, esset mécum postulátio.
[CLE.] Íbo intro, ut subdúcam nauim rúsum in pul-
uinária.
<CLE.> Iám hic est lepide lúdificatus. míseri ut festi-
nánt senes.
Núnc ego illum nilí, decrepitum, meúm uirum ueniát
uelim,
Ýt eum ludificém uicissim, póstquam hunc delusi álte-
rum. 560
Nam égo aliquid contráhere cupio lítigi inter eós duos.
Séd eccum incedit: át quom aspicias trístem, frugi
cénseas.

---

544. SINEẸAMIỊNOLO: sine nolo: *correximus* ‖ 546. ISTI: istic | UOS: uos *vel* nos ‖ 548. ATQ·ISTANC: atque istam ‖ 555. altrouersum cum: ALTEROUORSUMQUO | RATIONEM: ratione ‖ 556. ESSETESSET: esset ‖ 557. *del Salmasius* | NAUEM | RUSUM: rursum | PULUINARIA: puluinarium ‖ 558. *add Salmasius* ‖

LYSIDAMVS. CLEOSTRATA
SENEX MVLIER

LY. Stultítia magnast meá quidem senténtia,
†Hominem amatorem ullum ád forum procédere
In eúm diem, quo[i] quód amet in mundó siet: 565
Sicút ego feci stúltus. Contriuí diem,
Dum asto áduocatus quoídam cognató meo.
Quem hercle égo litem adeo pérdidisse gaúdeo,
Ne mé nequiquam síbi hodie aduocáuerit.
Nam meó quidem animo, qui áduocatos áduocet, 570
Rogitáre oportet príus et ⟨per⟩contárier,
Adsítne ei animus nécne ⟨ei⟩ adsit quem áduocet.
Si néget adesse, exánimatum amittát domum.
Sed uxórem ante aedis éccam. | ei miseró mihi:
Metuó, ne non sit súrda atque haec audíuerit. 575
CLE. Audíui ecastor cúm malo magnó tuo.
LY. Accédam propius. quíd agis, mea festíuitas?
CLE. Te ecástor praestolábar. LY. Iamne ornáta re[s e]st?
Iamne hánc traduxti huc ád nos uicinám tuam,
Quae te ádiutaret? CLE. Árcessiui ut iússeras: 580
Verum híc sodalis túos, amicus óptumus,
Nescíoquid se suffláuit uxorí suae:
Negáuit posse, quóniam arcesso, míttere.
LY. Vitiúm tibi istuc máxumumst: blandá's parum.
CLE. Non mátronarum offíciumst, sed meretrícium, 585
Virís alienis, mí uir, subblandírier.
I tu átque arcesse illam: égo intus quod factóst opus
Volo áccurare, mí uir. LY. Propera ergó. CLE. Licet.
Iam pól ego huic aliquem in péctus iniciám metum.
Misérrumum hodie ego húnc habebo amásium. 590

---

565. QUOI: cui (*corr Meursius*) | AMAT || 568. PERDIDISSE: perdidisse *vel* perdisse || 571. ETCONTARIER: et contarier *vel* et contrarier (*corr Py*) || 572. ADSITNE: At sitne *vel* Absit ne | *add Sey* || 573. EXANIMATUM: examinatum *vel* exanimatum || 578. *spat om A* | *del Pareus* || 579. huc ad: AD || 580. ARCESSIUI: accersiui || 585. MATRONARUMOFFICIUMST: matronarum parum est officium || 587. ACCERSE | FACTUST || 588. UIR⁑PROPERAERGO⁑LICET: uir propera ergo licet || 590. HODIEEGOHUNCHABEBO: hodie hunc ego habeo *vel* hodie hunc habeo ||

ALCESIMVS. LYSIDAMVS
SENES II

AL. Viso húc, amator si á foro rediít domum,
Qui me átque uxorem lúdificatust lárua.
Sed éccum ante aedis. ád te hercle ibam cómmodum
LY. Et hércle ego ad te. quíd ais, uir minumí preti?
Quid tíbi mandaui? quíd tecum orauí? AL. Quid est?
LY. Vt béne uociuas aédis fecistí mihi. 596
Vt tráduxisti huc ád nos uxorém tuam.
Satín propter te péreo ego atque occásio?
AL. Quin tú suspendis té? nempe tute díxeras
Tuam arcéssituram esse úxorem uxorém meam. 600
LY. Ergo árcessiuisse aít sese et dixísse te
Eam nón missurum. AL. Quín eapse ultró mihi
Negáuit eius óperam se morárier.
LY. Quin eápse me adlegáuit qui istam arcésserem.
AL. Quin níli facio. LY. Quín me perdis. AL. Quín benest. 605
LY. Quin étiam diu morábor. ⟨AL.⟩ Quin cupió tibi —
LY. Quin — ⟨AL.⟩ áliquid aegre fácere. ⟨LY.⟩ Quin faciám lubens.
Numquám tibi hodie 'quín' erit plus quám mihi.
⟨AL.⟩ Quin hércle di te pérdant postremó quidem.
LY. Quid núnc? missurun és ad me uxorém tuam?
AL. Ducás easque in máxumam malám crucem 611
†Cum hac, cum istac cumque amica etiam tua.
Abi et áliud cura: ego iám per hortum iússero
Meam istúc transire uxórem ad uxorém tuam.
LY. Nunc tú mihi amicus és in germanúm modum. 615

---

594. ET: At *vel* Atque | HERCLEEGO: ego hercle ‖ 596. UOCIUAS: uaciuas ‖ 599. SUSPENDIS: suspendes | nempe tute: NEM**UTE ‖ 600. ACCERSITURAM | UXOREMUXOREM: uxorem ‖ 601. accersiuisse *libri cum A* ‖ 602. MISSURUMQUIN | EAPSALTRO: ea (*vel* eam) ipsa ultro (*corr Bo*) ‖ 604. EAPSE: ea ipsa | accesserem (arceserem *B*) *libri cum A* ‖ 605. QUINNIHILI: Qui nihili: *corr* B^2 ‖ 606. *add Bo* ‖ 607. *add Bo* ‖ 609. *add Bo* ‖ 610. MISSURUNNE: missurus ne ‖ 613. ETALIQUID ‖

Qua ego húnc amorem mi ésse aui dicám datum?
†Aut quód ego umquam erga Vénerem inique fécerim:
†Quoi síc amanti mi óbuiam eueniúnt morae.
Attat,
Quid illúc clamoris, ópsecro, in nostrást domo? 620

PARDALISCA. LYSIDAMVS
ANCILLA SENEX

PAR. Núlla sum, núlla sum: tóta, tota óccidi.
Cór metu mórtuomst, mémbra miseraé tremunt:
Néscio unde aúxili praésidi pérfugi
Mi aút opum cópiam cómparem aut éxpetam.
Tánta factú modo míra mirís modis 625
Intus uidí, nouam atque íntegram audáciam.
Cáue tibi, Cleóstrata, apscéde ab ista, ópsecro,
Néquid in té mali fáxit ira pércita.
Éripite istí gladium, quaé suist impos ánimi.
LY. Nám quid est, quod haéc huc timida atque éxanimata exsíluit? 630
Párdalisca. PAR. Périi: unde meae usúrpant aures sónitum?
LY. Réspice modo ad me. PAR. O ére mi — LY. Quid tibíst? quid timida's? PAR. Périi.
LY. Quíd, peristi? PAR. Périi: et tu perísti. LY. Ah, perii? quíd ita?
PAR. Vaé tibi. LY. Immo uaé tibi sit. PAR. Né cadam, amabo, téne me.
LY. Quícquid est elóquere mihi citó. PAR. †Contine pectus: 635. 636

---

616. QUA: Qua *vel* Quia | AUI: aut || 618. CUISIC: Cui sic tot | EUENIUNT: eueniant || 620. NOSTRASTDOMO: nostra domo est || 625. factis *libri cum A: corr Scioppius* | MIRIS: ueris || 627. APSEDE || 630. EXSILIUIT: exiluit foras || 631. PARDALISCA: Pardilisca | PERI *ut vid.* | SONUM || 632. OHEREMI: ere mi | PERI || 633. QUI | TUPERIS**APERI (*vix* ‡PERI): tu periisti LY. Aperi: *corr Geppertus* | ‡QUIDITA: quid tibi || 633. NECADAMAMABO: nec ad amabo || 634. IMMOUAE: Immo istuc || 635. 636. LOQUERE ||

Face uéntum, amabo, pállio. LY. Timeo hóc negoti quíd siet, 637. 638
Nisi haéc meraco se úspiam percússit flore Líberi. 639. 640
PAR. Óptine aurís, amabo. LY. I ín malam a mé crucem.
Péctus aurís caput téque di pérduint.
Nám nisi ex té scio quícquid hoc ést cito, hoc
Iám tibi istuc cerebrúm dispercutiam, éxcetra tu,
Lúdibrio, pessúma, adhuc quae me habuísti. 645
PAR. Ere mí. LY. Quid uis, mea tu áncilla?
PAR. Nimiúm saeuis. LY. Numeró dicis.
Sed hóc quicquid ést eloquere, ín pauca cónfer:
Quid íntus tumúlti fuít? PAR. Scibis, aúdi.
Malúm pessumúmque hic modo íntus apud nos 650
Tua áncilla hoc pácto exordíri coepit,
Quod haúd Atticám condecét disciplínam.
LY. Quid ést id? PAR. Timór praepedít dicta línguae.
LY. Possúm scire ego ístuc ex té? quid negótist? PAR. †Dicam.
Tua áncilla, quám tu tuó uilicó uis 655
Dare úxorem, ea íntus — LY. Quid íntus? quid ést?
PAR. Imitátur malárum malám disciplínam,
Viró quae suo ínterminátur uitam.
LY. Quid érgo? PAR. Ah. LY. Quid ést? PAR. †Interemere ait uelle uitam.
Gladium — LY. Hém. PAR. Gladium — LY. Quid eúm gladium? 660
PAR. Habet. LY. Eí misero mihi: cúr eum habet?

---

637. 638. FAC | NEGOTIQUIDSIET: negotium quid est || 639. 640. MERACOSE: mera glose (meraclo se *membr. Turn.*) | PERCUSSIT: percursit | LIBERI: libico || 641. IINMALAMAME: In (*vel* I in) malam || 643. HOCESTCITOHOC: hoc scito || 644. DISPERCUTIAM: dispercuciam *vel* dispertiam | EXCITRATU: execrata || 646. 647. *contr A* | MEAṬỤ (*vix* ṂẸ): mea | NUME*O, *ut vid.*: Num ero: *corr ex Festo Valla* || 648. ELOQUERE: loquere | CONFER: refer || 652. ATTICA || 654. POSSUM: Quid est possum | *dist Schoe* | negotii est: *EGOTIESṬ || 655. TUTUO: tuo || 658. QUAESUO: suo quae | INTERMINẠTUR (*vix* -ẸTUR) || 660. GLADIUMHEM ||

Inséctatur ómnis domí per aedis
Nec quémquam prope ád se<se> sínit adire:
Ita ómnis sub árcis, sub léctis laténtes
Metú mussitánt. LY. Occidi átque interii. 665
Quid ílli<c> obiéctumst malí tam repénte?
PAR. Insánit. LY. Sceléstissumúm me esse crédo.
PAR. Immó si sciás dicta quaé dixit hódie.
LY. Istúc expetó scire: quíd dixit? PAR. Aúdi.
Per ómnis deós et deás deieráuit 670
Occísurum eam hác nocte quícum cubáret.
LY. Men óccidet? PAR. Án quippiam ád te at-tinét? LY. Vah.
PAR. Quid cúm ea negóti tibíst? LY. Peccaui: ílluc
Dícere uilicúm uolebam.
PAR. Sciéns de uia ín semitám degredíre. 675
LY. Num quíd mihi minátur? PAR. Tibi ínfesta sólist
Plús quam quoiquam. LY. Quam ób rem? PAR. Quia se dés uxorem Olýmpioni:
Neque se tuam nec suam neque uiri uitam sinere 678. 679
In crastinum protolli: id huc missa sum tibi ut dicerem, 680. 681
Ab ea ut caueas tibi. LY. Perii hercle ego miser. PAR. Dig<nu's t>u. 682. 683
LY. Neque ést neque fuít me senéx quisquam amátor
Adaéque misér. PAR. Ludo ego húnc facete: 685
Nam quaé facta díxi, omnia huíc falsa díxi.
Era átque haec dolum éx proxumo húnc protulérunt:
Ego húc missa súm ludere. LY. Heús, Pardalísca.

---

663. *add Bo* ‖ 666. *add Spengelius* | MALITAM: malitiam ‖ 669. EXPETO: expeto *vel* expecto ‖ 670. DELERAUITSE: deiurauit: *corr Bent* ‖ 671. occisurum: OCCISURAM ‖ 672. MEN: Me ‖ 673 *sq. tribus versibus comprehendit A* (QUID, NEGOTI, ILLUD) | ILLUD ‖ 675. degredere *libri cum A, ut vid.*: *corr Bent* ‖ 676. NAM ‖ 678—684. *cf ad Bacch* 617 ‖ 678. 679. NECSUAM: nec se suam | SINEREIN: sin (in *proximo versui tribuimus*) ‖ 680. 681. *cf.* 678. 679 | TIBIUTDICEREM, *ut vid.*: tibi ut di (dicam B^2) ‖ 682. 683. DIG****U: *om reliqui: suppl Schoe* ‖ 688. HUNC, *ut vid.* ‖

<PAR.> Quid ést? LY. Est — PAR. Quid? LY. Ést,
quod uolo éxquirere éx te.
PAR. Moram óffers mihi. LY. Át tu mihi óffers maerórem. 690
Sed étiamne habét nunc †Casina gladium?
PAR. Habét, sed duós. LY. Quid, duós? PAR. Alteró te
Occísurum aít, alteró uilicum hódie.
LY. Occísissumús sum omniúm qui uiuont.
Lorícam induám: mi optumum ésse opinor. 695
Quid úxor †mea? non adiít atque adémit?
PAR. Nemo aúdet prope áccedere. LY. Éxoret. PAR. Órat:
Negát ponere álio modo úllo profécto,
Nisí se sciát uilicó non datum íri.
LY. Atqui íngratiís quoi non uólt nubet hódie: 700
Nam cúr non ego íd perpetrém quod coepi,
Vt núbat mihi — íllud quidém †dicere uolébam:
Nostró uilicó. PAR. †Saepiuscule, peccas.
LY. Timór praepedít uerba. uérum, obsecró te,
Dic me úxorem oráre, ut exóret illam: 705
Gládium ut ponat ét redire me íntro ut liceat. PAR. Núntiabo.
LY. Ét tu orato. PAR. Et ego órabo. LY. At blande órato ut solés. sed audin?
Si efféxis hoc, soleás tibi 708. 709
Dabo et ánulum in digito aúreum et bona plúruma. 710. 711. 712

---

689. PAR. Est. LY. | Quid? PAR. est Quod: QUIDEST‡QUOD *vel* QUID‡ESTQUOD | EXTE: ate ‖ 691. SED *versui* 690 *adhaeret* ‖ 693. OCCISURAM ‖ 696. ADIT | ADEMIT: adimit ‖ 699. NISI: Ni ‖ 700. ATQUỊ: Atque | INGRATIIS: ingratis | quia *libri cum A: corr Pistoris* ‖ 701. nam cur: ṆỤṂQUAM ‖ 702. DICEREUOLEBAM: uolebam non sed ‖ 703. PAR.] *spat om A, ut vid.* | saepicule *libri cum A, ut vid.: corr ex gloss. Plaut. et Prisc.* ‖ 704. OBSECROṬẸ: obsecro ‖ 707. LY.] *spat om A, ut vid.* | AUDI ‖ 708—712. *duo sunt in AB versus, quorum posterior ab* Anulum *incipit* (*sed* Et bona) ‖

PAR. Operám dabo. LY. Face ut ímpetres. 713. 714
PAR. Eo núnciam, nisi quíppiam remoráre me. LY.
Abi et cúra. 718
Redit éccum tandem opsónatu meus ádiutor: pompám
ducit.

OLYMPIO. LYSIDAMVS. CITRIO
SERVOS SENEX COQVOS

OL. Vide, fúr, ut sentis súb signis ducás. CI. Qui
uero hi súnt sentis? 720
OL. Quia quód tetigere, ilíco rapiunt: si eás ereptum,
ilíco scindunt.
Ita quóquo adueniunt, úbi ubi sunt, duplicí damno do-
minós multant.
<CI.> Heia. OL. Áttat, cesso mágnufice patricéque ami-
cirier átque
Ita eró meo ire aduórsum?
LY. Bone uír, salue. OL. Fateór. LY. Quid fit? OL.
Tu amás, ego essurio et sítio. 725
LY. Lepide éxcuratus [in]céssisti. OL. Aha, hódie *
* * * * lus.
LY. Mane uéro, quamquam fástidis. OL. Fy fý, foetet
tuos míhi sermo.
LY. Quae rés? OL. Haec res. LY. Etiámne adstas? OL.
Enim uéro *πράγματά μοι παρέχεις*.

713—718. *in sex iambicas dipodias dispescit A: in B duo sunt v. quorum alter a* Nisi *incipit* ‖ 715—717. Eo *vel* Ed | re-memorare ‖ 719. PAR. *praem.* B^2 | Redit *vel* Reddit | OPSONATUMEUS: opsonatũ eius | DUCIT: dicit (*corr* B^2) ‖ CITRIO: COCI ‖ 720. SIGNIS: signum | *Pers. add. Sarac: spat libri* | QUID | HISUNT: sunt | SENTIS: sentes ‖ 721. SCIDUNT ‖ 722. QUOQUO: quo quo *vel* epio quo | DOMINOS: B^2 *in marg. supplet omissum a reliquis* | MULTANṬ ‖ 723. *add Sarac* | OL. *add Sarac: spat A* | PATRICIEQUE | AMICIRIERATQ·: amiceque ‖ 724. ITAEROMEOIRE: ita ero meo ire *vel* ita enim uero meo ac ire ‖ 725. ṚẸSURIO: esurio ‖ 726. *del Mue* | AHAHODIE————ḶỤS: Aha hodie *cum lac* ‖ 727. Ey ey: [ede]POL, *ut vid: corr Spengelius* ‖ 728. res ⌗ Etiam-

LY. Dabó tibi *μέγα κακόν*, ut
Ego opínor, nisi resístis. 730
OL. Ὦ Ζεῦ, potin a me⟨d⟩ ábeas,
Nisí me uis uomere hódie?
LY. Mané. OL. Quid est? quis hic ést homo?
LY. Erus súm. OL. Quis erus? LY. Quoius
tú seruo's. 734
OL. Seruós? ego? LY. Atque meus. OL. Non
sum égo liber? 735. 736
Meménto, meménto. LY. Mane átque asta. OL.
Omítte.
LY. Seruós sum tuós. OL. Optumést. LY. Opse-
cró te,
Olýmpisce mí, mi patér, mi patróne. OL. Em,
Sapis sáne. 740a
LY. Tuos sum équidem. 740b
OL. Quid míhi opust seruo tám nequam?
LY. Quid núnc? quam mox recreás me?
OL. Cená modo si sit cócta.
LY. Hisce érgo abeant. OL. Properé, Cit⟨ri⟩o, intro
ite ét cito deproperáte. 744.745
Ego iam íntus ero: facité
Cenám mihi ut ebria sít.
Séd lepidé nitidéque uoló: níl moror bárbaricó bliteó.
Stasne étiam? i sis. ⟨LY.⟩ Ego hic hábeo.
⟨OL.⟩ Númquid est céterum quód morae siét? 750

---

ne: RESETIAMNE | *ΠΡΑΓΜΑΤΑΜΟΙΠΑΡΕΧΕΙΣ*: pragmata Meo acacon ⌗ moe parechis *vel* pragmata moe parechis ‖ 729—732. *sex versiculos praebet A* (Dabo, *Μέγα*, Vt ego, Potin, Nisi, Vomire) ‖ 729. DABOTIBI *et* ΜΕΓΑΚΑΚΟΝ: dabo Meo acacon (*vel* Me cacacon) ‖ 731. *add Schoe* ‖ 732. me uis: MEUS | UOMIRE ‖ 733. ESTHOMO: homo est ‖ 734—736. *Ita B: A uno versu comprendit* ‖ 734. QUIS: Quis *vel* Qui ‖ 738. OPSECROTE: obsecro ‖ 739. OLYMPICEMIPATER | PATRONEEM ‖ 741. OPUSTSERUO: seruo opus est ‖ 744. 745. HISCEERGO: ergo *cum lac* | ABEANT: habeant | *addidimus* | PROPERATE ‖ 746. EGOIAM: Iam *cum lac* ‖ 747. cenam: CENA | SIT: est ‖ 748. SEDLEPIDE: lepide *cum lac* | BLITEO: ritu ‖ 749. 750. *contr A* ‖ 749. STASNE: ne *cum lac* | *add Ca* | HABEO: habito ‖ 750. *add Ca* | MORAESIET: morae sit ‖

⟨LY.⟩ Gladiúm Casinam intus habére ait,
Qui me átque te interimát.
⟨OL.⟩ Scio. síc sine habere:
Nugás agunt: nóui 754[a]
Ego illás malas mérces. 754[b]
Quin tu í modo mecúm domum. LY. At pól malum metuo.
I tú modo: perspicitó prior quid íntus agatur. 756
OL. Tam míhi mea uita 757[a]
Tua quám tibi carast. 757[b]
[LY.] Verum í modo. LY. Si tú iubes, em, íbitur tecum.

ACTVS IV

PARDALISCA
ANCILLA

Nec pól ego Nemeae crédo neque ego Olýmpiae
Neque úsquam ludos tám festiuos fíeri 760
Quam hic íntus fiunt lúdi ludificábiles
Seni nóstro et nostro Olýmpioni uílico.
Omnés festinant íntus totis aédibus,
Senex ín culina clámat, hortatúr coquos:
'Quin ágitis hodie? quín datis, siquíd datis? 765
Properáte: cenam iam ésse coctam opórtuit.'
Vilícus is autem cúm corona cándide
Vestítus lautus éxornatusque ámbulat.

---

751. *add Ca* | GLADIUM: *lac* ‖ 752. INTERIMAT: inuitat ‖ 753. *add Ca* ‖ 755. 756. 758. *dipodias hypercatalecticas ut v.* 753 *sq.* 757 *(quos contr B) discribit A* ‖ 756. PRIOR: prius ‖ 757[a]. TAM: Iam ‖ 757[b]. TUAQUAM: quam tua ‖ 758. LY. *et* OL.: *corr Sey* | IMODO: modo | EMIBITUR: inibitur ‖ 766. cenam iam: CENAM | OPORTUIT, *ut vid.*: oppo *cum lac* ‖ 767. IS: hic ‖ 768. LAUTUS: laute | AMBULAT: Ambulat *(reliqua versus parte omissa) B*, Ambulabat *VE* ‖

Illae aútem in cubiculo ármigerum exornánt duae,
Quem dént pro Casina núptum nostro uílico: 770
Sed nímium lepide díssimulant, quasi níl sciant
Fore húius quod futúrumst. digne autém coqui
Nimis lépide ei rei dant óperam, ne cenét senex:
Aulás peruortunt, ígnem restingúnt aqua:
Illárum oratu fáciunt. illae autém senem 775
Cupiúnt extrudere íncenatum ex aédibus,
Vt ípsae solae uéntres distendánt suos.
Noui égo illas ambestríces: corbitám cibi
Comésse possunt. séd aperitur óstium.

LYSIDAMVS. PARDALISCA
SENEX ANCILLA

LY. Si sápitis, uxor, uós tamen cenábitis, 780
Cena úbi erit cocta: | égo ruri cenáuero.
Nam nóuom maritum | ét nouam nuptám uolo
Rus prósequi — noui hóminum mores máleficos —
Nequís eam abripiat. fácite uostro animó uolup.
Sed próperate istum atque ístam actutum emíttere, 785
†Tandem út ueniamus lúci: | ego cras híc ero:
Cras hábuero, uxor, égo tamen conuíuium.
PAR. Fit, quód futurum díxi: incenatúm senem
Forás extrudunt múlieres. LY. Quid tu híc agis?
PAR. Ego eó quo me ipsa mísit. LY. Veron? PAR. Sério. 790

---

769. ILLAEAUTEMARMIGERUMILICO | EXORNANTDUAE: ornant *cum lac* ‖ 770. NOSTROUILICO: nostra *cum lac* ‖ 771. LEPIDE: ledi (pe *supra adscripsit* B^2) | QUASINIHILSCIANT: *om reliqui* ‖ 773. ei rei: EI ‖ 776. INCENATUM: incenam *vel* incenem ‖ 778. ambas estrices *libri cum A: corr Lomanus* | corbitant tibi: CORBITAM, *post quam vocem utrum exstiterit* CIBI *an initio sequentis versus dubium: corr Turnebus* ‖ 779. *****OM*SS**OSSUNT: Comes esse possunt: *corr Sarac* ‖ 784. ABRIPIAT: abripiat *vel* arripiat | UOLUP: uolupe ‖ 785. MITTERE ‖

LY. Quid híc speculare? PAR. Níl equidem speculór.
LY. Abi:
Tu hi[n]c cúnctas: intus álii festinánt. PAR. Eo.
LY. Abi hínc sis ergo, péssumarum péssuma.
Iamne ábiit illaec? dícere hic quiduís licet:
Qui amát, tamen hercle si ésurit, nullum ésurit. 795
Sed eccúm progreditur cúm corona et lámpade
Meus sócius compar, cómmaritus, uílicus.

OLYMPIO. LYSIDAMVS
SERVOS SENEX

OL. Áge, tibicen, dum íllam educunt húc nouam nuptám foras,
Suáui cantu cóncelebra omnem hanc pláteam †hymenaeó. Io,
Hýmen hymenaee, ó hymen. 800
LY. Quíd agis, mea salús? OL. Esurio hercle, átque adeo hau salúbriter.
LY. Át ego amo. OL. At ego hércle nili fácio: tibi amor pró cibost:
Míhi ieiunitáte iam dudum íntestina múrmurant.
LY. Nám quid illaec nunc tám diu intus rémorantur remelígines?
Quási ob industriám, quanto ego plus própero, procedít minus. 805
OL. †Quid si etiam si occéntem hymenaeum, síqui citius pródeant?

---

791. hic *B (et A?)* | SPECULORABI ‖ 792. *del Ac* ‖ 797. SOCIUS: socerus ‖ 799. PLATEAMHYMENAEO‖MIΩ: plateam himeneo Meio ‖ 800. hymen ae eo: HYMENAEO ‖ 801. HAUSALUBRITER: haud sitio ‖ 803. NIHILI: nihil | PROCIBOST: pericli ‖ 803. Mihi inanitate: MIHIIAMNUNITATE, *ut vid.: corr Schoe* | IANDUDUM | 804. REMORANTURREMILIGINES: remoratur *(corr ex Festo)* ‖ 805. PROCEDIT: tanto ‖ 806. QUIDSIETIAMSIOFFENDAM: Quid si etiam offendam: *ubi* occentem *Pius* | SIQUICITIUSPRODEANT: *lac* ‖

LY. Cénseo: et ego te ádiuuabo in núptiis commúnibus.
LY. OL. Hýmen, hymenaee, ó hymen.
LY. Périi hercle ego misér: dirrumpi cántando hymenaeúm licet,
Íllo morbo, quó dirrumpi cúpio, non est cópiae. 810
OL. Édepol, ne tu sí equos esses, ésses indomábilis.
LY. Quo árgumento? OL. Nímis tenax es. LY. Núm me expertu's úspiam?
OL. Dí melius faciánt. sed crepuit óstium: exitúr foras.
LY. Di hércle me cupiúnt seruatum. †iam óboluit Casinus procul.

PARDALISCA. ANCILLA **CHALINVS.** SERVOS **CLEOSTRATA** MVLIER
OLYMPIO. SERVOS **LYSIDAMVS** SENEX

PAR. Sensim †supera tolle limen pedes, mea noua nupta: 815. 816
Sóspes iter íncipe hoc; út uiro tuó
Sémper sis supérstes,
Tuaque út potior polléntia sit, uincásque uirum uictríxque sies. 819. 820
Tua uóx superet tuomque ímperium: uir té uestiat, tu uírum despolies. 821. 822
Noctúque et diu ut uiro súbdola sis,
Ópsecro meménto.
OL. Malo máxumo suo hercle ílico, ubi tántillum peccássit — 825

---

807. ADIUUABO: adiutabo ‖ 808. hymenaee o: HYMENAEO ‖ 809. PERI | DIRRUMPI: dirumpi | cantando hymenaeum: HYMENAEOCANTANDO ‖ 810. DIRRUMPI: dirumpi | COPIAE: copia ‖ 812. QUOD | expertus *libri cum A: corr Lamb* ‖ 813. EXIT ‖ 815. 816. SUPERATOLLE: super attolle | MEA: *om* ‖ 817. 818. INCIPE: incipere | UTI ‖ 819. 820. TUAQ·UT: Atque ut ‖ 821. 822. TUAUOX: *lac* | UIRTE: uirtute ‖ 823. NOCTUQ·ETDIU: et dui (*vel* diu) *cum lac* | SIS: sies ‖ 825. MALO: *lac* | TANTILLUM: tantulum ‖

LY. Tace. OL. Nón taceo. LY. Quae rés? OL. Malae
male mónstrant.
LY. Faciés tu | hanc rém mi ex paráta imparátam:
Id quaérunt uolúnt, haec ut ínfecta fáciant.
<CLE.> Age, Olýmpio, quando uís uxorem,
Áccipe hanc ab nóbis. 830
OL. Date érgo, datúrae si umquam éstis hodie uxórem.
LY. Abíte intro. CLE. Amábo, integrae átque imperítae huic
Impército. OL. Futúrumst.
Valete. LY. Ite iam, ite iam. CLE. Valete.
LY. Iamne ábscessit úxor? OL. Domíst: ne time.
LY. Eúax, 835
Nunc pól demum ego sum líber.
Meúm corculúm, melculúm, uerculum. OL. Heús tu,
Malo, sí sapis, cauébis:
Meast haec. LY. Scio: sed meus fructus est prior.
OL. Tene hánc lampadem. LY. Ímmo | ego hánc
tenébo. 840
Venus múltipotens, bona múlta mihi
Dedísti, huius quóm copiám mihi dedísti. o,
Corpúsculum málacum.
OL. Mea uxórcula — quaé res?
LY. Quid est? OL. Ínstitit plánta 845
[LY.] Quasi lúca bos. LY. Táce sis.
Nebula haúd est mollis aéque atque huius ést
†pectus.

---

826. TACE#: *lacuna* | MALEMALAEMONSTRANT: Mala male mala monstrat ‖ 827. FACIESTU: *lac* ‖ 828. IDUOLUNT ‖ 829. PAR. B^2: *corr Sey* ‖ 831. LY.: *corr Pistoris* | UXOREMMIHI ‖ 832. OL.: *corr Pistoris* | PAR.: *corr Sey* ‖ 833. IMPERCITO: impera cito: *corr* B^2 | LY.: *corr Pistoris* ‖ 834. *cf. ad Bacch* 617 | UALETE #ITE: ualete ite: *corr Dousa* | #ITE#IAMUALETE: ite iam ualete: *corr Dousa* ‖ 835. DOMIST#NETIME ‖ 837. MELCULUM: melliculum ‖ 838. SAPIES ‖ 839. *cf ad Bacch* 617 ‖ 840. EGOHANC: ego iam ‖ 841. MULTABONAMIHI: bonam uitam mihi: *corr Stud* | DEDISTI#O: dedisti ‖ 843. MALACUM: melliculum ‖ 845. INSISTIT | plantam *libri cum A: corr Fl* ‖ 846. *del Stud* | LUCABOS#TACESIS: Quasi iocabo ‖ 847. AEQ·ATQ·: atque | PECTUS: *lac* ‖

[OL.] Edepól papillam béllulam. OL. Ei miseró mihi.
LY. Quid est? OL. Péctus mi icit nón cubito,
uerum áriete.
LY. Quid tu érgo hanc, quaeso, tráctas tam durá
manu? 850
At míhi, qui belle hanc trácto, non uallúm facit.
OL. Vah. LY. Quíd negotist? OL. Ópsecro, ut
ualéntulast:
Paene éxposiuit cúbito. LY. Cubitum ergo íre uolt.
OL. Quin ímus ergo? LY. I, bélle belliátula.

ACTVS V

CLEOSTRATA. MYRRHINA. PARDALISCA
MVLIERES II ANCILLA

MY. Accéptae bene ét commode éximus íntus 855
Ludós uisere húc in uiám nuptiális.
Numquam écastor ullo dié risi adaéque
Neque hóc quod relícuomst plus rísuram opínor.
⟨PAR.⟩ Lúbet Chalinum quíd agat scire, nóuom nup-
tum cum nóuo marito.
MY. Nec fállaciam ástutiórem ullus fécit 860
Poéta atque ut haéc est fabré facta ab nóbis.
⟨CLE.⟩ Optúnso ore núnc peruelím progredíri
Senérn, quo senéx nequiór nullus uíuit.
Ne illum quidem nequiorem arbitror esse * * * * *
qui locum praebet illi 864. 865

---

848. *del Schoe* | BELLULAM‡EI: bellulam ei ‖ 849. MIHIICIT: mihi agit | UERUMARIETE: *lac* ‖ 850. DURAMA(NU), *ut vid: lac* ‖ 851. ỤẠ(*vel* ḄẸ)LLUMFACIT: *lac* ‖ 852. UAH: Vaha ‖ 853. EXPOSIUIT: exposiuit *vel* exposuit ‖ 854. QUINIMUS: Qui nimis | IBELLEBELLIATULA: Bella bellatula ‖ 855. MVL. *B*²: *corr Bo* ‖ 856. UIAM: uia ‖ 859. *add Schoe* ‖ 860. ASTULIOREM ‖ 862. *add Schoe* ‖ 864—872. *Fere nihil in A legi potest* ‖ 864. 865. Ne illum *vel* Ne ullum | arbitrare: *corr Merula* ‖

* * * * * * nunc praésidem
Volo híc, Pardalísca, esse: qui hínc exeát
Eum ut ludibrio habeas. PAR. Lubens
Fecero et solens.
* 870
* * * * spectato hinc omnia, intus quid agant.
* * * pone me amabo. MY. Et ibi audacius licet
Quaé uelis líbere próloqui. PAR. Tacé:
Vostrá foris crepuit.

OLYMPIO. SERVOS **CLEOSTRATA.** **MYRRHINA.** MVLIERES II

PARDALISCA ANCILLA

OL. Neque quó fugiam neque ubí lateam neque hoc dédecus quomodo célem 875
Scio: tántum erus atque ego flágitio superáuimus nuptiis nóstris.
Ita núnc pudeo atque ita núnc paueo atque ita inrídiculo sumus ámbo.
Sed ego ínsipiens noua núnc facio: pudet quém prius non puditămst umquam.
Operám date, dum mea fácta itero: est operaé pretium auribus áccipere:
Ita rídicula auditu íteratu ea súnt, quae ego intus túrbaui. 880
Vbi intro hánc nouam nuptam déduxi, rectá uia in conclaue ábduxi.

---

866. *duo versus A* ‖ 867. UOLOHICP *ab initio:* hic pardalisca *cum lac* ‖ 868. ut**dibrio: *corr B²* ‖ 870. *versu auctior A fuit evanido: om rel* ‖ 871. ectato: *corr B²* | intus quid *vel* intus quid intus ‖ 872. one: *corr B²* | MVL. *add B²* ‖ 873. UELIS: uis | PAR. *add B²* ‖ 874. UESTRA: nostra ‖ 876. ERUS: frus ‖ 877. INRIDICULO: ita inridiculum ‖ 878. PUDETQUEM: pudet que | PUDITUMSTUMQUAM: puditum umquam est ‖ 879. OPERAM: Opera | PRETIUMAURIBUS: auribus | ACCIPERE: accipere *vel* percipere ‖ 880. TURBAUI: tu ‖ 881. RECTAUIAINCONCLAUE: uia recta *(lac)* clauẽ ‖

Sed tám[en] tenebrae ibi erant [tam]quam ín puteo: 'dum
sénex abest, decumbe' ínquam.
Cónloco fúlcio móllio blándior,
Ýt prior quám senex núp * * *
Tárdus esse ílico coépi, quoniam * * 885
Respecto identidem ne senex * * * *
Ínlecebram stuprí principio eam sáuium posco * *
Reppulit mihi manum: neque enim dare sibi sauium
me siuit. 888. 889
Enim iám †magis iam ádpropero, 890
Magis iám lubet in Casinam ínruere:
Cupio íllam operam seni súrripere:
Forem obdó, ne senex me opprímeret.
<CLE.> Áge dum, tu adi hunc. PAR. Ópsecro, úbi
tua noua núptast?
<OL.> Perii hercle ego, manufesta res est. PAR. †Omnem in ordinem 895
Fateri ergo aequomst. quid intus agitur? quid agit
Casina? satin morigerast?
<OL.> Pudet dícere me.
<PAR. Me>mora órdine,
Vt occéperas.
<OL.> Pudet hércle. 900
<PAR.> Age, audacter * * * * *
<Postq>uám de<cu>buisti, índe uolo memoráre: quid
est factum *
<OL.> * flagitiumst. PAR. Cauebunt qui audierint faciant *

---

882. *del Spengelius* | INPUTEODUMSENEXAḌẸṢṬDECUMBEINQUAM: ****** nex abste decumbe in (*vel* decumbem) *** (nox *post* tamquam *add* B^2) ‖ 883. BLANDIOR: *lac* ‖ 887. Incelebram *vel* Incelebrem: *corr* B^2 ‖ 894. *add Schoe* | PAR.] ♯: *corr Schoe (item in sequentibus, ubi* CLE *vulg)* ‖ 895. *add Sarac* | est ♯ omnem *vel* est omnem ‖ 896. *ita B, nisi quod* Casina satin morigera est *sequentibus addit: cf ad Bacch* 617 | aegum: *corr Ca* | *ante* quid *spat B* ‖ 898—901. *Verba* *** mora — audacter *comprehendit B* ‖ 902. ***uam debuisti: *suppl Lamb* ‖

* * * * hoc magnus est. OL. Perdis. PAR. Quin tu pergis? OL. Vbi
* * * * us suptus porro * 905
<PAR.> Quid? OL. Babae. PAR. Quid? OL. Papae.
<PAR.> * * * * est? OL. Oh, erat maxumum:
* * * * haberet metui: id quaerere occepi * * *
Dum gládium quaero né habeat, * arripio * * capulum.
Séd quom cogitó, non habuit gládium: nam esset frígidus. 910
PAR. Éloquere. OL. At pudét. PAR. Núm radix fuít?
OL. Non fuit. PAR. Num cucumis? 912a
OL. Profecto hercle * * * non fuit quicquam holerum: 912b
Nísi quicquid erat, cálamitas profécto attigerat númquam:
Íta quicquid erat, gránde erat.
PAR. Quíd fit denique, édisserta. <OL.> Vbi †appello Casinam, inquit, 915. 916
Amabo, me<a> uxorcula, cur uirum tuom sic me spernis? 917. 918
†Nimis tu quidem hercle immerito
Meo mihi haec facis, quia mihi te expetiui. 920
†Illam haud uerbúm facit et saépit ueste id qui éstis.
Vbi illum saltum uideo opsaeptum, rogo ut altero * * †sin adire.
Volo, ut obuortam, cubitis im * * * * * * * *
Vllum muttit e * * * * * * * * * * * * * * *
Surgo, ut in eam in * * * * * * * * * * * * * 925
Atque illam in * * * * * * * * * * * * * *
<MY.> Perlepide narrat * * * * * * * * * * * *
<OL.> Sauium * * * * * * * * * * * * * * * *
Ita quasi saetis labra míhi conpungit barba * * *

909. arripio *vel* **arripio** ‖ 910. esse ‖ 929. labram ‖

Contínuo in genua ut ástiti, pectús mihi pedibus pér-
cutit. 930
Decído de lecto praécipes: subsílit, optundit ós mihi.
Indé foras tacitus prófugiens exeo <hó>c ornatu quó uides,
Vt sénex hoc eodem póculo quo egó bibi biberet.
PAR. Óptumest.
Sed ubist palliolum tuom? OL. Hic intus reliqui.
<PAR.> Quid nunc? satin lepide aditast uobis manus?
<OL.> Merito. 935
Sed concrepuerunt fores. num illa me nunc sequitur?

LYSIDAMVS. SENEX **OLYMPIO.** SERVOS **CLEOSTRATA.** MVLIER

MYRRHINA. MVLIER **PARDALISCA** ANCILLA

LY. Máxumo ego árdeo flágitió
Néc quid agám meis rébus sció,
Néc meam ut úxorem áspiciám
Cóntra oculís: ita dísperií. 940
<Óm>nia palam súnt probra:
Ómnibus modís óccidi misér.
* * * * * * * ita manufesto faucibus teneor.
* * * * * * quibus modis purgem scio me meae
uxori.
* * * * * * que expalliatus sum miser: 945
* * * * * * * <cla>ndestinae nuptiae.
* * * * * * * * * censeo
* * * * * * * * mi optumumst

---

930. genua astituti: *corr Sey* ‖ 931. preceps: *corr Sey* ‖ 932. praeficiens: *corr Redslobius* | sexeo | *add Palm* ‖ 933. PAR.] ⌗ *B. om. rel.: corr Schoe* ‖ 934—936. *cf ad Bacch* 617 ‖ 934. tuum *(spat.)* hic ‖ 935. *add Schoe* | addita est: *corr Ca* | *add Ac* ‖ 937—940. *Tribus versibus comprehendit B* (Maxumo, Nec meam, [Om]nia): *corr Sey* ‖ 941. nia *cum lac: suppl Ca* ‖ 944. faucibus *vel* facibus ‖ 946. n destine ‖

* * * * * intro ad uxorem [m]eam
Súfferamque eí meum térgum ob iniúriam. 950
Séd eequis est, quí homo munús uelit fúngier
Pró me? quid núnc agam?
Néscio, nisi ut ímprobos
Fámulos imiter ác domo
Fúgiam: nam nullást salus 955
Scápulis, si domum rédeo.
Nugas istic dicere licet: uapulo hercle ego inuitus tamen,
Etsí malum merui.
Hác dabo protinam ét fugiam. CLE. Heus, sta ílico, amator. 959. 960
LY. Óccidi, reuocór. quasi non aúdiam, abibo. 961. 962

CHALINVS. SERVOS **LYSIDAMVS.** SENEX **CLEOSTRATA** MVLIER
MYRRHINA. MVLIER **PARDALISCA.** ANCILLA **OLYMPIO** SERVOS

CHA. Ýbi tu's ⟨hic⟩ qui cólere mores Mássilienses póstulas?
Núnc tu si ueis súbigitare mé, probast occásio.
Rédi sis in cubículum. per⟨i⟩isti hércle: age, accede húc modo. 965
Núnc ego tecum aequom árbitrum extra cónsidium captáuero.

---

949. ea dux uxorem meam: *suppl ex Nonio et del Sey* ‖ 950. riam *cum lac*: *suppl ex Nonio Sey (ubi* sufferamque et: *corr Mercerus)* ‖ 951—956. *Tribus versibus comprehendit B* (Sed ecquis, Quid, Nam): *corr Brix* ‖ 951. minus *vel* munus ‖ 955. salus nulla est: *trai Brix* ‖ 956. capulis ‖ 957. *cf ad Bacch* 617 | ISTIC: istuc ‖ 959. 960. hac dabo protinam et fugiam *libri cum A* | ♯ Heus *libri cum A:* CL. *add Vss* | STAILICO: stalicio ‖ 961. 962. OCCIDI: Occide ‖ 963. *add Geppertus* ‖ 964. SIUIS: siue is | subicitare *libri cum A* ‖ 965. HUCMODO: huc ‖ 966—972 *om libri praeter A lacuna relicta* ‖

LY. Périi, fusti défloccabit iam íllic homo lumbós meos.
Hác iter faciúndumst: nam illac lúmbifragiumst óbuiam.
CLE. Iúbeo te saluére, amator. LY. Écce autem uxor óbuiamst.
Núnc ego inter sacrúm saxumque súm nec quo fugiám scio: 970
Hác lupi, hac canés: lupina scaéua fusti rém gerit.
Hércle, opinor, pérmutaui ego íllue nunc uerbúm uetus.
Hác ibo: canínam scaeuam spéro meliorém fore.
CLE. Quíd agis, dismaríte? mi uir, únde hoc ornatu áduenis?
Quíd fecisti scípione[m] aut quód habuisti pállium? 975
<PAR.> Ín adulterio, dúm moechissat Cásinam, credo pérdidit.
LY. Óccidi. CHA. Etiamne ímus cubitum? Cásina sum. LY. I in malám crucem.
<CHA.> Nón amas me? CLE. Quín responde: tuó quid factumst pállio?
<LY.> Bácchae hercle, uxor — CLE. Bácchae? LY. Bacchae hercle, úxor — MY. Nugatúr sciens.
Nám ecastor nunc Bácchae nullae lúdunt. LY. Oblitús fui. 980
Séd tamen Bacchaé — CLE. Quid Bacchae? <LY.> Sín id fieri nón potest —
<CLE.> Tímes ecastor. LY. Égone? mentire hércle. CLE. Nam pallés male.
N * * * quid me * * * * us * * am me rogas?

---

967. perii flocco habebit †tibi iam *Nonius* ‖ 974. DISMARITE#MIUIR: tu marite mi uir | HOCORNATU: ornatu hoc ‖ 975. *del Lamb* ‖ 976. *add Ca* | dum moechis sat: DUMMOECHṢ*AT (*corr Angelius*) ‖ 977. OCCIDI#ETIAMNE: Occidit etiam ne | *spat om A* | IIN: in ‖ 978. *add Ca* | RESPONDE#TUO, *ut vid* ‖ 979. BACCHAEHERCLE: Bache ergo hercle | UXOR#BACCHAE#BACCHAE: uxor bache # bache *vel* uxor bache bache ‖ 981. *add Geppertus* | SINID: inid ‖ 982. *add Luchsius* | EGONEMENTIRE: Egone # haud mentire *vel* Egone haud mentire | NAMPA***SMALE *sine spat*: # nam pa ‖ 983—991 *om libri praeter A spatio relicto* ‖

* * * * * male r * * * * * mihi.
* * * * * * * * * * * * * * * gratulor. 985
* * * * * * * * * * * * * * * senex.
Ho * * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * unc Casinust * * * * 988. 989
Qui hic * * * * *lem frus * * * ram * * dis 990
Qui étiam me miserúm famosum fécit flagitiís suis.
LY. Nón taces? OL. Non hércle uero táceo: nam tu máxumo
Me ópsecrauisti ópere, Casinam ut póscerem uxorém mihi.
<LY.> Túi | amoris caúsa ego istuc féci. CLE. Immo Hector Ílius 994. 995
Té quidem oppressít. LY. Feci ego istaec †dícta quae uos dícitis?
CLE. Rógitas etiam? LY. Sí quidem hercle féci, feci néquiter.
CLE. Rédi modo huc intró: monebo, síqui meministí minus.
LY. Hércle opinor pótius uobis crédam quod uos dícitis.
Séd, uxor, da uiro | hanc ueniam. Mýrrhina, ora Cleóstratam. 1000
Si úmquam posthac aút amasso Cásinam aut occepsó modo,
Ne út eam amasso, sí ego umquam adeo pósthac tale admísero,
Núlla causast, quín pendentem me, úxor, uirgis uérberes.
MY. Cénseo ecastór ueniam hanc †dandam. CLE. Faciam, út iubes.

---

992. MAXUMO: maxime ‖ 993. OPERE: ob** ‖ 994. 995. *add Schoe* | causa # Ego *libri cum A* | feci # Immo: FECIIMMO | ECASTORILIUS: hectore illius: *corr e Servio Dan. ad Aen. I 268* ‖ 996. OPPRESSET: oppressisset: *corr Ri* | # FECI: feci | ISTAEC: ista haec ‖ 997. SIQUIDEM: siquidem *vel* fe siquidem ‖ 998. SIQUI: siquidem ‖ 1000. da uiro: UERO ‖ 1001. POSTHACAUI | Ne ut eam amasso: NEUTEAMASSO ‖ 1004. DANDAM # FACIAM: dandam faciam (*pers. inser. Sarac*) ‖

Própter eam rem hanc tíbi nunc ueniam mínus grauate próspero, 1005
Hánc ex longa lóngiorem né faciamus fábulam.
LY. Nón irata's? CLE. Nón sum irata. LY. Tuaén fidei credó? CLE. Meae.
LY. Lépidiorem uxórem nemo quísquam, quam ego habeo hánc, habet.
CLE. Age, tu redde huic scípionem et pállium. CHA. Tene, sí lubet. 1009
Míhi quidem edepol ínsignite fáctast magna iniúria:
Duóbus nupsi, neúter fecit quód nouae nuptaé solet.
⟨PAR.⟩ Spéctatores, quód futurumst íntus, id memorábimus.
Haéc Casina huius réperietur fília esse ex próxumo
Éaque nubet Eúthynico nóstro erili fílio. 1014
Núnc uos aequomst mánibus meritis méritam mercedém dare.
Quí faxit, clam uxórem ducet sémper scortum quód uolet:
Vérum qui non mánibus clare quántum poterit plaúserit,
Eí pro scorto súpponetur írcus unctus naútea.

1005. REMHANCTIBINUNC: rem hanc tibi nunc rem ‖ 1006 NE: ni ‖ 1007. TUAEN: tuae ‖ 1008. uxorem nemo quisquam quam: NEMOUXOREMQUAM ‖ 1009. AGETU: Agetu *vel* Agetur | SILUBET: libet ‖ 1010. insigne te ‖ 1012. *add Schoe* | MEMORABIMUS: memorauimus ‖ 1014. EUTHYNICO: te ut hynico ‖ 1016. FAXIT: flaxit | DUCET: ducat | UOLET: uole ‖ 1017. QUINON: quae non | POTERIT: proterit *vel* poterit | PLAUSERIT: plus erit ‖ 1018. IRCUS: hircus | NAUTEA: nausea ‖

Cledonius p. 58, 22: taedeo in Casina Plauti legimus (*quod ad v. 986 adhibuit Schoe*).

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

EX RECENSIONE

GEORGII GOETZ ET FRIDERICI SCHOELL

FASCICVLVS III

CISTELLARIAM CVRCVLIONEM EPIDICVM COMPLECTENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCV

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Quod fere ter sex menses interiecti sunt inter hos fasciculos III. IV prioresque emissos, id cum aliis causis effectum est tum inde quod de quibusdam locis iterum adire Ambrosianum antea voluimus. Nam sat graves interdum discrepantiae cum intercedant inter Studemundi apographum eaque quae partim Loewius partim Schoellius in editione maiore suppeditaverant, has discrepantias non erat quod respiceremus, ubi ipse Studemundus denuo librum excusserat (ut in Epidico et Mercatore et magna ex parte etiam in Milite). At in aliis quod in eius auctoritate, quamvis magni faciamus cum omnibus, acquiescere noluimus, nemo mirabitur, nisi qui aut omnino nesciat quale negotium sit conferendi illius libri deleticii aut nesciat vel nescire se fingat locis haud ita paucis Studemundum ipsum ex iterata demum post Loewium lectione apographum correxisse. Itaque ante hos quattuor menses Poenulum Pseudolumque Goetzius, Menaechmos Rudentem Stichum Schoellius retractavimus — atque nonnullis locis alter alterum advocavimus — eadem fere usi ratione, quam Schoellius in Casina Cistellaria Mostellaria Persa relegendis professus est (cf. praef. Pers.² p. VIII, Mostell.² p. XV sq. adn. et XXVIII, Cistell. p. XV sq.): qua opera quae effecimus per hanc editionem fabularum illarum commemorabimus: quam hoc anno absolvi posse spe-

ramus. — Sero sane intellegimus non Mediolanum proficiscendum fuisse ad Ambrosianum melius cognoscendum, sed Gottingam: ubi iam eo processit ars divinandi praestrigiandique, ut vel libri sine libris melius legi possint. Etenim his ipsis diebus affertur Friderici Leonis commentatio de Cistellariae versibus nonnullis ex *A* emendandis (‘*Nachr. d. Goett. Ges. d. W.*’ a. 1894 p. 202 sqq.), ubi p. 206 adn. scribit, quod Schoellius palimpsestum cum Studemundi apographo denuo conferens v. 450 SC̣ỊẠ paulo probabilius dicat quam S$\overset{?}{\text{U}}\overset{?}{\text{A}}$ (sic *As*), dubitari non posse, quin idem Studemundus reputaverit, sed indignum duxerit commemoratione. (Simili modo in comment. de Vidularia [ed. a. 1894] p. 7 scripserat ‘quod Goetzio prima fuisse visa sunt *qui tibi*, id prae Studemundi testimonio non multum valet, qui *t* quidem pro *f* legi posse adnotavit, item *p* vel *t* pro *c*, non *i*’.) At idem in eadem illa pagina, ubi Studemundus Cist. 370 litterae velut T vel E reliquias notaverat, non conicit verba personis aliter distribuenda esse — quod licuit, etsi sententiae haudquamquam convenit — sed affirmat in ipso libro personae potius spatium exstare.[1]) De opera nostra in *A*

---

1) ‘*Es bedarf wohl nur der Bemerkung, dass das kein Buchstabe, sondern Personenspatium war.*’ At cum praecedat *nullusne est tibi amator alius quisquam*, vix potuit simpliciter responderi *quem quidem ego amem alius nemost* (ubi *quem ego contra amem* saltem exspectes), sed haec verba optime se habent, si adiungitur *Nisi ⟨tu⟩us modo unus filius*: ubi etiam *modo unus* verba locum habent, quae minus quadrant, si cum Leone coniungimus *nullusne est tibi amator alius quisquam, Nisi ⟨me⟩us modo unus filius.* — Simili confidentia (‘*es bedarf wohl nur der Bemerkung*’) nuperrime (in Woelfflini Archio t. IX p. 164) Merc. 29 ‘emendavit’ *Inértia auiditás desidia iniúria.* Quam coniecturam ne — ut ille volt — novo latinitatis thesauro inserant, monemus item falsam esse. Nam — ut mittamus versum de coniectura demum cum aliis male incisum — *inertia* et *desidia* pessime per *auiditas* disiunguntur. Contra *Inhaeret etiam* adeo non disturbat enumerationem, ut potius distinguat (similiter ut

posita quamvis modeste semper senserimus sentiamusque, talem iudicii insolentiam contemnimus, praesertim eius qui non modo nihil umquam in hoc genere ipse praestitit, sed ne paratis quidem ab aliis recte utitur. Nam ut olim Loewiana neglegentissime exscribens varia legendi tentamina pro variis ipsius libri scripturis venditaverat, sic iam diligentiam Studemundi ita effert, ut quae ille aperte tamquam veri dissimilia significaverit, unice recte lecta esse affirmet, nequaquam urgente aut lectione aut ratione, sed quia aliquid 'placet' vel in mentem venit.

Iam priusquam solito more de singulis quibusdam versibus harum fabularum pauca addamus, nonnulla de notis et compendiis quibus usi sumus repetenda erunt.

A codicis rescripti Ambrosiani scripturam litteris capitalibus exhibuimus (adpunctis vel seiunctis incertioribus). Recensionis Palatinae (*P*) scripturas ex codicibus Palatino-Vaticano *B* saec. X, Vaticano Vrsiniano *D* saec. XI, Vossiano *V* Ambrosiano *E* Britannico *J* saec. XII ita reconcinnavimus, ut plerumque neque codices singulos adscriberemus neque solitarias singulorum lectiones respiceremus: nisi quod codicis Veteris altera manus B^2, quae in octo prioribus fabulis alterius libri instar est, saepius commemoranda fuit itemque *J*, in quo emendatio ab Italis provecta initium capit.

Praeterea usi sumus his notis:

---

adeo v. 26): quare non est quod praeter *residia* aperte corruptum quidquam corrigamus: pro quo vocabulum velut *rabia* (cf. Servius Dan. ad Aen. I 200) anquirendum erit. Nam *desidia* inter *auiditas* et *iniuria* ne aptum quidem est. Ridiculus vero est qui urgeat *Ineret*, non *Inhaeret*, esse in *BC*: quasi in ę et *e* distinguendis et in aspiratione — qualia in hac editione nostro iure plerumque ne commemoramus quidem — vel tantilla sit horum codicum auctoritas. Possumus multa eiusmodi proferre contra Leonem, sed certis de causis cum illo maxime pugnare nolumus: neque haec protulissemus, nisi praeter coniecturas — de quibus sive nostrae sive illius sunt saepissime ipsi dubitamus — fidem nostram aggredi ausus esset petulantius.

| ad denotandos hiatus non legitimos.

† ad corruptelam sive verborum sive metri indicandam.

* ad lacunas signandas (nisi moras deficientes per ᴗ et _ apposuimus).

[ ] ad delendas litteras syllabas voces personas perperam traditas maioresve interpolationes.

( ) ad secludendos versus ex dittographia vel retractatione scaenica ortos.

⟨ ⟩ ad insigniendas litteras syllabas voces personas contra libros suppletas.

ad adumbrandum (personae) spatium in librorum scriptura.

Scripturis a contextu discrepantibus vel signis in contextu ad mutationem indicandam adhibitis ubi nihil additum est, ad Italos redire mutationem sciendum est (ubi praeter D^3 et codicem Lipsiensem *F* et editionem principem *Z* interdum aliorum editorum testimonia de codicibus interpolatis respicienda erant). Ceteroqui librorum scripturis per colon (:) discretis in adnotatione vel per signa supra posita conspicuis per voces *corr*(*exit*), *trai*(*ecit*), *add*(*idit*), *suppl*(*evit*)[1]), *del*(*evit*), *secl*(*usit*), *lac*(*unam*) *sign*(*avit*), *dist*(*inxit*), *discr*(*ipsit*) adiunximus nomina correctorum. Ex quibus haec per compendia exhibuimus: *Ac*(*idalius*), *Ald*(*us*), *Bent*(*leius*), *Bo*(*thius*), *Ca*(*merarius*), [*Dan*(*ielis*)], *Fl*(*eckeisenus*), *Goe*(*tzius*), *Gru*(*terus*), *Gul*(*ielmius*), *Guy*(*etus*), *Herm*(*annus*), *Lamb*(*inus*), (*C. F. W.*) *Mue*(*llerus*), *Palm*(*erius*), *Py*(*lades*), *Ri*(*tschelius*), *Sarac*(*enus*), *Scal*(*iger*), *Schoe*(*l-*

1) Etsi lectores vix erraturos esse speramus, tamen diserte monemus in partibus Cistellariae ex solo *A* exhibitis *suppl* significare ex spatio locos suppletos esse, nisi aliunde appareat agi de supplementis contra librum illatis. De reliquis compendiis velut *om*(*isit*), *praem*(*isit*), *vid*(*etur*), *contr*(*ahunt*), *marg*(*ine*), *ras*(*ura*), *litt*(*erarum*), *spat*(*ium* vel *io*), *pers*(*onam*) deque aliis eorundem compendiorum formis velut *corr*(*ectum*) sim. nemo errabit.

lius), *Scu*(*tarius*), *Sey*(*ffertus*), *Stu*(*demundus*), *Vss*(*ingius*).

CISTELLARIA. 52. ei rei *pro* hercle *Redslobius 'Lit. Centralbl.' a. 1894 p. 1219.* — 82. Hoc nunc agite *habuisse A Seyffertus censet* (Hoc nunc age sis *Schoellius in proecdosi*). — 88. *Propter* alius quisquam (*pro quo* quisquam alius *in A esse adnotare neglexinus in proecdosi*) *omnino cum P facit Redslobius, ubi verbi collocationem exquisitiorem retinere maluimus.* — 101. Nám eum pater subegit *Goetzius* (*fere cum Bothio*) *deleto* eius, *quod A magis etiam suspectum reddit.* — 111. promptu *obscurare noluimus, etsi* prompto *potius ex usu pervulgato exspectamus cum Studemundo Seyffertoque: nisi forte cogites de* sĭquid tibi opus est, erit promptu⟨m⟩: promito. — 211. súm, ibi (*non* sum, íbi *notandum esse* (= 212) *monuit Seyffertus.* — 213. *De* Ita mi ómnia ingenia ⟨uná⟩ sunt *cogitat idem.* — 233. SE. Sed quid istu⟨c? AL.⟩ M(ala mul)ta dici mihi uolo *Leo l. s. s: de quo non una de causa dubitamus.* — 235. exporgas pugnos tuos *Redslobius l. s. s.: melius sane quam Leo l. s. s.* exponas pugno ⟨o⟩s ⟨me⟩tuo[s]*: quamquam* pugnos exponere *quis praefracte negabit desumi potuisse ex lingua palaestrica* (*ut 'ictu exponere aliquem' Truc. 659*) *quam nequaquam plane novimus?* — 239. *Ad sententiam sic supplet ac disponit Seyffertus:* Nili hércle uero's. ⟨AL. Quám ego amarem⟩ pér(d)ite, Quaé me amaret cóntra [*item Leo l. s. s.*]. — 296. *Exhibuimus, ut A exhibet, etsi dubitamus de mensura* Modó quidem hercle haéc. *Contra v.* 366 *cum Seyfferto non necessariam esse putamus Studemundi correctionem* pérditu[i] ét: *v. autem* 368 neque equidem *insolitum admisimus, cum et A et sententia hoc supplementum exigere videatur* [*nam quod Leo l. s. s.* inique equidem malam (ut ne des) *suasit neque sermoni neque sententiae convenit: operam sibi dari vult meretrix neque tamen amatoriam i. e. 'malam': quod cum non intellexerit intellegi posse negavit Leo*] *itemque v.* 522 et etiam *inauditum duce A reliquimus,*

quamvis facile magní minuti átque etiam *ex usu communi corrigas.* — 406. amicae *non tantum propter hiatum offendere sentit etiam Goetzius velut* macilentae *exspectans: quamquam sic* miserae *non satis recte interponi videatur* (miserae amic⟨ul⟩ae *Schoellius*). — 465 sq. *Ad supplementa* (*quae hoc loco paucisque aliis paulo audacius admisimus*) *cf. Pers. v. 647, al.* — 489. rogo ⟨ocius⟩ *supplet Redslobius l. s. s., ubi* rogo ⟨amplius⟩ *praeferamus.* — 559. ad diuitias ⟨maxumas⟩ *idem.* — 622. susum caelum (*pro quo omnes adhuc cum Pylade* susum in caelum *edidimus*) *cum* B^2 *servari posse coll. Merc. 407, al. Seyffertus vidit.* — 650. *De* ⟨Quom il⟩ico *cogitat idem: quamquam cf. Lorenzius ad Pseud. 469.* — 676 sq. Ýbi ea sit néscio, Nísi ut opinór loca haec círciter Éxcidit mihí *discr. Seyffertus.* — 704. *De* mane, ⟨mane⟩ *et Goetzius et Seyffertus cogitarunt: quamquam cf. Schoellii praef. p. XXX.* — 722 sq. *De* opús, dic impera. ⟨HA.⟩ Ét tu. ⟨LA.⟩ Quid quaéritabas *cogitat Seyffertus: ubi etsi de* Et tu *vel sic dubitamus, tamen* dic et impera tu *dissuadenti coll. Truc. 676, Aul. 144 obsecuti sumus* (*quamquam cf. Men. prol. 52*). — 731. Cistella m⟨i⟩ hic (*non* hinc), mi[hi] adulescens *cum Camerario Seyffertus praefert* (*coll. v. 723* mi homo) *Bentleianae scripturae* Cistell⟨ul⟩a hinc mi, adulescens. — 754. *Aut* Ne obloquere! *aut* Obloquere rursus? *ex usu idem exspectat: ubi etsi* Ne obloquere rursus *propter v. 751 defendi posse putamus, tamen non intercedimus, siquis cum Vssingio* Ne *ad Lampadionis qui interciderit versum trahere malit.* — 775. et ⟨quod⟩ Lampadionem *Redslobius l. s. s.: ubi* et⟨iam⟩ *nequaquam propter supplementi lenitatem praetulimus — nam agitur de lacuna membranacea —, sed quia minus recte per* et quod *alterum alteri adiungi atque aequiperari sentimus.*

CVRCVLIO. *Vt in personarum indice formam quae est* TRAPEZITA *non sollicitavimus, ita ne in ipsis quidem fabulis per hanc editionem* TARPEZITA *formam reponimus, nisi ubi metri ratio metathesin flagitat. Cete-*

rum Ribbeckium ubi commemoravimus, plerumque commentationem respeximus Nuntiis soc. Saxon. t. XXXI insertam. — 16 sq. Salué, ualuistin? <PA.> Óstium occlusíssumum, [PA.] Caruítne *e. q. s. Schoellius: ubi Goetzius etiamnunc de lacuna cogitat.* — 41. *Cf. Brixius Annal. phil. t. CXXIII p. 50.* — 72 sq. *Cf. ad Cas. 128 sq. (fasc. II p. VIII).* — 76. *De* cubare *cf. quae Schoellius praef. Cas. p. XXXIII dixit: quamquam Seyfferto* cubitare *cum* B^2 *retinendum videtur. Non respiciendus Speijerus Mnemos. t. XVI p. 136.* — 78. *Cf. Buechelerus Mus. Rhen. t. XLI p. 311 sqq.* — 96—157. *Hanc scaenam egregie tractavit Buechelerus Mus. Rhen. t. XXXIX p. 285 sqq., quocum metra praecipue non uno loco refinximus.* — 98ª. Salue, ánime mi, ‖ Libéri lepos *discr. Seyffertus.* — 100. stacta *Buechelerus.* — 101. *De* telinum *cf. idem Woelfflini Arch. t. I p. 112 sq.* — 102. *Versum Reizianum praefert Seyffertus* (peruélim). — 136 sq. *Quam dedimus discriptionem eandem codicis Veteris esse monemus.* — 163. et <te> mihi contra itidem *Schoellius.* — 164. retus/// /// *B: unde* recusem B^2. — 169. *Duas lectiones confusas esse* (Male ualere te m. aegrest *et* Male uales, ere, quod m. ae.) *monet Seyffertus.* — 177. Vérum totum amáre insanire hóc est *Schoellius coll. Merc. 265.* — 178. *Lactantii Firmiani testimonium (div. inst. V 11) attulit Schoellius praef. Cas. p. XXXIV hoc:* 'sua sibi habeant regna reges, suas diuitias diuites' ut loquitur Plautus, suam uero prudentiam prudentes *e. q. s.* — 186. Irascare *praefert Seyffertus.* — 193. <PA.> Quód quidem — <PL.> Mihi . . . serat? <PH.> At *e. q. s. Schoellius. Ceterum cf. Bachius in Studem. Stud. t. II p. 224 adn.* — 204. Aeditumum *Plautum dedisse cum Fleckeiseno certum esse putamus.* — 240. *De* dierectust *etsi dubitari potest, tamen ne* dirruptus *quidem quod coniecerunt Onions et Nettleshipius 'Journ. of phil.' t. XIV p. 62 et XV p. 187 habet quo commendetur.* — 243. *De* saltura *cf. Buechelerus Mus. Rhen. t. XLV p. 159.* — 271. *Cf. Fleckeisenus Annal. phil. t. CXLIX p. 287.* — 283. *De*

celere *dubitat Seyffertus, quod pro adverbio coniungi potuisse cum* propere *credimus.* — 284. Nusquam quisquamst *Langius Annal. philol. t. CXLIX p. 282.* — 292. *Cf. Palmerus Hermath. t. XII p. 85.* — 295. crepitum éxciam polentárium *trai. Schoellius.* — 318. *De* Gramarum *cf. Buechelerus Mus. Rhen. t. XXXV p. 72.* — 319. *Cf. Marius Plotius Sac. p. 472, 4:* 'Nam quod Plautus lactes posuit genere masculino numero plurali, non a nominatiuo hoc lac uel hoc lacte, sed hi lactes numero semper plurali.' — 334. idem *pro* item *Fuhrmannus de partic. comp. p. 33 adn. itemque Niemoellerus de pron. IPSE et IDEM p. 51.* — 344. eo accedunt *cum Baehrensio Redslobius. 'N. phil. Rundschau' a. 1892 p. 140.* — 369 sq. ego <dum> edam, Dicam *Seyffertus: ubi etsi* Dicam *minus inconcinne adiungi concedimus, tamen aegre ferimus* ego edam *in secundariam sententiam detrusum.* <at> ego edam *Schoellius.* — 401. Licetne inforem *Schoellius: nam neque de* inforar' *cogitare licet neque de Abrahami Sigismundique coniecturis.* — 405. inibit (t *in ras.*) stolidam et grandem gratiam *cod. Voss. Donati, item fere cod. Paris. B.* — 427. *Cf. Brixius l. ad v. 41 exscripto.* — 428. adferam *in libris omnibus esse monemus.* — 438. ueni<t de>mus [in] Cariam *Goetzius olim et nuper Schoellius.* — 446. Libyámque oram omnem <et ómnem> Conterebrómniam *Schoellius.* — 452. [nam] ita *Langenus 'Beitr.' p. 232.* — 463. magis quem hoc dicam nescio *Seyffertus.* hunc magis dicam esse, hoc nescio *Schoellius.* — 462 sqq. *Refutatis coniecturis Friedrichii (Annal. phil. t. CXLIII p. 708 sq.) eiecto v. 472 reicientis v. 483 sq. post v. 485 (ubi minus recte* quaerito *pro* Oppiam) *Huelsenus ('Mittheil. d. k. D. arch. Inst. Roem. Abth.' t. VII a. 1893 p. 283 sqq.) cum Iordano aliisque v. 483 et 485 delet et v. 472 post a. 575/179 (et ante a. 619/135) scriptum esse urget.* — 502. quisquam uobiscum *trai. etiam Fleckeisenus Annal. phil. t. CVII p. 501 sq.* — 503. *Ad* conspicitur (*vulgo* conspuitur) *cf. Merc. 407 et adde Leonem Woelfflini Arch.*

t. IX p. 163. — 519. tibi opus est hoc *in libris est, non* opus est hoc. — 529. illum qui mihi uendidit, numquam p. u. *Schoellius.* — 547. Facis [sa]pientius *Palmerus 'Journ. of Phil.' t. XVI p. 37: ubi rectius admisso* mĭquidem *suppleas* ⟨Pol⟩ facis *cum Brixio Emend. Pl. p. 15 vel* ⟨Tu⟩ facis *cum Niemeyero Annal. philol. t. CXXI p. 429* (*cf. ibid. p. 124*) *vel tale quid.* — 549. Quid feci ⟨nisi⟩ quod mandasti [feci] *e. q. s. Seyffertus.* — 554. *Cf. Redslobius Annal. philol. t. CXXXIX p. 176 post Brixium ibid. CXXIII p. 54 adn.* — 613. PH. *pro* CV. *in libris est.* — 633. dicam *libri, non* dico. — 664. egon? nempe út dum uiuat méd alat *Schoellius.* — 665. Verum. hercle dico *Schoellius coll. Men. 1024: quae distinctio etsi vera videtur, tamen* hercle dico *etiam sic dubitationem movet.* — 667. *Pro* PH. B^2 TH. *scripsit in ras.* — 675. *Cf. Redslobius 'Berl. phil. Wschr.' a. 1892 p. 1452.* — 687. TH. Sta *BE recte exhibent.* — 689. Aut tecum ⟨mihi⟩? *Seyffertus.* — 701. *Cf. Langenus Annal. phil. t. CXXV p. 679 sq.* — 705. PHAE. Lingua *B habet, non* TH. Lingua. — 727. Rĕcipe actutum TH. *commendat Seyffertus,* recipe actutum. PHAE. ⟨Vin? TH.⟩ *Schoellius.* — 729. *Phaedromo continuat Seyffertus.*

EPIDICVS. Arg. 2. qui aliquam *Opitzius Stud. Lips. t. IV p. 253* (*cf. v. 312 sqq.*). — 10. *De Donati lectione cf. Sabbadinius 'Stud. Ital. di fil. cl.' vol. II p. 96.* — 11. *De Ambrosiani discriptione et Schoellius 'N. Heidelb. Jahrb.' t. II p. 45 sq. et Seyffertus dubitant: ubi* iam diu⟨st quom⟩ perdidisse oportuit *Nencinius 'Stud. ital. di fil. cl.' t. III p. 92.* — 13. is *pro* es *denuo commendarunt Langenus Hasperus, Abraham, alii: at cf.* (*praeter Merc. 595*) *'obuiam esse', 'aduersum esse', al.* — 24. *Senarium Seyfferti suasu toleravimus, etsi* Thesprio (*adiuvante spatio in A*) *commodissime suppleri etiamnunc putamus.* — 26. Quem dígniorem díces esse h. h. A. a.? *Schoellius.* — 52. Récte igitur ⟨roga⟩. *e. q. s. idem.* — 68. domum uenire ⟨Et deuorti⟩ ad Ch. *Nencinius l. s. s. Cf. Schoellius*

l. s. s. p. 46 (*ubi etiam de aliis huius fabulae lacunis agitur*). — 78. *Librorum scripturam excusat Seyffertus* (*cf. 'Jahresber.' t. XXXI p. 76*) *adhibitis Bacch. v. 88 et Heaut. v. 1033 simili duritie insignibus: at illis locis structurae insolentiam multo esse minorem putamus. Cf. Merc. 887* (*cum adnotat. in hac edit.*). — 98. *Palatinorum scripturam dimetro trochaico discribi posse nec videri abiciendam censet Seyffertus.* — 118. *Cf. Skutschius de nom. lat. suffixi -no- ope form. p. X.* — 120. mi (*pro* me) emere *Redslobius 'N. philol. Rundsch.' a. 1887 p. 213.* — 135. *Skutschio* (*'Forsch.' I p. 106 sqq.*) *metienti* Íllam amăbam ólim: nunciam *e. q. s. cum propter alias rationes obsecuti non sumus, tum quia* nunciam *omnino locum non habet in hac sententia.* — 136. hominem *aliquo modo defendi posse, si* id quod *pro obiecto ingratitudinis habeamus adnotat Seyffertus.* — 141. Quid istic? uerba facimus *auctore Studemundo praefert Bachius p. 271. Contra Seyffertus Most. v. 584 et Stich. v. 714 adfert.* — 152. Aliqua [ope] exsoluar *cum Langeno et Nettleshipio Abraham Stud. Pl. p. 221.* — 165. *Palatinae recensionis scripturam tutatur Langenus 'Beitr.' p. 206.* — 181 sq. atetacete *potius quam* ateitacete B^2 *habere Seyffertus ex Studemundi collatione monuit.* — 204. Ah, mane *Schoellius.* — 272. non uen[er]it (*cf. v. 271*) *Redslobius 'N. phil. Rundsch.' a. 1888 p. 116.* — 273. hic *posuimus Seyfferti suasu.* — 283. sibe sapis *Nencinius l. s. s.* — 293. PE. *om.* B^1*: add* B^2. — habeam gratiam *Seyffertus coll. Trin. v. 1136. Bacch. v. 1058, aliis.* — 316. ⟨Quae⟩, dum rem dinam f. *Buechelerus Mus. Rhen. t. XXXV p. 628 sq.* — 336. adiumento ades *Seyffertus* (*coll. Amph. v. 1131* adsum auxilio). — 349 sqq. *Cf. Leo Vindic. Pl.* (*ed. Rostoch. a. 1887*) *p. 3 sqq.* (*adde Schoellium in Woelfflini Arch. t. IV p. 632*). — 353. credit *manum rec. in B correxisse Seyffertus ex Lorenzii collatione adnotat.* — 357. auctorem *reposuimus suasu Seyfferti:* cautor *v. 359 ad* caueat *spectat.* — 384. Si B^1 *habere Seyffertus monet.* — 404 sq. *Cf. Langius Annal.*

philol. t. CXLIX p. 281. — 438. Pallenius *Wilamowitzius Ind. schol. Gotting. a. 1893/94 p. 14* (Plothieus *Schoemannus ad Is. p. 302*). — 463. *in adn. pro* TH. *pone* MI. — 470. agyo *corr. in* agro *B habere et* eamne *v.* 518 *Seyffertus ex Lorenzii collatione monet.* — 531 sqq. *ita accentibus notat Seyffertus:* Quís illaec ést muliér timidó péctoré peregre áduéniéns, Quae ípsa sé miserátur? PH. In hís †dictust locis habitáre mihí Périphanés. PE. Me nóminat haéc: crédo ego illi hóspitio úsus [in]ueníт. — 546. Adhibenda muliebris mihi malitiast *Brixius Annal. philol. t. CXXIII p. 54 adn.* Muliebri úsus mihi nunc málitiast *Schoellius.* — 560. tam turbat tuos *idem.* — 562. *Adde Donati testimonium ad Phorm. III 1, 5:* Legitur et potiretur . . . Plautus: 'Hostium potitus est.' — 566. ut — ut *distinximus: voluerat Periphanes Epidicum laudare, sed mutata condicione ad vituperationem fertur.* — 567. si saluam me uis *Seyffertus commendaverat.* — 586. *Cf. Donatum ad Eun. III 3, 2:* Ne pro non: Plautus 'neuult' inquit pro 'non uult', *ubi* ne ut uult *cod. Voss.* (*nisi haec ad v. 42 pertinent*). — 630. *De* id, *quod fortasse pro 'de ea causa' accipi posse sumpsimus, dubitat Seyffertus.* — 631. Age age absolue [atque], argentum numero numera *e. q. s. Schoellius: quod recepissemus, nisi etiam aliae emendandi viae essent.* — 668. Tace seis, sine modo [me] h. a. *Schoellius duce A.* — 699. *Cf. Brugmannus de NI partic. p. 8.* — 705. Pró tua filia: ís te ab ore tétigi tr. m. *Schoellius* (*coll. Men. 1011, al.*).

Ienae et Heidelbergae m. Ianuario.

G. G. F. S.

T. MACCI PLAVTI

CISTELLARIA

GRAECA MENANDRV

PERSONAE

SELENIVM MERETRIX
GYMNASIVM MERETRIX
SYRA (?) LENA
AVXILIVM DEVS PROLOGVS
ALCESIMARCHVS ADVLESCENS
THYNISCVS (?) SERVOS
AMICVS PATRIS ALCESIMARCHI (?)
PATER ALCESIMARCHI
LAMPADIO SERVOS
MELAENIS LENA
PHANOSTRATA VXOR
HALISCA ANCILLA
DEMIPHO SENEX
CATERVA

ARGVMENTVM

Comprímit adulescens Lémn<i>us Sicyóniam.
Is rédit in patriam et gnátam generat núptiis.
Sicyónia aeque párit puellam. hanc séruolus
Tollit átque exponit ét ex insidiis aúcupat.
Eám sublatam méretrix alii détulit. 5
Lemnó post rediens dúcit quam comprésserat
Lemníque natam [de]spóndet adulescéntulo
Amóre capto illíus proiectíciae.
Requírens seruos ré[p]perit quam proiécerat:
†Itaque lege et ríte ciuem cógnitam 10
Alcés[s]imarchus, út erat nactus, póssidet.

---

1. liconiam *vel* liconia ‖ 2. nuptus ‖ 3. Sycionia *vel* Syciona | pariit *vel* parit ‖ 6. redens: *corr* *B*² | quam com conpresserat: *corr* *B*² ‖ 7. despondit: *del* *Pareus* ‖ 8. prolecticiae *vel* proletitie: *corr* *B*² ‖

ACTVS I

SELENIVM. GYMNASIVM. (SYRA?)
MERETRICES II LENA

SE. Quom ego ántehac te amáui et mi amícam esse créui,
Mea Gýmnasium, et mátrem tuám, tum id mihi hódie
Apéruisti<s>, tu átque haec. sorór si mea ésses,
Qui mágis potueritis mihi honórem ire habitum,
Néscio, nisi, ut méus est animus, fíeri non posse árbitror:
Íta omnibus relíctis rebus míhi frequentem operám dedistis. 6
Éo ego uos amo ét eo | a me mágnam inistis grátiam.
GY. Pol istó quidem nos pretió facile
†Est frequentare tibi utilisque habere:
Ita in prándio nos lepide ác nitide, 10
Accépisti apúd te, ut sempér meminerímus.
SE. Lubénti[que] edepol ánimo factum ét fiet á me,
Quae uós arbitrór uelle, ea ut éxpetes<sam>.
LE. Quod ille dixit, qui secundo uento uectus est tranquillo mari: 14. 15

---

1. Quia *Varro* (Cum *etiam Priscianus*) | ego te amaui, mea Antiphila *Priscianus* || 3. *add J* || 4. potueritis *vel* potueris || 7. Eo *vel* Et || 8 sq. istoc: *corr ex Varrone* | facile est frequentare Tibi (†ptanti est frequentare *Varro, sed* facile *in interpretatione*) | utilis que *vel* ut illis que | haberi B^2 || 10. ac (*sic Varro*) *vel* atque || 11. meminer *vel* memineris: *corr* B^2 || 12. Lubentique *vel* Iubentique | *del Bo* || 13. *add Gronovius* || 14sqq. *ictus omisimus ubi metra incertiora* || 14sq. LE. *vel* GY. Quod ibi dixit *Varro* || mare: *corr ex Varrone et Charisio* ||

Ventum gaudeo ecastor ad te: ita hodie hic acceptae sumus suauibus modis
Néc nisi disciplína apud te fúit quicquam ibi, quin míhi placeret. 18
SE. Quíd ita, amabo? LE. Ráro nimium dábat quod biberem, id mérum infuscabat.
GY. Amábo, hic[c]ine ístud decét? LE. Iusque fásquest: 20
Nemo álienus híc est. SE. Meritó uostro amó uos,
Quía me colitis, [et] mágni[s] facitis. LE. Décet pol, mea Selénium,
Hunc ésse ordiném beniuoléntis intér se
Béneque amicitia útier.
Vbi istás uideas summó genere natás, summatis mátronas, 25
Vt amícitiam colunt átque ut eam iunctám bene habent intér se:
Si idem istud nos faciamus, si idem imitemur, — ita tamen uix uiuimus
Cum inuidia summa. suarum opum nos uolunt esse indigentes:
Nostrá copiá nil[o] uolúnt nos potésse 30
Suíque omniúm rerum nós indigére,
Vt sibi simus súpplices.
Eás si | adeas, ábitum quam aditum mális: ita nostro órdini
Palám blandiúntur, clam si óccasio úsquamst
Aquám frigidám subdolé suffundunt. 35
Virís cum suís praedicánt nos solére:
Suás paelicés esse aiúnt: eunt depréssum.

---

16 sq. hodie hic *vel* hodie ‖ 18. Haec: *corr B* ‖ 19. Quid *vel* Quod | GY.: *corr Sarac* ‖ 20. SE.: *corr Sarac* | ⌗ Iusque (GY. *B*²): *corr Gru* ‖ 21. Nemo *vel* LE. (*vel* GY.) Nemo ‖ 22. et *del Spengelius* | selenium *vel* silenium ‖ 23. beniuolentis *vel* bene uolentis ‖ 24. *adhaeret v. 23* ‖ 26. amicitiam *vel* amiciam ‖ 27 sqq. *cf. ad v. 14 sqq.* ‖ 27. imitamur: *corr Ca* ‖ 30. *del Py* ‖ 32. *adhaeret v. 31* ‖ 37. eunt *vel* eum ‖

Quia nós libertinaé sumus, et ego ét tua mater ámbae
Meretríces fuimus: ílla te, ego hánc mihi educáui
Ex pátribus conuentíciis. neque ego hánc superbiái 40
Causá pepuli ad meretrícium quaestúm, nisi ut ne esurírem.
SE. At sátius fuerat eám uiro dare núptum potius. LE. Héia,
Haecquidem écastor cottídie uiro núbit, nupsitque hódie,
Nubét mox noctu. númquam ego hanc uiduám cubare síui.
Nam si haéc non nubat, lúgubri famé familia péreat. 45
GY. Necéssest quo tu mé modo uoles ésse, ita esse, máter.
LE. Ecástor haud me paénitet, si ut dícis ita futúra's:
Nam sí quidem ita eris, út uolo, numquam †et haec ate fíes
Sempérque istam quam núnc habes aetátulam optinébis
Multísque damno et míhi lucro siné meo saepe eris súmptu. 50
GY. Di fáxint. LE. Sine operá tua di horúnc nil facere póssunt.
GY. Equidem †hercle addam operam sédulo. sed tú †inter istaec uérba,
Meus óculus, mea Selénium, — numquam égo te tristiórem
Vidi ésse: quid, cedo, te óbsecro tam abhórret hilaritúdo?
Neque múnda adaeque es út soles — hoc sís uide, ut petíuit 55
Suspíritum alte — et pállida's. elóquere utrumque nóbis,
Et quíd tibist et quíd uelis nostram óperam, ut nos sciámus.
Noli, óbsecro, lacrumís tuis mihi exércitum imperáre.

---

40. conuentus *vel* conticus: *corr Gul* | ego neque hanc | superbiae: *corr Bo* || 41. repuli: *corr Spengelius* || 42. SE. *et* LE. *add* B^2 || 45. lucubre ♯: *corr Ca* || 48. et *del* B^2 || 51. GY. *add* B^2 | faxint *vel* faxirae | di horunc nihil *vel* nihil di horunc || 53. selenium *vel* silenium || 57. uelit ||

SE. †Mea excrucior, méa Gymnasium, mále mihist, male máceror, 59
Dóleo ab animo, dóleo ab oculis, dóleo ab aegritúdine.
Quíd dicam, nisí stultitia meá me in maerorém rapi[t]?
GY. Índidem unde oritur fácito ut facias stúltitiam sepelíbilem.
SE. Quíd faciam? GY. In latebrás abscondas péctore penitíssumo.
Tuám stultitiam sóla facito ut scías sine aliis árbitris.
SE. Át mihi cordoliúmst. GY. Quid? id undest tíbi cor[dolium], commemora, óbsecro? 65
Quód neque ego habeo néque quisquam alia múlier, ut perhibént uiri.
SE. Síquid est, quod doleát, dolet: si autem nón est, tamen hoc híc dolet.
GY. Ámat haec mulier. SE. Ého an amare occípere amarumst, óbsecro?
GY. Námque ecastor ámor et melle et féllest fecundíssumus. 69
Gústu⟨i⟩ dat dúlce: amarum ad sátietatem usque óggerit.
SE. Ád istam faciemst mórbus, qui me, méa Gymnasium, mácerat.
GY. Pérfidiosus ést amor. SE. Ergo ín me peculatúm facit.
GY. Bóno animo's: erit ísti morbo mélius. SE. Confidám fore,
Sí medicus ueniát, qui huic morbo fácere medicinám potest.
GY. Véniet. SE. Spissum istúc amantist uérbum 'ueniet', nísi uenit. 75
Séd ego mea culpa ét stultitia péius misera máceror,
Quóm ego illum unum mi éxoptaui, quícum aetatem dégerem.

---

61. *del Gul* ‖ 63. condas pectori *Charisius* ‖ 65. *del Bent* ‖ 67. Siquid est *vel* Siquidemst *vel* Siquidem ‖ 70. *add Guy* ‖ 75. istud: *corr Bo* ‖ 77. QUOM: quia | illum unum: ILLUM | AETATEM: aetate ‖

LE. Mátronae magis cónducibilest ístuc, mea Selénium,
Vnum amare et cúm eo aetatem exígere, quoi nuptást
semel.
Vérum enim meretrix fórtunatist óppidi simílluma: 80
Nón potest suam rem óbtinere sóla sine multís uiris.
SE. Hóc uolo agatis: qua áccersitae caúsa ad me
estis, éloquar.
Nám mea mater, quía ego nolo mé meretricem dícier,
Óbsecutast, géssit morem oránti morigeré mihi,
Vt me, quem ego amárem grauiter, síneret cum eo
uíuere. 85
LE. Stúlte ecastor fécit: sed tu enúmquam cum qui-
quám uiro
Cónsueuisti? SE. Nísi quidem cum Alcésimarcho
némine,
Néc pudicitiam ímminuit meam míhi alius quisquam.
LE. Ópsecro,
Quó is homo insinuáuit pacto se ád te? SE. Per
Dionýsia 89
Máter pompam mé spectatum dúxit. dum redeó domum,
Cónspicillo cónsecutust clánculum me usque ád fores:
Inde in amicitiam ínsinuauit cúm matre et mecúm simul
Blánditiis, munéribus, donis. LE. Míhi istunc uellem
hominém dari:
Vt ego illum uorsárem. SE. Quid opust uérbis? con-
suetúdine
Coépi amare cóntra ego illum, et ílle me — LE. O mea
Selénium, 95
Ádsimulare amáre oportet: nám si ames, extémp<u>lo
Mélius illi múlto quem ames cónsulas quam reí tuae.

---

79. exigere (*sic A*) *vel* exige ‖ 82. HOCNU—— ‖ 83. meretricem *vel* meritricem ‖ 84. GESSITMOREMORANTI: de ea re gessit (*vel* gessi) morem ‖ 86. tun unquam B^2 ‖ 87. ALCESSIMARCHO: alchesimarcho ‖ 88. NEC: Neque | IMMINUITMEAMMIHIQUISQUAMALIUS: meam mihi alius quisquam imminuit ‖ 91. Conspicillo: CONSPICIO ‖ 93. GY.: *corr Bo* | ISTUNC: istum | UELLEMHOMINEM: hominem uellem ‖ 95. *dist Schoe* | SELENIUM: selenium quidem ‖ 96. *add Ca* ‖ 97. QUIAMES ‖

SE. Át ille conceptís iurauit uérbis apud matrém meam
Mé uxorem ductúrum esse: ei nunc ália ducendást domum, 99
Súa cognata Lémniensis, quae hábitat hic in próxumo.
Nam eúm pater eius subégit. nunc mea máter iratást mihi,
Quía non redierím domum ad se, póstquam hanc rem rescíuerim,
Éum uxorem ductúrum esse aliam. LE. Níl Amori iniúriumst.
SE. Núnc te amabo, ut hánc <hic unum> tríduom hoc solúm sinas
Ésse et hic seruáre apud me: nam ád matrem accersíta sum. 105
LE. Quámquam istud mihi erít molestum tríduom et damnúm dabis,
Fáciam. SE. Facis benígne et amice. séd tu, Gymnasiúm mea,
Sí me absente Alc[h]ésimarchus uéniet, nolito ácriter
Éum inclamare: utut érga me<d> est méritus, mi cordíst tamen. 109
Séd, amabo, tranquílle: nequid, quód illi doleat, díxeris.
Áccipias clauís: siquid tibi ópus est [erit] promptu, prómito.
Ego uolo ire. GY. Vt míhi exciuisti lácrumas. SE. Gymnasiúm mea,
Béne uale. GY. Curá te, amabo: sícine inmunda, óbsecro,
Íbis? SE. Inmundás fortunas aéquomst squalorém sequi.
GY. Ámiculum hoc sustólle saltem. SE. Síne trahi, quom egomét trahor. 115

---

101. eius: ỤṢ ‖ 102. HANC: eam ‖ 103. AMORỊ: amore ‖ 104. TE: tue (tu B^2) | *suppl Sey cum A, ut vid* | triduum *vel* tridium ‖ 106. istud mihi *vel* mihi istud ‖ 109. et ut: *corr Py* | *add Ca* | in cordi est: *corr Ca* ‖ 110. doleat *vel* deleat ‖ 111. *del Weisius* | promitto: *corr* B^2 ‖ 112. lacrimis: *corr* B^2 ‖ 114. squalorem *vel* sualorem ‖ 115. Amictulum B^2 ‖

GY. Quándo ita tibi lubét, uale atque sálue. SE. Si possím, uelim.
GY. Númquid me uis, máter, intro quín eam? ecastór mihi
Vísa amare. LE. Istóc ergo auris gráuiter obtundó tuas,
Néquem ames. abi íntro. GY. Numquid mé uis? LE. Vt ualeás. GY. Vale.

(SYRA?)
LENA

Idem míhist quod magnae párti uitium múlierum 120
Quae hunc quaéstum facimus: quae úbi saburratae sumus,
Largíloquae extemplo súmus, plus loquimur quám sat est.
Nam illánc ego olim quae hínc flens abiit páruolam
Puellám proiectam ex áng[u]iportu sústuli.
(Aduléscens quidam hic ést adprime nóbilis: 125
[Quin égo nunc quasi sum onústa mea ex senténtia,
Quiaque ádeo me compléui flore Líberi,
Magis líbera uti língua conlubitúmst mihi:
Tacére nequeo mísera, quod tacito úsus est.]
Sicyóne summo génere ei uiuít pater: 130
Is amóre misere hanc déperit muliérculam,
Quae hinc módo flens abiit: cóntra amore eum haec déperit.)
Eam méae ego amicae dóno huic meretricí dedi,
Quae saépe mecum méntionem fécerat,

---

116. iuuet *vel* uiuet: *corr* B^2 ‖ 117. NUṆÇQỤ(ID) ‖ 119. neque meas: *corr J* ‖ 120. mihi magnae quod parti est: *trai ex A* ‖ 121. HUNC: nunc | FACIMUS: faciemus ‖ 122. EXTEMPLOETPLUS ‖ 123. illam ego: *corr Cȧ* ‖ 124. sustulit *vel* sustuli ‖ 125. 130—132. *secl Windischmannus,* 126—129 *om A* ‖ 126. honesta: *corr Ca* ‖ 132. eum *del* B^2 | DEPERIT: perdita est ‖ 134. fecerit:

Puerum aút puellam alicúnde ut reperirém sibi, 135
Recéns natum eapse quód sibi suppóneret.
Vbi míhi potestas prímum euenit, ílico
Feci éius ei quód me orauit cópiam.
Postquam eám puellam a mé⟨d⟩ accepit, ílico
Eandém puellam péperit, quam a me accéperat, 140
Sine óbstetricis ópera et sine dolóribus,
Item ut áliae pariunt, quaé malum quaerúnt sibi.
Nam amátorem ai[e]bat ésse peregrinúm sibi
Suppósitionemque éius facere grátia.
Id duaé nos solae scímus: ego quae illí dedi 145
Et ílla quae a me accépit — praeter uós quidem.
Haec síc res gestast. síquid usus uénerit,
Meminísse ego hanc rem uós uolo. ego abeó domum.

AVXILIVM

DEVS

Vtrúmque haec, et multíloqua et multibiba, ést anus:
Satin[e] uíx reliquit deó quod loqueretúr loci? 150
Itá properauit dé puellae próloqui
Suppósitione: quód si tacuissét, tamen
Ego erám dicturus, déus qui poteram plánius.
Nam míhist Auxilio nómen. nunc operám date,
Vt ego árgumentum hoc uóbis plane pérputem. 155
Fuére Sicyoní iam diu Dionýsia.
Mercátor uenit húc ad ludos Lémnius
Isque híc compressit uírginem adulescéntulus
⟨Vi,⟩ uínolentus, múlta nocte |, ín uia.
Is úbi malam rem scít se meruisse, ílico 160

---

corr Ca ‖ 135. reperirem *vel* repperire ‖ 136. eapse *vel* capse ‖ 139. *add Klotzius* ‖ 143. *del Bo* ‖ 144. SUPPOSITIONEMQ·ẸỊUS: suppositionem eius rei ‖ 145. SCIMUSSOLẠẸEGO ‖ 147. si res: *corr* B^2 | siquid *vel* si quidem ‖ 148. abeo *vel* habeo ‖ 150. *del Valla* ‖ 152. tacuisset *vel* tatius esset ‖ 153. *dist Sey* ‖ 154. auxilio est: *trai Ca* ‖ 155. argentum *vel* argumentum ‖ 159. *add Pareus* ‖

Pedibús perfugium péperit, in Lemnum aúfugit,
Vbí | habitabat. tum ílla quam comprésserat
Decumó post mense exácto hic peperit fíliam.
Quoniám reum eius fácti nescit quí siet,
Patérnum seruom suí participat cónsili: 165
Dat eám puellam ei séruo exponendam ád necem.
Is eám proiecit. haéc puellam sústulit,
†Ille clam obseruauit seruos,
Quo aut quás in aedis haéc puellam déferat.
Vt eámpse uos audístis confitérier, 170
Dat eám puellam méretrici Melaénidi,
Eaque éducauit eám sibi pro fília
Bene ác pudice. túm illic autem Lémnius
Propínquam uxorem dúxit, cognatám suam.
Ea diém suom obiit, fácta morigerást uiro. 175
Post⟨quam⟩ ílle uxori iústa fecit, ílico
Huc cómmigrauit. dúxit uxorem híc sibi
Eándem quam olim uírginem hic comprésserat,
Et eám cognoscit ésse quam comprésserat.
Illa ílli dicit éius se ex iniúria 180
Peperísse gnatam | átque eam se seruo ílico
Dedísse exponendam. ílle extemplo séruolum
Iubet íllum eundem pérsequi, siquá queat
Reperíre quae sustúlerit. ei rei núnc suam
Operam úsque assiduo séruos dat, si póssiet 185
Meretrícem illam inueníre, quam olim tóllere,
Quom ipse éxponebat, éx insidiis uíderat.
Nunc quód relicuom réstat, uolo persóluere,
Vt éxpungatur nómen, nequid débeam.
Aduléscens hic est Sícyoni: ei uiuít pater. 190
Is amóre proiectíciam illam déperit,
Quae ⟨dú⟩dum flens hinc ábiit ad matrém suam,
Et ílla hunc contra, quíst amor suauíssumus.

---

161. lemnum *vel* lemnium ‖ 170. eampse *vel* eam ipse ‖ 171. meretrici *vel* metrici ‖ 177. duxit *vel* dixit ‖ 181. Peperisse *vel* perisse ‖ 189. expugnatur *vel* expungatur ‖ 192. *add J* ‖ 193. hunc *vel* huc ‖

Vt súnt humana, níl est perpetuóm datum.
Pater ádulescenti dáre uolt uxorem. hóc ubi 195
Matér resciuit, iússit accersi eám domum.
Haec síc res gestast. béne ualete, et uíncite
Virtúte uera, quód fecistis ántidhac.
Seruáte uostros sócios, ueteres ét nouos,
Augéte auxilia uóstris iustis légibus, 200
Perdíte perduelles, párite laude[a]m et laúream:
Vt uóbis uicti Poéni poenas súfferant.

ACTVS II

ALCESIMARCHVS
ADVLESCENS

Credo égo amorem primum ápud homines carníficinam comméntum.
Hanc égo de me coniécturam domi fácio, ni foris quaéram,
Qui omnés homines supero [atque] ántideo cruciábilitatibus ánimi. 205
Iactór, crucior, agitór,
Stimulór, uorsor in amóris rota,
Miser éxanimor,
Feror, dífferor, distrahor, díripior:
Ita núbilam mentem animi hábeo. 210
Vbi súm, ibi non sum,
Vbi nón sum, ibist animus.
Ita mi ómnia sunt ingénia.

---

194. humana *vel* huma || 196. eam *vel* ad eam || 197. res gesta sic est: *trai Bo* || 200. iustis *vel* uictis || 201. perduelles *vel* perdielles | *del J* || 202. Et || 204. foras || 205. *del Herm* || 206—212. *tres v. sunt* (— miser — mentem: *sed* Stimulor *et* Feror Differor *et* Vbi *bis et* Ibi nonsum *B*): *discr Schoe duce Herm* || 209. deripior: *corr J* || 210. nubilam *vel* nullam || 213. ingenia sunt: *trai Herm* ||

Quod lúbet, non lubet iam id cóntinuo.
Ita me Ámor lassum animi lúdificat, 215
Fugat, ágit, appetit, raptát, retinet,
Lactát, largitur.
Quod dát non dat, delúdit.
Modo quód suasit dissuádet:
Quod díssuasit, id osténtat. 220
Maritúmis moribus mecum †éxpetitur:
Ita meúm frangit amantem ánimum,
Neque, nísi quia miser non eó pessum,
Mihi ulla ábest perdito permíties.
Ita páter apud uillam détinuit 225
Me hos diés sex ruri cóntinuos,
Neque licitum intereast meam amicam uisere. 227. 228
Estne hóc miserum memorátu?

* * * * * * * * * * * *

nudius sextus 230

* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *

ALCESIMARCHVS. (THYNISCVS?)
ADVLESCENS SERVOS

* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

---

214. lubet *vel* iubet (*bis*) ‖ 215—218. *duo v. sunt* (— appetit): *discr Schoe* ‖ 217. Iactat: *corr Scioppius* | Lagitur *vel* largitur ‖ 219. dissuasit: *corr Py* ‖ 221—228. *quattuor v. sunt* (— amantem [*sed* Ita *B*] — abest — sex): *discr Schoe duce Herm* ‖ 222. amantem *vel* amentem ‖ 223. non eo pessum *vel* ne oppessum ‖ 224. pernicies B^2 ‖ 227 sq. *cf. ad v. 14 sqq.* ‖ *inter v.* 228 *et* 492 *fere 600 v. desiderantur, nisi quod XXV fragmenta a grammaticis servata sunt et VII folia ex A accesserunt, magna ex parte sane lacera aut lectu difficillima: quare multa ex eis quae exhibemus incertissima sunt nec multum iuvant* ‖ 230. *gloss. Plaut.* ‖

AL. Pótine tu homo fácinus facere strénuom? SE. Aliorum ádfatimst, 231
Quí faciant: sane égo me nolo fórtem perhiberí uirum.

* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

AL. Séd quid is tum ⏑́ ⏑ adigi míhi uolo. SE. Qua grátia? 233
AL. Quía uiuo. SE. Facile íd quidem edepol póssum, si tu uís. AL. Volo.
SE. Át enim ne tu expónas pugnos tuós in imperió meo. 235
AL. Númquam edepol faciám. SE. Fidem da. AL. Dó — non facturum ésse me.
Séd ego primum eo, quí⟨a⟩ ab amica abésse auderem ⟨séx⟩ dies,
Súm nili? ⟨SE.⟩ Nili hércle uero's, ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑ –
AL. Quaé me amaret cóntra — SE. Dignus hércle's infortúnio.
AL. ⏑́ ⏑ – acérba facere in córde — SE. Frugi númquam eris. 240
AL. Praésertim quae cóniurasset mécum et firmassét fidem —
SE. Néque deos neque hómines aequomst fácere tibi posthác bene.
AL. [Quae mihi esset commendata et meam fidem concrediti] 242b
Quae ésset aetatem [mecum] éxactura mécum in matrimónio —
SE. Cómpedeis te cápere oportet néque eas umquam pónere.

---

231 sq. *Gellius VI 7* ‖ 233. ỊADIG̣I *vel* ỊADIC̣I ‖ 237. EO‡QUỊẠḄ: *corr Sey* | AỤ*ỊRẸMP̣ỊES: *corr Schoe* ‖ 238. UEROES(cu)ỊḌỌRỌỊA-RỌP̣ẸRỊṬE ‖ 239. ERCLEERCLEES ‖ 240. EỊME——ẠC̣ẸṚḄẠF̣ACERE ‖ 242^{b}. *del Schoe* (*cf 245*) ‖ 243. *del Bo* ‖ 244. COMPEC̣ẸIS: *corr Vss* ‖

AL. Quaé mihi esset cómmendata et meaé fidei concrédita — 245
SE. Hércle te uerbéribus multum caédi oportere árbitror.
AL. Quaé mellillam mé uocare et suáuium solitást suom —
SE. Ób istuc unum uérbum dignu's, déciens qui furcám feras.
AL. Égomet †laetor. séd quid auctor núnc mihi's? SE. Dicám tibi:
Súpplicium illi dés: suspendas té, ne tibi suscénseat. 250
AL. Quian l * * * * * * * * gam * * * *
SE. Quíd tu ergo timébas nam * * * * te mánuleo
* * *ue amica ne te caiet * * * * *
AL. Quid * * * SE. * * * * * us dari iussit pater.
V * * * * * * * * * * * * mihi 255
Saxeu * * * * * * * * * * xi semel
Sanus * * * * * * * * * * * *
Nam * * qu * * cen * * * * neum
* * * * * hoc r * * * * dei uostram fidem
Qui locus * * * * * * * qu * * exemerim 260
* lati * * * * rum * * * rum * maxumum
Val * * * * * m pla * * * * * * * ore
Sublestum * * * * * * * * * claudito
* * * m * * * * * * * * * * om
Ne quo * * * * ino * * * * * susese 265
* * is: sed quem hinc aus * * * * ni foras

GYMNASIVM. ALCESIMARCHVS
MERETRIX ADVLESCENS

* * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *

---

246. ERCLE ‖ 248. (ue)RBUM *et* F(er)AS ‖ 252 sq. *Fulgentius Verg. contin. p. 162:* quid tu amicam times ne te manuleo caiet ‖ 266. *post inscriptionem duo folia deficiunt* ‖

* * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *

ALCESIMARCHVS. AMICVS PATRIS EIVS (?).
ADVLESCENS
(THYNISCVS ?)
SERVOS

* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* m hércle cras * * * * ingrátiis 267
Censén iuss * * * * * * * * *
Siquidem íllaec ads * * * * * * * *
Vbi eám ui * * númquam. AL. Sum * * * * 270
AM. Tam * moriri nón sinet. AL. D * * cidei
AM. Sempér sunt sic ut tu úx * * * * * est.
AL. Quid si am * * AM. Non id * inis ést amor
* du * atque illam quám te amare intéllego,
* c * si conclusos uós me habere in cárcere, 275
⏑ ⏑́ ⏑ – amóris noctesque ét dies,
Ni emórtuos era * * * mo * * *
AL. Mihi númquam quisquam ⏑́ ⏑ osull ⏑́ ⏑ –
Non és * * * * * s. AM. Immo maxum *
Nam quí amant stulte atque ínmodeste atque ínprobe 280
* * * * * * * surg * * ne ament.
AL. * uxtin ill * AM. * * * * * * *
AL. Va * * anus. Th * * sce, ubi tu's?
SE. Écce me
AL. I, adfér mihi arma | ét loricam addúcito.
SE. Lorícam adducam? * * * * * * * 285
AL. I, cúrre equm adfer. SE. [Peri] Hércle hic insanít miser.
AL. Abi átque hastatos múltos, multos uélites,
Multós cum multis — níl moror precário.

---

279. MAXUMUS (*vel* —OS*) || 283. *fort.* TH(YNI)SCE || 286. *del Stu* ||

Vbi súnt quae iussi? SE. Sánus hic non ést satis.
AM. Manu ésse credo nócitum, quom illaec síc facit. 290
SE. Vtrúm deliras, quaéso, an astans sómnias,
Qui eqúm me adferre iúbes, loricam addúcere,
Multós hastatos, póstid multos uélites,
Multós cum multis —? haéc tu peruors ⏑́ ⏑ –
Mihi fábulatu's. AL. Díxin ego istaec, óbsecro? 295
SE. Modó quidem hercle haec dixísti. AL. Non praeséns quidem.
SE. Praestígiator †es, siquidem hic non es atque ades.
AM. Video égo te Amoris uálde tactum tóxico,
Aduléscens: eo te mágis uolo monitúm. AL. Mone.
AM. Caue sís cum Amore tu úmquam bellum súmpseris. 300
AL. Quid fáciam? AM. Ad matrem éius deueniás domum:
Expúrges, iures, óres blande pér precem
Eámque exores, né tibi suscénseat.
AL. Expúr<i>gabo hercle ómnia ad raucám rauim.
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *

ACTVS III

(PATER ALCESIMARCHI)
SENEX

* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
Prohibét diuiti<i>s máxumis, dote áltili atque opíma. 305

---

290. FACIṬ (*vel* Ṣ) ‖ 294. PERỤORSẠṚỤỌ (*vel* ẸṂỌḌỌ) ‖ 297. ABẸS *vel* AḌES ‖ 304. *Festus p. 274, Nonius p. 164* | *add Ri* (experiuraui *Festus*) | HERCLESOMNIA ‖ *post hunc v. duo folia deficiunt* ‖ 305. *Nonius p. 72* ‖

* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

(PATER ALCESIMARCHI). GYMNASIVM
SENEX MERETRIX

SE. * * * * * * * * * * * * * * *
Muliérculam exornátulam: ◡ ⊥ quidem hercle scíta. 306
Quamquám uetus canthérius sum, etiámnunc, ut ego opínor,
Adhínnire equolam póssum ego hanc, si détur sola sóli.
GY. Nimis ópportune mi éuenit redísse Alcesimárchum:
Nam sóla nulla inuítior solet ésse. SE. Me uocáto, 310
Ne sóla sis: ego <té>cum <ero, id uolo> ego ágere, ut tu agas áliquid.
GY. Nimis lépide <ex>concinnáuit hasce aedís Alcesimárchus,
Vt, quo * us * * * * * t lepidúmst amare sémper.
Venerém meram haec aedés olent, quia amátor expolíuit.
SE. Non mó<do i>psa lepidast, cómmode quoque hércle fabulátur. 315
Sed quóm dicta huius intérpretor, haec hérclest, ut ego opínor,
Meum quaé corrumpit fílium: suspíciost eam ésse,
Vtpóte quam numquam uíderim. de opínione crédo.
Nam hasce aédis conductás habet meus gnátus, haec ubi ástat:
Hoc hánc eam esse opíniost: nam haec íllum nomináuit. 320
Quid si ádeam atque appellém? mali damníque inlecebra, sálue.
GY. Qu * * * * * * * * * * nu * e uapulábis.
SE. Ad * * * * * * * ferre * * riclo apúd te.

---

308. *Priscianus III 42* ‖ 311. *suppl Schoe duce Stu* ‖ 312. *suppl Stu* ‖ 313. —USADIREDETUR——T ‖ 315. *suppl Stu* ‖ 318. UTPOST: *corr Sey* ‖ 323. FERRE——RICLO *vel* ARE——UOLO ‖

* * * * * * * * * rir * * * mer *
Lu * * * * * * * * * uu * * * * 325
* * * * * * * * * * s ma * * *
* * c * * * * * * * * * * * sulco
* * * * * * * * * * * * * * clis
* * * * * * * * * * * * * * *
* l * * * * * * * * * * * intro ábeo: 330
Nam méretricem adstare ín uia solám prostibuli sánest.
* * * d * * qu * * * * * * * num me
* ssem * * * * * * * * * meam uu *
Vm * * * * * * * * * * * * * *
Ibo a * * * * * * * * * * * * * 335
* * ps * * c * * * * * * * * * *
* s * * * * * * * * * * * * *
* * * ueu * * * * * * * * * * *
* * o * * * * * * * * * * * *
Neque ull * * * * * * ínicias: malum aúfer 340
Bonúm mihi opus est * * * * * * * * * *
Eni * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
Ni s * unct * * * * * * * * * * * *
Ve * * * * * * * * * * * * * * 345
Si u * d * * sis * * * * * * * * *
H * * * * * * * * * * fe * * * *
* * * edic * * * * * q * * * * *
Ni * e quid uis * * * cu * * * * * *
Al * * * * * * * * * * * * * * 350
* * * * eces * s l * o s * e * * * * *
* * * * face nunciam * * * nc * * *
Nou * * * * * *s * * s * * * * * am
Qu * * res ea * * * * huc * * * * * *
Qu * * do * * * * * * * * * * * * 355
Nol * * * * * * m tuo s * * * * * *

---

330 sq. *Nonius p. 423* (SANEST *tantum apparet*) | intro bo (*vel* abo *vel* adbo): *corr Bo* ‖ prostibula: *corr Mercerus* ‖ 340 sq. *Nonius p. 482* (NICIASM*LUM—— *et* BONU—— *apparet*) ‖ 349. EQUIDUIS (*vel* —EM) ‖

Ne tuos * * * * * * * * * * * *
Quae ubi * * * * * * * * * * * *
* * ille * ou * * * * * * mulier * *
* * steram * * * * * * f * o * o mihi o * * t * 360
* * * nlocui * * * q * * * * * * uis
Apu * ut ar * * * * * lus ego * quiduis
SE. Volo éx te s⟨ci⟩re, qu⟨íc⟩quid est, meus ⟨fílius quod fé⟩cit.
Quid ego úsquam male fecí tibi ⟨aut m⟩eus quísquam, id edissérta,
Quam ob rém me meumque fílium quom ⟨mátr⟩e remque nóstram 365
Habes pérditui et prae⟨dát⟩ui? GY. ⟨Mi⟩ser érrat, ut ego díxi.
Lepidást materies: lúdam ego hunc: nam occásio uidétur. —
Potin óper⟨a⟩m — ⟨n⟩eque equidém malam — ◡ ⏊ d * innocénti?
SE. Sed ⟨óbsecro⟩ te, núllusnest tib⟨i a⟩mátor alius quísquam?
GY. Nisi ⟨tú⟩os modo unus fílius[t], quem quídem ego amem alius némost. 370
SE. At ego a * * * GY. Níl moror: damnó sunt * mihi s * es.
Quid f * * * * * * m? uisnést is arbitrátus?
* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
GY. Datores bellissumi uos negotioli, senices, soletis esse. 373

---

363. *suppl Stu* ‖ 364. *suppl Sey* ‖ 365. *suppl Stu* ‖ 366. *suppl Stu* ‖ 368. *suppl Schoe* | DẸṢ *vel* DỊẸ ‖ 369. *suppl Stu* ‖ 370. *suppl et del Stu* ‖ 371. EGỌA *vel* EC̣C̣A | ẸUṬ (*vel* ṬUỊ) MIHIṢ—ẸS ‖ 372. ỊS *vel* ỊḌ ‖ *post v. 372 unum folium deficit* ‖ 373. *Priscianus III 38 et VI 94* | senicis *vel* phoenices ‖

* * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * *

(SYRA ?) GYMNASIVM. (PATER ALCESIMARCHI)
LENA MERETRIX SENEX

* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
LE. Me réspondere póstulas? iniúriumst.
Stipulári semper me últro oportet á uiris — 375
Eum quaéstum facio —, níl uiris promíttere.
* * * * * * * * * * * *
SE. Siquidem ímperes pro cópia pro récula. 377
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
LE. Quin ís, si itura's: nímium is uegrandí gradu. 378
GY. Pol ád cubituram, máter, magis sum exércita
Fere quam á<d> cursura<m>: eó sum tardiúsula.
* * * * * * * * * * * *

LAMPADIO
SERVOS

* * * * * méminere officiúm suom. 381
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
Ita mústulentus aéstus nares áttigit. 382
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
Capíllo scisso atque éxcisatis aúribus, 383

374—376. *Priscianus VIII 21* ‖ 376. uires *vel* iuris ‖ 377. *Priscianus III 33* ‖ 378. *Festus p. 372* | qui nisi itures: *corr Gul* ‖ 379 sq. *Nonius p. 198* | accubituram: *corr Muretus* ‖ fere *vel* re | *add Muretus* ‖ 381. *Nonius p. 499* ‖ 382. *Nonius p. 63* (Nam ita) *et p. 415* (uentus *et* obtigit) ‖ 383. *Nonius p. 108* (excisatis *vel* excissatis ‖

Quae quási carnificis ángiporta púrgitans
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * mori 385
Co * * * * * * * * * * *
Quo * * * * * * * * * * is
* * * * * * * * * * * mus
Auiti * * * * * * * * rist
Cu * * * * * * * * * * 390
Fuist * * * * * * * llo modo
V * * * * * * * * es negent
* * * * * * * * a * d *
* * * * * * * guela * qui teris
* * * * * * * uero * s * * 395
* * * * * * * * ticulus fui
* * * * * * * * * * * us
* * * * * * * * * * * *
V * * * * * * * * * * eras
* * * * * * * * * * * * 400
Qu * * sq * * * * * * * * *
Vel * * * * * * * * * * *
Qu * q * * * * * * * * m darent
* l * * * * * * * * * * *
Non quási nunc haec sunt híc limaces, líuidae, 405
Febrícul⟨osae, mí⟩serae amicae |, ósseae,
Dióbolares, schoéniculae, miráculae,
Cum extrítis talis, cúm todillis crúsculis
* * * * * * * * * * * *
Qua * * * * * * * * * * * 410
* qua * * * * * * * * * * *

---

384. *Nonius p. 190* ‖ 405. *Varro de l. l. VII 64* | LIMA(cesaut)-LIUIDAE ‖ 406. FEDRIPUL———SERAE: *corr et suppl Schoe* ‖ 407. *Varro de l. l. VII 64, Festus p. 329* | MIRACULA ‖ 408. *Festus p. 301. 329. 352, Paulus p. 52, Priscianus III 29* | EXTERITIS: ex̃ttis *Festus*, extortis *Priscianus et Paulus* | TODELLIS: sodellis *et* todillis *Festus*, todinis *Priscianus*, crocotillis *Paulus* | CRURIBUS ‖

* * * * * * * * * * * * *
Qu * * * * * * * * * * * *
Ti * * * * * * * * * * * *
Amb * * * * * * * * * * * 415
Pr * * * * * * * * * m loco
Sus * * * * * * * * * * *
* * l * * * * * * * * * *
M * * * * * * * * * * *
At die illa * * * * * * * * 420
S * * * qu * * * * * * * *
Dei me omnes * * * * * * * *
Illae * * * * * * * * * *
Haec sustulit post * * * * * * *
Circumcur * * * * * * * * * 425
O * * * * neque * * * * * *
Qua * * * disti * * * * um loquor
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * 430
* * * * * * * * * * * est
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *

ALCESIMARCHVS. MELAENIS. SELENIVM
ADVLESCENS LENA MERETRIX

Qu * * * * * * * * * * *
Ic * * * * * * * * * * * 435
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * us * *
* * * * * * * * * * io 440
Tu * * * * * * * * * * *
C * * * * * * * * * ogo
* * * * * * * * * * * suis

* * * * * * * * * ris modis 444
* * * * * *
coniuola 445
* * * * * *
cogitatim 446
* * * * * *
summatim 447
* * * * * *
benigniter 448
* * * * * *
SE. Moléstus es. 449
AL. Mea * * ssula s * * * * * ad me * *
SE. Aufér manum.
AL. Germána mea sorórcula. SE. Repúdio te fratérculum.
AL. Tum tu ígitur, mea matércula. ME. Repúdio te †fratérculum.
AL. Opsécro te — ME. Valeas. AL. út sinas —
ME. Nil móror. AL. expur⟨i⟩gáre me.
ME. ◡ ∠ ◡ AL. Sine dicám — ⟨ME.⟩ Satis sapít mi †auis periúri * .
Ver * s íta sunt, at nunc nón potest. AL. Supplícium †pollicerí uolo. 455
SE. At mi áps te accipere nón lubet. AL. Em, óm⟨nia⟩
Patiór iur * * * SE. * * * néque tis misererí decet.
ME. Quamquam hóminem uenter * p * us ne * * *
Verbá dare * ss *
AL. Non ílla ta * * ME. ⟨P⟩ol ⟨mi⟩hi qui * a qui frangant foédera, 460

Inter v. 444 et 449 unum folium deficit ‖ 445 sq. *Paulus p. 61* (*ex incertis locis Cistellariae, ut vid*) ‖ 447 sq. *gloss. Plaut.* ‖ 450. MEAỤ—SSULASỤẠ(*vel* SC̣ỊẠ)——SẸGẸṆṬADME—— ‖ 451. *Priscianus III 30* ‖ 452. *Priscianus III 29* ‖ 453. *add Stu* ‖ 454. Ọ(pe)Ṛ(os)Ạ(m)♯SINE | *add Schoe* | SAPỊṬMIKỊẠỤỊṢ(pe)Ṛ-ỊỤṚỊ(is *vel* o) ‖ 455. UẸR—SỊṬẠ ‖ 456. *suppl Stu* ‖ 457. ỊỤṚ——C̣ỊḶḶẸỊỤṢḶỤPỊṢỊNEQUE ‖ 459. DARẸ—C̣ẸSSẸ ‖ 460. —Ṃ—Ọ—OL—HI: *suppl Stu* ‖

Eós * * * et m * * * * *
Iub * * * * quídlubet. * * quid * SE. * sto. ⟨sí⟩c ⟨da⟩bo.
AL. At * * o neque te á⟨mi⟩ttam ho⟨di⟩e, nísi quae uolo tecúm loqui
Das mi óperam.

MELAENIS. LENA **ALCESIMARCHVS** ADVLESCENS

ME. Pótin ut mihi moléstus ne sis? AL. Quín id ⟨est no⟩mén mihi: 465
Ómnes mortalés u⟨o⟩c⟨ant Molé⟩stu⟨m⟩ * * cónsitu⟨m⟩.
ME. Quo * * * * * * * ⟨ó⟩bsecro. AL. At fru⟨stra ób⟩s⟨ec⟩ras.
ME. * * * * * rp * * * * ins * * * s * must,
Quía sine om * * * * * * * * die suóm. AL. Dabo
Iús iurandum * * * * * * niu * * * * uom. 470
ME. Át ego nunc * llo m * * * iúre iurandó * *
Símil⟨est⟩ ius iurándum am⟨antum⟩ quá⟨si i⟩us ⟨c⟩onfusícium:
Néscia * * * * * su * * * mu * * * dest.
AL. Nóuo * * o mihi te n * * * * * * * nugás agis.
ME. Si a * * * * * * * quaquam * * AL. * * s * 475
ME. Nón me * * res * * * * do * * ai s * l *
AL. Súpplicium dabo a⟨úrum et pa⟩ll⟨am⟩ atque ílli * *
ME. Quó modo eg * * * * * * ad medi * * ser * *
* * ss * * * * * * * * quia's nactús nouam,
Quae * * AL. * * * * big * s quaédam, quasi tu néscias 480
* * * * * * ME. * deaeque illam perdant †pariter —

---

461. ẸỌS—ẸṆỊMỤ——ETMẸ*E———C̣Ẹ(ri)T ‖ 462. LUBẸṬ*ṢṬẠ-QUID——UẸSTO—C̣(da)BO: *suppl Schoe et Stu* ‖ 463. AṬ——NẸḌO | *suppl Stu* ‖ 465 sq. *suppl Schoe* (—ṂẸṂṂIKI) ‖ 467. *suppl Stu* ‖ 469. ẸṬỤṆDIE ‖ 472. *suppl Stu* ‖ 477. *suppl Schoe* ‖ 481. P̣ẸRG̣— ‖

AL. * * * * * * * umquám si hoc fallo. ME. Níl moror
* * * * * lsum fallis * * * * at fides.
Póstremo si míhi dedisses uérba, deis numquám dares?
AL. Quín equidem illam dúc⟨am⟩ ux⟨orem. ME.⟩ Dúcas, si d * * * * 485
Núnc hoc si tibi cómmodumst, quae * * * * * * *
AL. Ínstruxi illi aurum átque uestem. ME. * * * magis * * *
Síquidem amabas proín di * c⟨a⟩mu * * * illi ínstrui.
Séd sino. iam hoc míhi responde, ⟨quó⟩d ⟨ego t⟩e r⟨ogo⟩ * * *
Ins * * t * eam * ce AL. * nes quia * induta * * 490
Tíbi ita ut uoluistí quidem * * * * os quód uolo.
ME. Eó facetu's, quía tibi aliast spónsa locuples Lémnia.
Hábeas: neque nos fáctione tánta quanta tú sumus
Néque opes nostrae tám sunt ualidae quám tuae: uerúm tamen
Haú metuo ne iús iurandum nóstrum quisquam cúlpitet. 495
Tú iam, siquid tíbi dolebit, scíes qua doleat grátia.
AL. Deí me perdant, — ME. Quódcumque optes, tíbi uelim contíngere.
AL. Sei íllam uxorem dúxero umquam, míhi quam despondít pater.
ME. Ét me, si umquam tíbi | uxorem fíliam dederó meam.
AL. Pátierin me périurare? ME. Pól te aliquanto fácilius, 500
Quám me meamque rém perire et lúdificari fíliam.

---

482. P̣ẸṂ——MỤSẸṚỌUṂQUAM ‖ 483. FALLỊSẸỌṬEḤAC̣ỊGNORAT(*vel* ẸỌP̣ẸṚAṢỊ) ‖ 484. *post* UERBA *dubia lectio* ‖ 485 *et* 488 sq. *suppl Stu* ‖ 495. HAU: Haud ‖ 497. DEI: Di ‖ 498. SEI: Si | UMQUAMMIHIQUAM: mihi umquam (umquam quam B^2J) | DEPONDIT ‖ 500. PATERINMEPERIURARE‡POLTE: Periurare me patiere ME. Atque ‖ 501. MEMEAMQ·: meamque (*corr* B^2) ‖

Ábi, quaere, ubi iurí iurando tuó sit satias súbsidi.
Híc apud nos iam, Alcésimarche, cónfregisti tésseram.
AL. Fáce semel períclum. ME. Feci saépe, quod factúm queror.
AL. Rédde mihi illam. ME. Intér nouam rem uérbum usurpabó uetus: 505
Quód dedi datúm non uellem, quód relicuomst nón dabo.
AL. Nón remissurá's mihi illam? ME. Pró me responsás tibi.
AL. Nón remittes? ME. Scís iam dudum omném meam senténtiam.
AL. Sátin istuc tibi in córde certumst? ME. Quí<n> ne commentór quidem.
[Nón edepol <ego> istaéc tua dicta núnc in auris récipio. 510
AL. Nón? hem, quid agis? ME. Ígitur animum aduórte iam, ut quid agám scias.]
<AL.> Át ita me di deaéque superi atque ínferi et medióxumi,
Ítaque me Iunó regina et Ióuis supremi fília,
Ítaque me Satúrnus eius pátruos et summús pater,
Ítaque me Ops opulénta, illius áuia — ME. Immo matér quidem. 515
[ME.] Iúno filia ét Saturnus pátruos et summús [iup]-pater!
AL. Tú me delenís: propter te haec pécco. ME. Perge dícere.

---

502. ALIBIQUAEREUBIIURỊṢỊURANDỊṬỤỊ: Abi querere ubi tuo iurando tuo: *corr Ca* | SITSATIAS: satis sit ‖ 503. ALCESIMARÇHE: Alchesimarche ‖ 504. FECISAEPE: Saepe feci | QUAEROR ‖ 507. RESPONSAS: responsa ‖ 509. CERTUMSTINCORDE | QUINE: Quin ego: *corr Sey* ‖ 510 sq. *om A* | *add Schoe* | Non *vel* AL. Non | iam ut *vel* ut | agas: *corr Rostius* ‖ 512. *add Sarac* | atque *om Priscianus* ‖ 514. EIUSPATRUUS (*item Priscianus*): patruus eius | ETSUMMUS: et castor (*sic Priscianus*) *vel* ecastor ‖ 515. AUIAIMMO: auia AL. immo: *corr Sarac* ‖ 516. *del Vss* | FILIAIUNO | ETSUMMUS: est summus (*vel* summis): *corr* B^2 | IUPPITER: iu(p)piter: *corr Bent* ‖ 517. PECCOPERGE ‖

AL. Ánne etiam quid cónsultura sís sciam? ME. Perge éloqui.
Nón remittam: définitumst. AL. Énim uero ita me Iúppiter,
Ítaque me Iuno, ítaque Ianus, íta — quid dicam néscio — 520
Iám scio — immo, múlier, audi, meam út scias senténtiam:
Dí me omnes magní minutique ét etiam patellárii
Fáxint, ne ego <oppíngam> uiuos sáuium Se<lé>nio,
Nísi ego teque tuámque †filiam meque hodie obtruncáuero:
Póste[a] autem cum prímo luci crás nisi †ambo occídero, 525
Ét [e]quidem hercle nísi pe[r]datu tértio †omnis efflíxero,
Nísi tu illam remíttis ad me. díxi quae uoluí. uale.
ME. Ábiit intro irátus. quid ego núnc agam? si rédierit
Ílla ad hunc, ibidém loci res érit: ubi odium occéperit,
Íllam extrudet, quom hánc uxorem Lémniam ducét domum. 530
Séd tamen ibo et pérsequar: * * * * * * * *
* * * * * * amens néquid faciat, caúto opust. 531b
Póstremo quando aéqua lege paúperi cum díuite
Nón licet, perdam óperam potius quám carebo fília.
Séd quis hic est, qui récta platea cúrsum huc contendít suom?
* * * * * * * * * * * * * * *
Ét illud paueo et hóc formido: ita tóta sum misera ín metu. 535

---

518. ETIAM: ut etiam | sis sciam ME. perge: ESPERGE || 519. AL. enim: ENIM || 520. ITAQ·IANUS: et saturnus || 522. minutique: MINUTI | ETETIAM: et || 523. *suppl Schoe* (*lac B*) | le *add J* || 525. *del Ri* || 526. e *del Dousa* | r *del Turnebus* || 531. *lac sign Schoe* | amens *vel* amans || 533. leget: *corr B²* || 534. hic contendit (*vel* ostendit *vel* tendit) || *lac sign Schoe* ||

LAMPADIO. MELAENIS
SERVOS LENA

LA. Anúm sectatus súm clamore pér uias:
Misérrumam habui: †ut íllaec hodie, quót modis
Moderátrix ⟨linguae⟩ fuít atque immemorábilis.
†Quot illí blanditias, quíd illi promisí boni,
Quot ádmoeniui fábricas, quot fallácias 540
In quaéstione. uíx exculpsi ut díceret,
Quia eí promisi dólium uiní dare.

PHANOSTRATA. LAMPADIO. MELAENIS
MVLIER SERVOS LENA

PHA. Audíre uocem uísa sum ante aedís modo
Mei Lámpadisci sérui. LA. Non surdá's, era:
Recte aúdiuisti. PHA. Quíd agis hic? LA. Quod gaúdeas. 545
PHA. Quid id ést? LA. Hinc ex hisce aédibus pauló prius
Videi éxeuntem múlierem — PHA. Illam quaé meam
Gnatám sustulerat? LA. Rém tenes. PHA. Quid póstea?
LA. Dico éi, quo pacto éam ab hippodromo uíderim
Erílem nostram fíliam sustóllere. 550
[PHA.] Extímuit tum illa. ME. Iam hórret corpus, cór salit:
Nam míhi ab hippodromo mémini adferri páruolam
Puéllam eamque mé mihi suppónere.
PHA. Age pérge, quaeso |: ánimus audire éxpetit,
Vt gésta res sit. ME. Vtinam audire nón queas. 555

538. *suppl Vss* ‖ 539. promisi *vel* promissi ‖ 540 sq. *dist Py* ‖ 542. uini *vel* ui ‖ 545. audisti *vel* audiuisti ‖ 546. excisce: *corr J* ‖ 549. hipodromo *vel* hipodroma ‖ 550. filiam nostram: *trai Bo* ‖ 551. *del Pistoris* | LA.: *corr B*[2] | iam horret *vel* horret ‖ 554. quaeso *vel* quoso ‖ 555. res gesta: *trai Guy* | LA.: *corr Pius* ‖ *post v. 555 pers add Pius, lac sign Guy* ‖

⟨LA.⟩ * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
Pergo íllam * * * díctis: 'illaec té⟨d⟩ anus 556
Fortu * * * * * * seras uocat:
Nam illa[ha]éc tibi nutrix ést, ne matrem cénseas.
Ego té reduco et †uoco ad diuitias,
Vbi tú locere in lúculentam fámiliam, 560
Vnde tíbi talenta mágna uigintí pater
Det dótis: non enim híc, ubi ex Tuscó modo
Tuté tibi indigne dótem quaeras córpore, —
PHA. An, amábo, meretrix íllast, quae illam sústulit?
LA. Immó meretrix fuit: séd ut sit, de ea re
éloquar. 565
Iam pérducebam illam ád me suadelá mea,
Anus eí ⟨quom⟩ amplexast génua, plorans, óbsecrans,
Ne déserat se: eám suam esse fíliam
Seque eám peperisse sáncte adiurabát mihi.
'Istánc quam quaeris' ínquit 'ego amicaé meae 570
Dedi, quae éducaret eám pro filiolá sua:
Et uíuit' inquit. 'úbi east?' inquam extémpulo.
PHA. Seruáte di me⟨d⟩, óbsecro. ME. At me pérditis.
PHA. Quo⟨i⟩ illám dedisset éxquisisse opórtuit.
LA. Quaesíui et dixit: méretrici Melaénidi. 575
ME. Meum élocutust nómen: interii * * *
LA. Vbi élocutast, égo continuo anum †interrogo
'Vbi hábitat?' inquam 'díc ac demonstrá mihi'.
'Auéctast' inquit 'péregre hinc habitatum'. ME. Óbsipat
Aquolám. LA. 'Quo auectast, eó sequemur. sícine 580

---

556 sq. *lac sign libri* | *add Schoe* ‖ 561. pater *vel* later ‖ 563. *dist Handius* ‖ 564 sq. meritrix *vel* meretrix (*bis*) ‖ 567. *add Sey* ‖ 568. ne *vel* non ‖ 573. PHA. *add B*² *et* LE. *in spat* | di me *vel* me di: *corr Klotzius* ‖ 575. quaesiui *vel* quaesilui ‖ 576. elocutus (*vel* elocutum) est | *lac sign Py* ‖ 578. duc: *corr Beckerus* ‖ 579. peregre *vel* properegre ‖ 580. aculam | Scine: *corr B*² ‖

Agis núgas? peri⟨i⟩stí, ni * * * *
* * * *'. ⟨non⟩ hércle hoc longe déstiti
Instáre usque adeo, dónec se adiurát anus
Iam mihi monstrare. PHA. Át non missam opórtuit.
LA. Seruátur: sed illaec sé quandam ai[e]bat múlierem 585
Suam béneuolentem cónuenire etiám prius,
Commúne quacum id ésset sibi negótium.
Et scío uenturam. ME. Me índicabit ét suas
Ad meás miserias álias * * * * *
* * * * * * * faciem cónsciam. 590
PHA. Quid núnc uis facere me? LA. Íntro abi atque animó bono's.
Vir túos si ueniet, iúbe domi o⟨p⟩perírier
Ne ⟨in⟩ quaéstione[m] mihi sit, siquid eúm uelim.
Ego ad ánum recurro rúrsum. PHA. Lampadio, óbsecro,
Curá. LA. Perfectum ego hóc dabo negótium. 595
PHA. Deos téque spero. LA. Eósdem ego — uti [h]abeás domum.
ME. Aduléscens, asta atque aúdi. LA. Men, muliér, uocas?
ME. Te. LA. Quíd negotist? nam óccupatus sum ámpliter.
ME. Quis ístic habitat? LA. Démipho dominús meus.
ME. Nempe ístic est, qui Alc[h]ésimarcho filiam 600
Suám despondit ín diuitias máxumas?
LA. Is ípsust. ME. Eho tu, quám uos igitur filiam
Nunc quaéritatis álteram? LA. Ego deicám tibi:
Non éx uxore nátam, uxoris filiam. 604
ME. Quid istúc est uerbi[s]? LA. Éx priore múliere

---

581 sq. peristine hercle: *corr cum lac Schoe* | dedisti || 584. At *vel* A *vel* An || 585. *del Guy* || 586. prius *vel* pius || 588. indicauit: *corr Ca* || 589 sq. alias faciem: *lac sign Schoe* || 593. *add et del Ca* || 596. ego uti *vel* uti ego || 599. istuc: *corr B* | demipho *vel* dephimo || 600. ME. Nempe *vel* Nempe || 601. dispondit || 602. Eo: *corr B²* || 603. deiciam (dicam *B²*) ||

Nata, ínquam, meo erost fília. ME. Certé modo
Huius quaé locutast quaérere ai[e]bas fíliam.
LA. Huius é⟨r⟩go quaero. ME. Quó modo igitur, óbsecro,
Haec ést prior, quae núpta nunc est? LA. Cónteris
Tu tuá me oratióne, mulier, quísquis es. 610
Medióxumam quam dúxit uxorem, éx ea
Natást haec uirgo, Alc[h]ésimarcho quaé datur.
Ea uxór diem obiit. iám scis? ME. Teneo istúc satis.
Sed ego íllud quaero cónfragosum, quó modo
Prior pósterior sit ét posterior sít prior? 615
LA. Prius hánc compressit, quam úxorem duxít domum:
Prius gráuida factast príusque peperit fíliam.
Eam póstquam peperit, iússit paruam próici:
Ego eám proieci |: ália mulier sústulit.
Ego ínspectaui |. érus hanc duxit póstibi. 620
Eam núnc puellam fíliam eius quaérimus.
Quid núnc supina súsum caelum cónspicis?
ME. Ei núnciam istuc quó properabas: níl moror.
Nunc íntellexi. LA. Dís hercle habeo grátiam:
Nam ni íntellexes, númquam credo amítteres. 625
ME. Nunc míhi bonae necéssust esse ingrát⟨i⟩is,
Quamquam ésse nolo. rém palam esse intéllego.
Nunc égomet potius hánc inibo grátiam
Ab íllis quam illaec me índicet. ibó domum
Atque ád parentes ré⟨d⟩ducam Selénium. 630

606. certo: *corr Ca* ‖ 607. *del Guy* ‖ 608. ego quaero *vel* quaero ‖ 611. duxit *vel* ducit ‖ 613. obiit *vel* o hiit ‖ 614. confragosum *vel* confrangosum ‖ 622. sus iam caelum: susum *corr* B^2J ‖ 623. Hei B^2, *ut vid* | nunc iam *vel* nunc | istunc: *corr* B^2 ‖ 626. necessust esse *vel* necessust | *add Py* ‖ 630. reduco *vel* reducam: *add Ca* ‖

ACTVS IV

MELAENIS. SELENIVM
LENA MERETRIX

ME. Rem élocuta súm tibi omnem: séquere ⟨hac⟩ me[a], Selénium,
Vt eorum quoiam ésse oportet té sis potius quám mea.
Quámquam inuita té carebo, ánimum ego inducám tamen,
†Vt illud quam tuam in rem bene conducat consulam.
Nam híc crepundia ínsunt, quibusquom te ílla olim ad me détulit, 635
Quaé mihi dedít, parentes te út cognoscant fácilius.
Áccipe hanc cistéllam, Halisca: s * * * * * * *
* * * * * * * * ágedum pulta illás fores.
Díc me orare, ut áliquis intus pródeat propere ócius.

ALCESIMARCHVS. SELENIVM. MELAENIS
ADVLESCENS MERETRIX LENA

AL. Récipe me ad te, Mórs, amicum et béneuolum. SE. Matér mea, 640
Pér⟨i⟩imus miseraé. AL. Vtrum hac me fériam an ab laeuá latus?
ME. Quíd tibist? SE. Alcésimarchum nón uides? ferrúm tenens —
AL. Écquid agis? remoráre? lumen línque. SE. Amabo, accúrrite,

631. sum tibi *vel* sunt ibi | sequerem (sequere me B^2J) mea (*vel* meam): *corr Sey* ‖ 633. indicam: *corr* B^2J ‖ 635. crepundia *vel* repudia | detulit *vel* tetulit ‖ 636. te ut *vel* ut te ‖ 637 sq. has licas (*vel* liscas): *ubi lac sign Sey* ‖ 640. mors *vel* mor ‖ 641. *add Gru* ‖ 642. tenet B^2, *ut vid* (*dist Schoe*) ‖ 643. remorare *vel* rememorare: *dist Lamb* ‖

Né se interemat. AL. Ó Salute meá salus salúbrior:
Tú nunc, si ego uoló seu nolo, sóla me ut uiuám facis. 645
ME. Haúd uoluisti istú[n]c seuerum fácere. AL. Nil mecúm tibi:
Mórtuos tibi sum: hánc ut habeo, cértumst non amíttere.
Nam hércle iam ad me adglútinandam tótam decretúmst dare.
Ýbi estis, serui? occlúdite aedis péssulis, repágulis,
†Ibo hanc ego tétulero intra límen. ME. Abiit, ábstulit 650
Múlierem. ibo, pérsequar iam illum íntro, ut haec ex mé sciat
Eádem, si[c] possúm tranquillum fácere ex irató mihi.

ACTVS V

LAMPADIO. PHANOSTRATA
SERVOS MVLIER

LA. Núllam ego me uidísse credo mágis anum excruciábilem
Quám illaec est: quae dúdum fassast míhi, quaene infitiás eat?
Séd eccam eram uideó. sed quid hoc est, haéc quod cistella híc iacet 655
Cúm crepundiís? nec quemquam cónspicor alium ín uia.
Fáciundumst pueríle officium: cónquiniscam ad cístulam.

645. sola me *vel* me | uiuam *vel* uiam ‖ 646. Haud *vel* Aut ‖ 648. adglutinandum totam (*vel* tota): *corr J* ‖ 652. sed *vel* sic ‖ 654. illaec *vel* illa haec | fassas (*vel* fassa) est ‖ 656. crepundiis *vel* crepundus ‖ 657. puer illofficium: *corr B² cum Nonio* | quomque mei sciam: *corr ex Nonio* ‖

PHA. Quíd agis, Lampadio? LA. Haéc cistella númnam hinc ab nobís domost?
Nam hínc ab ostió iacentem sústuli. PHA. Quid núntias
Súper anu? LA. Sceléstiorem in térra nullam esse álteram: 660
Ómnia infitiáre ia<m>, quae dúdum confessást mihi.
Nam hércle ego <quam> illam anum ínridere me út sinam, satiúst mihi
Quóuis exitio ínterire. PHA. Di, óbsecro uostrám fidem —
LA. Quíd deos obsecrás? PHA. Seruate nós. LA. Quid est? PHA. Crepúndia
Haéc sunt, quibuscum tu éxtulisti nóstram filiolam ád necem. 665
LA. Sánan es? PHA. Haec súnt profecto. LA. Pérgin? PHA. Haec sunt. <LA.> Sí mihi
Ália mulier íst[h]oc pacto dícat, dicam esse ébriam.
PHA. Nón ecastor fálsa memoro. <LA.> Nam, óbsecro, unde haec géntium?
Án quis deus obiécit hanc ante óstium nostrúm, quasi
Dédita opera in témpore ipso? PHA. Spés mihi sancta súbueni[t]. 670

HALISCA. LAMPADIO. PHANOSTRATA
ANCILLA SERVOS MVLIER

HA. Nisi quíd mi opis di dant, dísperii: neque unde aúxilium expetam | hábeo:
Itaque petulantia mea me animi miseram habet
* * * * *:

660. in terram *vel* in terra || 661. ea: *corr Schoe* || 662. *suppl Sey* || 664. uos: *corr J* | crepundia *vel* crepudia || 666. prophetio: *corr* B^2J | perge hin PHA. (*vel* LA.): *corr* B^2 | *add Valla* || 667. ist (*vel* iest) hoc || 668. LA. B^2 | eaisa (ais? hā B^2): *corr Ca* | *add Vss* (*spat BE*) || 669. Aut: *corr Sey* || 670. *del Scioppius* || 671. opes: *corr* B^2 | didant *vel* dedant (di dent B^2) | neque *vel* neque neque | auxilium *vel* auxilii | expetam *vel* expectam || 672. *cf. ad v. 14 sqq.* | *lac sign Schoe* ||

Quae in térgum meúm ne ueniánt male formído,
Si era méa ⟨me⟩ sciát tam socórdem esse quám sum.
Quamne ín manibus tenui átque accepi hic ánte aedis
cistéllam, 675
Vbi ea sit nescio, nisi, ut opinor,
Loca haec circiter excidit mihi.
Mi hominés, mi spectatóres, facite indícium, siquis uídit,
[Si]Quis eam ábstulerit, quis[ue] sústulerit, et utrum
hác an illac iter ínstiterit.
Non súm scitiór, quae hos rogem aút quae fatígem,
Qui sémper maló muliebrí sunt lubéntes. 681
Nunc uéstigia híc siqua súnt noscitábo.
Nam sí †nemo hac praeteriit, postquam intro abii,
Cistélla hic iacéret. quid híc? perii[t], opínor.
Actúmst, ilicét. me infelícem et sceléstam. 685
Nullást neque ego sum úsquam. perdíta perdidít me.
Sed pérgam ut coépi: tamén quaeritábo.
Nam et intús paueo et foris fórmido: ita núnc utru-
bique metús me agitat.
†Illo súnt hominis miseré miseri.
Ílle nunc laétus est, quísquis est qui íllam habet: 690
Quae neque [illa] illi quicquam usuist ⟨et⟩ mi esse * *
potest.
Séd memet morór, quom hóc ago setiús.
Halisca, hoc age, ad terram aspice et despice,
Óculis in uestígiis ástute augurá.

---

673. intergum *vel* integrum | formida: *corr* B^2J ‖ 674. *add Mue* ‖ 675 sq. *unus v. est* | tenuit atque accepit: *corr* B^2 | hinc *vel* hic ‖ 676 sq. *cf. ad v. 14 sqq.* ‖ 677. aec *vel* haec | exciudit *vel* excidit ‖ 678. siquid: *corr* B^2J | uidet: *corr* B^2 ‖ 679. *del Bo* | quisue *vel lac* | inter *vel* in te: *corr* B^2 | instuerit *vel* institerit ‖ 680. scitior *cum lac: ubi* non sum B^2 ‖ 681. lubentes *vel* iubentes ‖ 682. si quia *vel* siqua ‖ 683. abii *vel* abi ‖ 684. *del Spengelius* ‖ 685. Actum (*vel* actutum) est ilicet (*vel* illic et) ‖ 688. utrubusque *vel* utrobique ‖ 689 sq. *unus v. est* | misere (*vel* miserere) miseri (*vel* misereri) ‖ 691. 693. *cf. ad v. 14 sqq.* ‖ 691. *del Guy* | *add Sey* | *lac sign Schoe* ‖ 692. ago setius *solus B habet* ‖ 693 sq. *unus v. est* | inuestigies (inuestiges *B ras*): *corr Schoe* ‖

LA. Era. PHA. Hém, [LA. est. PHA.] quid est?
LA. Haec ést. PHA. Quis? 695
LA. Quoi haec éxcidit cistélla.
PHA. Certe †eccum locus signát ubi ea éxcidit: appáret.
HA. Sed is hác iit: hac soccí uideo uestígium in pul-
uere: pérsequar hac.
In hoc iám loco cum altero cónstitit. hic meis túrba
oculis modo se óbiecit.
Neque prórsum iit hac: hic stétit, hinc illuc éxiit. hic
†concilium fuit. 700
Ad duós attinet: †liquis. attat singúlum uideo †uestigium.
Sed is hác abiit. contémplabor. hinc húc iit: hinc
nusquam ábiit.
Actám rem ago. quod periít, periit, meum córium
⟨cum⟩ cistélla.
Redeo íntro. PHA. †Mulier, mane: sunt quí uolunt
te conuéntam.
HA. Quis mé reuocat? LA. Bona fémina et malus
másculus uolúnt te. 705
HA. * * * * * * * * * * * postremo ílle
Plus quí uocat scit quód uelit quam ego quaé uocor.
reuórtor.
Ecquém uidisti †quaerere hic, amábo, in hac regióne
Cistéllam cum crepúndiis, quam ego híc amisi mísera?
Nam dúdum ut ⟨huc⟩ accúrrimus ad Alc[h]ésimarchum,
né se 710
Vita[m] ínteremeret, túm * * * * * more excidísse.

---

695 sqq. *pers add* B^2 | Heni *vel* hem | LA. est PHA. *vel* st: *del Ca* || 696. excidit *vel* excididit || 698. HA. Sed *vel* Sed | hac ut: *corr B* || 699. *v. bipart.* (Oculis) | constitit *vel* consistit || 700. iit *vel* iniit | Concilium fuit *adhaeret v. 701* || 701. hi qui sunt *pro* liquis B^2 | et ad *Nonius* || 702. huc ut (*vel* lit): *corr B* | hic: *corr* B^2 || 703—706. *tres v. sunt* (— mane — reuocat) || 703. peperiit (*vel* peperit) periit (*vel* peperit) | *add Valla* || 704. Mulier mane *solus B add* || 705 sq. Bona *vel* PHA. Bona: *corr* B^2 | te HA. postremo || 707. uocor *vel* uoco || 710. *add Schoe* || 711. uitam *adhaeret v. 710* | *del J* | Interemerit || 711 sq. *lac sign libri* ||

⟨LA.⟩ Cistéllam ⟨h⟩aec mulier * * * * ámus, era, parúmper.
HA. Dispérii misera: quíd ego [ea] erae dicám? quae me opere tánto
Seruáre iussit, quí suos Selénium paréntes
Facílius posset nóscere, quae eraé [meae] suppositast párua, 715
Quam quaédam meretrix eí dedit. LA. Nostram haéc rem fabulátur.
Hanc scíre oportet fília tua ubí sit, signa ut dícit.
⟨HA.⟩ Nunc eám uolt suae matri ét patri, quibus nátast, reddere últro.
[HA.] Mi homo, óbsecro, alias rés geris: ego tíbi meas res mándo.
LA. Istúc ago, atque istíc mihi cibus ést, quod fabuláre: 720
Sed ínter rem agendam ístam erae huic respóndi quod rogábat.
Nunc ád te redeo: síquid est opús, dic impe[t]ra † et tu.
Quid quaéritabas? HA. ⟨Ó⟩ mi homo et mea múlier, uos salúto.
PHA. Et nós te. sed quid quaéritas? HA. Vestígium hic requíro,
Qua aufúgit quaedam * * * * aestio * ⟨LA.⟩ * quid id? quídnamst? 725
⟨HA.⟩ Aliénum * * * * * et maerórem familiárem.
LA. Mala mérs, era, haec et cállidast. PHA. Ecástor ita uidétur.
LA. Imitátur nequam béstiam et damníficam. PHA. Quamnam, amábo?

---

712. LA. *add Sarac* ‖ 713. HA. *add* B^2 | ea *vel* eam (meae B^2J): *del Guy* | era: *corr* B^2J ‖ 715. nosceret *vel* noscere ‖ 716. meretrix *vel* meritrix ‖ 718 sq. *add et del Sarac* ‖ 720. ago *vel* ego ‖ 722. dic (*vel* dicit) impetra ‖ 723. *add Langenus* ‖ 725 sq. aestio *vel* aestic *inter lac* | *add Py et Ca* | *lac in B* | merorem *vel* memorem ‖ 727. mens o era B^2 ‖ 727 sqq. *pers plerasque add* B^2 ‖ 728. maleficam *Isidorus* | quin nam: *corr Ca* ‖

LA. Inuóluolum, quae in pámpini folio íntorta in-plicát se:
Itidem haéc exorditúr sibi intórtam ratiónem. 730
Quid quaéritas? HA. †Cistella hic mihi, aduléscens, euoláuit.
LA. In cáueam latam opórtuit. HA. Non édepol praeda mágna.
LA. Mirúm quin grex uenálium in cistélla infuerit úna.
PHA. Sine dícat. LA. Si dicát quidem. PHA. Age lóquere tu, quid ibi ín[fu]erit.
HA. Crepúndia una. LA. Est quídam homo, qui illam aít se scire ubí sit. 735
HA. At pól ille a quadam múliere, si eam mónstret, gratiam íneat.
LA. At síbi ille quidam uólt dari mercédem. HA. At pol illa quaédam,
Quae illám cistellam pérdidit, quoidám negat esse quód det.
⟨LA.⟩ At enim ílle qu[o]idam o⟨peram⟩ * * * quam árgentum expet⟨éss⟩it.
⟨HA.⟩ At pól illi qu⟨o⟩idam múlieri nulla ópera gra-tuítast. 740
⟨PHA.⟩ †Commodo loquelam, túa tibi nunc pródens: confitémur
Cistéllam habere. HA. At uós Salus seruássit. ubi ea núnc est?
PHA. Saluam éccam. sed ego rém meam magnám confabulári
Tecúm uolo: sociam té mihi adópto ad meam salútem.
HA. Quid istúc negotist? aút quis es[t]? PHA. Egó sum illius máter, 745

---

729. inuolutam in pampino *Isidorus* | inpanpini | filio: *corr* B^2E ‖ 730. exordetur ‖ 731. Cistellam *vel* Cistella | hinc *J* ‖ 734. *del Schoe* ‖ 735. scire *vel* sorore ‖ 736. Ad *vel* At ‖ 738. quoidat negat: *corr* B^2 ‖ 739 sq. *pers add J* | *add Sey: lac sign libri* | quidam mulier inulla: *corr Mue* ‖ 741. *add Ca* ‖ 742. serua sit: *corr* B^2 ‖ 743. PH. *vel* HA. ‖ 745. sun illiusemater B^1 (*corr* B^2) ‖

Quae haec géstitauit. HA. Hícine tu ergo hábitas?
PHA. Harioláre.
Sed quaéso ambages, múlier, mitte atque hóc age:
Elóquere unde haec sunt tíbi cito crepúndia.
HA. Mea haéc erilis géstitauit fília.
LA. Mentíris: nam mea géstitauit, nón tua. 750
⟨PHA.⟩ Ne oblóquere. LA. Taceo. PHA. Múlier, perge dícere:
Vbi eást quae gestitáuit? HA. Hic in próxumo.
PHA. Istíc quidem edepol meí uiri | habitát gener.
LA. * * * * * * * * * * * *
⟨PHA.⟩ Ne oblóquere rusus. pérge porro dícere:
Quot ánnos nata dícitur? HA. Septémdecim. 755
PHA. Meást east u * * * us annorum áttulit.
⟨HA.⟩ Quid qua * * * * * iam quaeró meam.
⟨LA.⟩ At po * * * * * sunt quaero tértiam.
PHA. Quod quaéritabam, fíliam inuení meam.
HA. Aequómst * * * pér fidem quod créditumst, 760
Ne béne merenti sít malo benígnitas.
Nostra haéc [c]alumn[i]ast túa profecto fília:
* * * * * * * * * * * *
Et rédditurast tuám tibi et ea grátia
Domó profectast. céterum ex ipsa, óbsecro,
Exquaéritote: ego sérua sum. PHA. Aequom póstulas. 765
HA. Illíus ego istanc ésse malo grátiam.
Sed istánc cistellam te ópsecro ut reddás mihi.
PHA. Quid fít, Lampadio? LA. Quód tuomst, teneás tuom.
PHA. At me húius miseret. LA. Síc faciundum cénseo:

---

746. *pers add* B^2 | hicin: *corr* B^2 | haliolare: *corr* B^2 ‖ 749 sq. *pers add* B^2 | filia .... gestitauit *solus* B^2 *habet* ‖ 751. *add* E^2J | PHA. *add* B^2 ‖ 752 sq. *pers add* B^2 | *lac sign Fl duce Ca* ‖ 754. *add Palm duce Ca* | rursum B^2 ‖ 755. Quod: *corr* B^2 | decet *vel* decem *vel* decem et: *corr Bo* ‖ 756 sqq. *lac sign libri* ‖ 757. *add Ca* ‖ 758. *add Ca* ‖ 760. *lac sign Ca* ‖ 762. *del Valla* | *lac sign Sey* ‖ 763. reditura *vel* redditura ‖ 766. HA. *add* B^2 | istam necesse (*vel* necesso): *corr Ca* | malo *vel* male ‖ 768. fit *vel* sit ‖

Da istí cistellam et íntro abi[i] cum istác semul. 770
⟨PHA.⟩ Tibi aúscultabo. téne tu cistellám tibi.
Abeámus intro. séd quid ⟨est⟩ nomén tuae
Dominaé? HA. Melaenis. PHA. Í[i] prae: iam ego té sequar.

DEMIPHO. LAMPADIO
SENEX SERVOS

DE. Quíd hoc negotist, quód omnes homines fábulantur pér uias
Míhi esse filiam ínuentam? et⟨iam⟩ Lámpadionem me ín foro 775
Quaésiuisse aiúnt. LA. Ere, unde is? DE. Éx senatu. LA. Gaúdeo
Tíbi mea opera líberorum esse ámplius. DE. E[te]nim nón placet:
Níl moror aliéna mi opera fíeri pluris líberos.
Séd quid istuc ést? LA. Propera ire intro húc ad ⟨ad⟩finém tuom:
Fíliam tuam iám cognosces. íntus ibidem uxór tuast. 780
[DE.] Ábi cito. ⟨DE.⟩ Praeuórti hoc certumst rébus aliis ómnibus.

CATERVA

Ne éxspectetis, spéctatores, dúm illi huc ad uos éxeant:
Némo exibit, ómnes intus cónficient negótium.
Vbi id erit factum, órnamenta pónent: postideá loci,
Quí deliquit uápulabit, quí non deliquít bibet. 785
Núnc quod ad uos, spéctatores, rélicuom relínquitur:
Móre maiorúm date plausum póstrema in comoédia.

---

770. PHA. *praem B²* | te intro: *corr B²* ‖ 772. *add Stu duce Ca* ‖ 773. dominae *vel* domnae | PHA. *add B²* ‖ 775. *add Schoe* | paditionem *vel* padictonem: *corr B²J* ‖ 776. undi is: *corr B²J* ‖ 777. *del Bo* ‖ 779. huc *vel* hunc | *add J* ‖ 781. *del et add Pius* ‖ 784. lici *vel* loci ‖ 785. uapulauit *vel* uapulabit ‖

T. MACCI PLAVTI

C V R C V L I O

PERSONAE

PALINVRVS SERVOS
PHAEDROMVS ADVLESCENS
LEAENA ANVS
PLANESIVM VIRGO
CAPPADOX LENO
COQVOS
CVRCVLIO PARASITVS
LYCO TRAPEZITA
CHORAGVS
THERAPONTIGONVS MILES

ARGVMENTVM

Curcúlio missu[s] Phaédromi | it Cáriam,
Vt pétat argentum. ibi | eludit ánulo
Riuálem, scribit átque obsignat lítteras.
Cognóscit signum Lýco, ubi uidit, mílitis:
Vt amícam mittat, prétium lenoní dedit. 5
Lycónem miles ác lenonem in iús rapit.
Ipsús sororem quám peribat répperit,
Orátu quoius Phaédromo nuptúm locat.

---

1. *del Gul* ||

ACTVS I

PALINVRVS. PHAEDROMVS
SERVOS ADVLESCENS

PA. Quo téd hoc noctis dícam proficiscí foras
Cum istóc ornatu cúmque hac pompa, Phaédrome?
PH. Quo Vénus Cupidoque ímperat, suadét Amor:
Si média nox est síuest prima uéspera,
Si stătus condictus cum hóste intercedít dies, 5
Tamen ést eundum quo ímperant ingrátiis.
PA. At tándem tandem — PH. Tándem es odiosús mihi.
PA. Istúc quidem nec béllumst nec memorábile:
Tuté tibi puer es: laútus luces céreum.
PH. Egon ápicularum operá congestum nón feram
Ex dúlci oriundum mél[li]culo dulcí meo? 11
PA. Nam quó te dicam ego íre? ⟨PH.⟩ Si tu mé roges,
Dicam út scias. ⟨PA.⟩ Si rógitem, quid respóndeas?
⟨PH.⟩ Hoc Aésculapi fánumst. PA. Plus iam annó scio.
PH. Huic próxumum illud óstium⟨st⟩ oculíssumum.

---

1. hac: *corr ex Diomede* ‖ 3. *pers add* B^2 | Quod *Nonius*: Quem *Servius Dan.* | cupido: *corr ex Nonio et Servio Dan.* | suadet (*ita Servius Dan.*) *vel* suadetque (*ita Nonius*) ‖ 5. condictus (*sic Festus, Servius, alii*) *vel* conditus | intercessit *Macrobius* ‖ 6. imperat: *corr ex Festo* | ingratiis *vel* ingratus (ingratis *Festus*) ‖ 7. PA. *initio add* B^2 | PA. Tandem: *corr* B^2 ‖ 8. PA. *add* B^2 ‖ 9. *dist Ac* ‖ 10. PH. *add* B^2 | Ego nam *Priscianus* ‖ 11. *del Bo* ‖ 12. PA. *add* B^2 ‖ 13. PH. *praem* B^2 ‖ 15. *add Py* | occlusissimum: *corr ex Festo Pauli* (oculissimum ostium amicae) ‖

Salué: ualuistin †óstium occlusíssumum? 16
PA. Caruítne febris te herí uel nudiustértius,
Et héri cenauistíne? PH. Deridésne me?
PA. Quid tu érgo, insane, rógitas ualeatne óstium?
PH. Bellíssumum hercle uídi et taciturníssumum:
Numquam úllum uerbum múttit: quom aperitúr, tacet: 21
Quom | ílla noctu clánculum ad me exít, tacet.
PA. Numquíd tu quod te aut génere indignum sít tuo
Facis aút inceptas fácinus facere, Phaédrome?
Num tú pudicae quoípiam insidiás locas 25
Aut quám pudicam | ésse oportet? PH. Némini,
Nec me ílle sirit Iúppiter. PA. Ego itém uolo:
Ita tuóm conferto amáre semper, sí sapis,
Ne id quód ames, populus sí sciat, tibi sít probro.
Sempér curato né sis intestábilis. 30
PH. Quid istúc est uerbi? PA. Caúte ut incedás uia:
Quod amás ama⟨to⟩ téstibus praeséntibus.
PH. Quin léno hic habitat. PA. Némo hinc prohibet néc uetat
Quin quód palamst uenále, si argentúmst, emas.
Nemo íre quemquam pública prohibét uia. 35
Dum né per fundum saéptum facias sémitam,
Dum té⟨d⟩ abstineas núpta, uidua, uírgine,
Iuuentúte et pueris líberis, ama quídlubet.
PH. Lenónis hae sunt aédes. PA. Male istis éuen[i]at.
PH. Qui? PA. Quía scelestam séruitutem séruiunt.
PH. Oblóquere. PA. Fiat: máxume. PH. Etiám taces? 41
PA. Nempe óbloqui me iússeras. PH. At núnc ueto.

---

16. ualuistin *vel* uoluistin ‖ 17. ne *vel* me ‖ 21. mittit *vel* muttit ‖ 23. generi ‖ 27. ille *vel* illi | sinit: *corr Muretus* ‖ 31. 32. *inverso ordine libri: trai Bo* ‖ 31. est uerbi *vel* est ‖ 32. *add Ca* ‖ 33. huic prohibet *vel* hic prohibet ‖ 37. *add Bo* ‖ 39. *del Muretus* ‖ 41. *dist Brixius* ‖

†Id uti occepi dícere, ei ancíllulast.
PA. Nempe huíc lenoni qui híc habitat? PH. Recté tenes.
PA. Minus fórmidabo ne éxcidat. PH. Odiósus es.
Eam uólt meretricem fácere |: ea me déperit: 46
Ego aútem cum illa fácere nolo mútuom.
PA. Quid itá? PH. Quia proprium fácio: amo paritér simul.
PA. Malus clándestinus ést amor, damnúmst merum.
PH. Est hércle ita ut tu dícis. PA. Iamne ea fért iugum? 50
PH. Tam a mé pudicast quási soror mea sít, nisi
Sist ósculando quíppiam inpudícior.
PA. Sempér, tu scito, flámma fumost próxuma:
Fumó comburi níl potest, flammá potest.
Qui e núce nuculeum | ésse uolt, frangít nucem:
Qui uólt cubare, pándit saltum sáuiis. 56
PH. At illást pudica néque dum cubitat cúm uiris.
PA. Credám, pudor si quoíquam lenoní siet.
PH. Immo út illam censes? út quaeque illi occásiost
Subrípere se ad me: ubi sáuium oppegít, fugit. 60
Id eó fit, quia | hic léno aegrotus íncubat
In Aésculapi fáno: is me excruciát. PA. Quid est?
PH. Aliás me poscit pró illa trigintá minas,
Aliás talentum mágnum: neque quicquám queo
Aequí bonique ab eo ímpetrare. PA. Iniúriu's, 65
Qui quód lenoni núllist id ab eó petas.
PH. Nunc hínc parasitum in Cáriam misí meum
Petítum argentum a meó sodali mútuom:
Quod sí non affert, quó me uortam néscio.
PA. Si deós salutas, déxtrouorsum cénseo. 70

---

43. Id uti *vel* Induti ‖ 44 sq. *personas add* B^2 | exedat: *corr Lamb duce Pio* ‖ 49. clandestinus *vel* clandastinus ‖ 50. PH. *om* B^1 | PA. *add* B^2 | ut tu *vel* ut | iamne *vel* iam ‖ 51. *pers om* B^1 ‖ 54. PH. *praem* B^2 ‖ 55. PA. *praem* B^2 | nuculeum *vel* nucleum (nuculeos *Macrobius*) ‖ 57—59 *et* 62 sq. *pers add* B^2 ‖ 65. Iniurium est: *corr Ca* ‖ 66. Quid quod: *corr B* ‖

PH. Nunc ára Veneris haéc est ante horúnc fores:
Me inférre Veneri uóui ia[m]ientáculum.
PA. Quid ántepones Véneri ⟨i⟩aientáculo?
PH. Me, té atque hosce omnis. PA. Túm tu Venerem uómere uis.
PH. Cedo, púere, sinum. PA. Quíd facturu's? PH. Iám scies. 75
Anus híc solet cubáre custos iánitrix —
Nomén Leaenaest — múltibiba atque mérobiba.
PA. Quasi tú lagoenam dícas, ubi uinúm Chium
Solet ésse. PH. Quid opust uérbis? uinosíssumast:
Eaque éxtemplo ubi ⟨ego⟩ uíno has conspersí fores, 80
De odóre adesse mé scit, aperit ílico.
PA. Eine híc cum uino sínus fertur? PH. Nísi neuis.
PA. Nolo hércle: nam istunc quí fert afflictúm uelim:
Ego nóbis [af]ferri cénsui. PH. Quin tú taces?
Siquíd super illi fúerit, id nobís sat est. 85
PA. Quisnam ístic fluuiust, quém non recipiát mare?
PH. Sequere hác, Palinure, me ád fores: fi mi óbsequens.
PA. Ita fáciam. PH. Agite bíbite, festiuaé fores,
Potáte, fite míhi uolentes própitiae.
PA. Voltísne oliuas, [aut] púlpamentum, [aut] cáp⟨p⟩arim? 90
PH. Exsúscitate uóstram huc custodém mihi.
PA. Profúndis uinum: quaé te res agitánt? PH. Sine.

---

72. uoui *vel* noui | *del Skutschius duce Ribbeckio: cf. v. 73* || 73. alentaculo (ieientaculi *Nonius*): *corr Skutschius* || 75. facturus: *corr Lamb* || 76. cubatare (*vel* are cubat: cubitare *B*²) solet: *trai Ca* || 77. nomen (*vel* nomeni) est leene: *trai Fl, dist Vss* || 78. lagynam *Verg. schol. Veron.* || 79. solet *om B*¹ || 80. *add Guy* fores *vel* sores || 84. *del Bent* || 85. st *pro* est *B*² (id — st *om B*¹) || 89. fite *vel* phite || 90. *del Muretus* | *add Scal* ||

Viden? [ut] áperiuntur aédes festiuíssumae:
Num múttit cardo? est lépidus. PA. Quin das sáuium? 94
PH. Tace: óccultemus lúmen et uocém. PA. Licet.

LEAENA. PALINVRVS. PHAEDROMVS
LENA SERVOS ADVLESCENS

LE. Flós ueterís uiní meis náribus óbiectúst:
Éius amór cupidám me huc prólicit pér tenebrás: 97[a]
Vbi ubíst, prope mest: euáx, habeo. 97[b]
Salue, anime mi, Liberi lepos:
Vt ueteris uetusti cupida sum. 98[b]
Nam ómnium unguéntum odor praé tuo naúteast:
Tú mihi stácte, tu cínnamum, tú rosa, 100
Tú crocinum ét casiá's, tu télinum.
Nam ubi tú profusu's, íbi ego me péruelim sepúltam.
PH. Sitit haéc anus. PA. Quantillúm sitit? PH. Modicást, capit quadrántal.
PA. Pol ut praédicas, uindémia haec huic ánu[i] non satis est sóli.
<LE.> Séd quom adhuc náso odos óbsecutúst meo,
Dá uicissím meo gútturi gaúdium. 106
Níl ago técum: ubi's[t] ípsus? ipsum éxpeto
Tángere, inuérgere in mé liquorés tuos,
Síne, ductím. sed hac ábiit, hac pérsequar.
<PA.> Canem esse hánc quidem magis pár fuit: sagax násum habet. LE. Amábo,

---

93. Viden *vel* Vidin: *item v. 160. 188* | *del Bent* ‖ 94. muttit *vel* mutit ‖ 97[a]. prolicit *vel* prolicet ‖ 97[b]—101. *quattuor v. sunt* (— lepos — unguentum — cinnamum) ‖ 98. *cf. ad Cist. 14 sqq.* ‖ 99. prae *vel* pro | nausea est: *corr B² cum Nonio* ‖ 101. telinum *vel* telium *vel* ptellium ‖ 102. profusus: *corr Fl* ‖ 103 sq. *post 109 exstant: trai Ac* ‖ 103. Anus haec sitit *Festus* ‖ 104. *del Spengelius* ‖ 105. *add Ac* ‖ 106—108. *duo v. sunt* (— tecum) ‖ 107. Vibi est *vel* Vbi est | *del Buechelerus* ‖ 109. sino: *corr ex Prisciano* | ductim *vel* doctim | sed hac *vel* sed haec | *cf. ad v. 103 sq.* ‖ 110—113[b]. *tres v. sunt* (— habet — anum): *discr Christius* ‖ 110. *add Ac* ‖

Quóia uox sonát procul? 111
PH. Censeo hanc appellandam anum.
[PH.] Adíbo. redi, ét respice ád me, Le<aé>na. 113a
LE. Ímperatór quis est? 113b
PH. Viní pollens, lepidús Liber,
Tibí qui screánti siccaé semisómnae 115
Adfért potiónem et sitím sedatum it.
LE. Quám longe a me abést? PH. Lúmen hoc uidé.
LE. Grándiorém gradum ergó fac ad me, óbsecro.
PH. Sálue. LE. Egon sálua sim, quaé siti sícca sum?
PH. At iám bibes. LE. Diú fit. 120a
PH. Ém tibi, anús lepida. 120b
LE. Sálue, oculíssume homo. 121a
PA. Age effunde hoc cito in barathrum: propere prolue cloacam. 121b
PH. Tace: nolo huic male dici. PA. Faciam igitur male potius.
LE. Venús, de paulo paúlulum hic tibí dabo haud lubénter:
Nam tibi amantes propitiantes uinum potantes dant omnes:
Mihi haud saepe eueniunt tales hereditates. 125
PA. Hoc uíde ut ingurgitat ínpura in se mérum auariter faucíbus plenis. 126.127
PH. Perii hércle: huic quid primúm dicam nescío. PA. Em istuc, quod míhi dixti.
PH. Quid id ést? PA. Peri<i>sse ut té dicas. PH. Male tíbi di faciant. PA. Díc isti.
LE. Ah. PA. Quíd est? ecquid lubet? LE. Lúbet. PA. Étiam mihi quóque stimulo foderé lubet te. 130

---

112. 121b sq. 124 sq. *cf. ad Cist. 14 sqq.* ‖ 112. PA. ‖ 113a. *add Fl* ‖ 114 *et* 118 sq. *pers. add B²* ‖ 116. sitim *solus B²* | it *vel* id ‖ 119—122. *quinque v. sunt* (— bibes — homo — propere — dici): *discripsimus ex parte cum aliis* ‖ 120. 128. em *vel* hem ‖ 123. lubenter *vel* iubentur ‖ 124. propinantes: *corr Bo* | homines *vel* omnes *vel* omnes homines ‖ 130. PH. Quid | lubet *vel* iubet (*ter*) ‖

PH. Tace, nóli. PA. Taceo |: écce autem bibit árcus: pluet, credo, hércle hodie.
PH. Iamne égo huic dico? PA. Quid díces? PH. Me per<i>ísse. PA. Age dice. PH. Anus aúdi.
Hóc uolo scíre te: pérditus súm miser.
LE. Át pol ego oppidó seruata.
Séd quid est quód lubet pérditum dícere 135
Te ésse? PH. Quia íd quod amó careó.
LE. Phaédrome mi, ne plóra amabo:
Tu mé curato né sitiam, ego tíbi quod amas iam huc ádducam.
PH. Tibi ne égo, si fidem seruás mecum, uinéam pro aurea statuá statuam,
Quae tuó gutturi sit mónumentum. 140
Qui me ín terra aeque fórtunatus erít, si illa ad me bítet,
Palinúre? PA. Edepol qui amát, si eget, misera †adficitur aerúmna.
PH. Non íta res est: nam cónfido parasítum hodie aduentúrum
Cum argénto ad me. PA. Magnum ínceptas, si id éxpectas quod núsquamst.
PH. Quid si ádeam ad fores atque óccentem? PA. Si lúbet, neque ueto neque iúbeo,
Quando égo te uideo inmútatis moríbus esse, ere, atque ingénio. 146
PH. Péssuli, heus péssuli, uós salutó lubens,
Vós amo, uós uolo, uós peto atque óbsecro,
Gérite amantí mihi mórem, amoeníssumi:
Fíte causá mea lúdi<i> bárbari, 150
Sússilite, óbsecro, et míttite istánc foras,
Quaé mihi mísero amanti ébibit sánguinem.

---

134. *adhaeret v. 133* || 135. est quod *vel* est quid | lubet *vel* iubet || 139. *pers add B*[2] || 142. qui emat || 143. res est *vel* rest est || 145. Quid *vel* Quod | occentem *vel* occentum | lubet *vel* iubet || 147. lubens *vel* iubens || 150. me alidi (mea lidi *B*[2]): *corr Sarac* ||

Hóc uide ut dórmiunt péssuli péssumi
Néc mea grátia cómmouent se ócius.
†Respicio nili meam uos gratiam facere. 155
Sed tace, tace. PA. Taceo hercle quidem. PH. Sentio sonitum:
Tandem edepol mihi morigeri pessuli fiunt.

LEAENA. PLANESIVM. PALINVRVS.
LENA VIRGO SERVOS
PHAEDROMVS
ADVLESCENS

LE. Plácide egredere et sónitum prohibe fór⟨i⟩um et crepitum cárdinum,
Né quod hic agimus érus percipiat fíeri, mea Planésium.
Máne, suffundam aquolám. PA. Viden ut anus trémula medicinám facit? 160
Eápse merum condídicit bibere: fóribus dat aquam quám bibant.
PL. Vbi tu's, qui me cónuadatu's Véneriis uadimóniis?
Sísto ego tibi me et †mihi contra itidem ut sistas suádeo.
PH. Ássum: nam si absim, haúd recusem quín mihi male sit, mél meum.
PL. Ánime mi, †procul amantem abésse haud consentáneumst. 165
PH. Pálinure, Palinúre. PA. Eloquere, quíd est quod Palinurúm uoces?
PH. Est lepida. PA. Nimis lépida. PH. Sum deus. PA. Ímmo homo haud magní preti.
PH. Quíd uidisti aut quíd uidebis mágis dis aequiperábile?

---

155 sqq. *cf. ad Cist. 14 sqq.* ‖ 157. morieri *vel* morigeri ‖ 158. *add Py* | cardinum *vel* cardium ‖ 159. Ne quae (*item B*[2]) *et* perspiciet *Priscianus* ‖ 162. conuadatus: *corr Fl* | uadimoniis *vel* uademoniis ‖ 164. retus est *vel* retus////// *vel* recusem | quin *vel* qum ‖ 167. homo *solus B*[2] ‖ 168. aut *vel* haud | diis *vel* dies | aequiparabile *vel*

PH. Mále †ualere te quód mihi aegrest. PH Mále mi morigerú's: tace.
PA. Ípsus se excruciát qui homo quod amat uídet nec potitur, dúm licet. 170
PH. Récte obiurgat: sáne haud quicquamst mágis quod cupiam tám diu.
PL. Téne me, amplectere érgo. PH. Hoc etiamst quam ób rem cupiam uíuere:
Quía te prohibet †erus, clam ero potior. PL. Próhibet? nec prohibére quit
Néc prohibebit, nísi mors meum animum áps te abalienáuerit.
PA. Enim uero nequeó durare quín ego erum accusém meum. 175
Nám bonumst pauxíllum amare sáne, insane nón bonumst:
Vérum totum insánum amare †hoc est quod meus érus facit.
PH. Síbi sua habeant régna reges, síbi diuitias díuites,
Síbi honores, sibí uirtutes, síbi pugnas, sibi proélia:
Dúm mi abstineant ínuidere, síbi quisque habeant quód suomst. 180
PA. Quíd tu? Venerin péruigilare té uouisti, Phaédrome?
Nám hoc quidem edepol haúd multo post lúce lucebít. PH. Tace.
PA. Quíd, taceam? quin tu ís dormitum? PH. Dórmio: ne occlámites.
PA. Túquidem uigilas. PH. At meo more dórmio: hic somnúst mihi. 184
PA. Heús tu, mulier: mále mereri de ínmerente inscítiast.
PL. Írascere, sí te edentem hic á cibo abigat. PA. Ílicet:
Páriter hos períre amando uídeo: uterque insániunt.
Víden ut misere móliuntur? néqueunt complectí satis.

---

aequiperabile ‖ 169. morigerus: *corr Lamb* ‖ 171. aut *vel* haud ‖ 173. *dist Angelius* | quit *vel* quid ‖ 178. Sua sibi *et* suas diuitias *Lactantius* ‖ 181. uouisti *vel* nouisti ‖ 185. inscia est *vel* inscicia est ‖ 186. PL. Irascere *vel* Irascere ‖

Étiam dispertímini? PL. †Nullist homini perpetuóm bonum:
Iam huíc uoluptati hóc adiunctumst ódium. PA. Quid ais, própudium? 190
Tún etiam cum nóctuinis óculis 'odium' mé uocas,
Ébriola persólla, nugae? PH. Tún meam Venerem uítuperas?
†Quódquidem mihi pollúctus uirgis séruos sermoném serat?
Át ne tu hercle cúm cruciatu mágno dixisti íd tuo.
Ém tibi male díctis pro istis, díctis moderari út queas.
PA. Tuám fidem, Venus nóctuuigila. PH. Pérgin etiam, uérbero? 196
PL. Nóli, amabo, uérberare lápidem, ne perdás manum.
PA. Flágitium probrúmque magnum, Phaédrome, ex- pergéfacis:
Béne monstrantem púgnis caedis, hánc amas, nugás meras.
Hóc[c]ine fieri ut ínmodestis †hic te modereris móribus? 200
PH. Aúro contra cédo modestum amátorem: a me aurum áccipe.
PA. Cédo mihi contra aúrichalco, quoí ego sano séruiam.
PL. Béne uale, ocule mí: nam sonitum et crépitum claustrorum aúdio:
†Aedituum aperire fanum: quoúsque quaeso ad húnc modum
Ínter nos amóre utemur sémper subreptício? 205
PH. Mínume: nam parasítum misi núdiusquartus Cáriam
Pétere argentum: is hódie hic aderit. PL. Nímium consultás diu.

189. dispertimini *vel* dipertimini ‖ 190. adiunctum est odium *vel* adiunctum odium ‖ 192. persole: *corr* B^2 ‖ 195. Em *vel* Hem ‖ 198. Flagitium probrumque magnum *vel* Magnum flagitium probrumque ‖ 205. utimur: *corr* *Pius* | surrepticio *vel* surpreptitio ‖

PH. Íta me Venus amét, ut ego te hoc tríduom numquám sinam
Ín domo esse istác, quin ego te líberalem líberem.
PL. Fácito ut meminerís: tene etiam príus quam hinc abeo sáuium. 210
PH. Síquidem hercle mihi régnum detur, númquam id potius pérsequar.
Quándo ego te uidébo? PL. [H]Em, istoc uérbo uindictám para:
Sí amas, eme: ne rógites, facito ut prétio peruincás tuo.
Béne uale. PH. Iamne égo relinquor? púlcre, Palinure, óccidi.
PA. Égo quidem, qui et uápulando et sómno pereo. PH. Séquere me. 215

ACTVS II

CAPPADOX. PALINVRVS
LENO SERVOS

CA. Migráre certumst iám nunc e fanó foras,
Quando Aésculapi ita séntio senténtiam,
Vt quí me nili fáciat nec saluóm uelit.
Valétudo decréscit, adcrescít labor.
Nam iám quasi zona líene cinctus ámbulo: 220
Geminós in uentre habére uideor fílios.
Nil métuo nisi ne médius disrumpár miser.
PA. Si récte facias, Phaédrome, auscultés mihi
Atque ístam exturbes éx animo aegritúdinem.
Paués, parasitus quía non rediit Cária: 225
Adférre argentum crédo. nam si nón ferat,
Torménto non retinéri potuit férreo,

---

210. abeo *vel* habeo || 212. *del Ribbeckius* || 214. palinure *pro* pulcre B^1 || 215. pereo PH. sequere me *vel* pereo || 218. qui *vel* quid || 220. cinctus *vel* cintus || 222. disrumpar *vel* dirrumpar || 225. rediit *vel* redit ||

Quin réciperet se huc ésum ad praesepém suam.
CA. Quis hic ést qui loquitur? PA. Quóiam uocem ego aúdio?
CA. Es<t>ne híc Palinurus Phaédromi? PA. Quis hic ést homo 230
Cum cóllatiuo uéntre atque oculis hérbeis?
De fórma noui: dé colore nón queo
Nouísse. iamiam nóui: lenost Cáppadox.
Congrédiar. CA. Salue, Pálinure. PA. O scelerúm caput,
Saluéto: quid agis? CA. Víuo. PA. Nempe ut dígnus es? 235
Sed quíd tibist? CA. Lien énecat, renés dolent,
Pulmónes distrahúntur, cruciatúr iecur,
Radíces cordis péreunt, [c]hirae omnés dolent.
PA. Tum te ígitur morbus ágitat hepatiárius.
CA. Lien díerectust. PA. Ámbula: id lieni óptumumst. 240
CA. Facilést miserum inridére. PA. Quin tu aliquót dies
Perdúra, dum intestína exputescúnt tibi:
Nunc dúm saltura sát bonast. si id féceris,
Veníre poteris íntestinis uílius.
CA. Aufér istaec quaeso atque hóc responde quód rogo: 245
Potin cóniecturam fácere, si narrém tibi
Hac nócte quod ego sómniaui dórmiens?
PA. Vah, sólus hic homost quí sciat diuínitus.
Quin cóniectores á me consiliúm petunt:
Quod eís respondi, ea ómnes stant senténtia. 250

---

228. cessum *Nonius* | presepem (*ita Charisius.* praesepim *Nonius*) *vel* presepe | suum: *corr ex Charisio et Nonio* ‖ 229. uocem ego *vel* uocem ‖ 230. *add J* | Qui: *corr B*[2] ‖ 236. necat: *corr ex Varrone* ‖ 238. *del Turnebus* ‖ 240. *post 244 exstat: trai Ac* dieructus: *corr Ca* ‖ 243. saltura *vel* salsura ‖ 244. uilius *vel* uilibus | *cf. ad 240* ‖ 246. si narrem *pro* facere *B*[1] ‖

COQVOS. PALINVRVS. CAPPADOX
SERVOS LENO

CO. Palinúre, quid stas? quín depromuntúr mihi
Quae opus súnt, parasito ut sít paratum prándium,
Quom uéniat? PA. Mane sis, dum huíc conicio sómnium.
CO. Tute ípse siquid sómniasti ad mé refers.
PA. Fateór. CO. Abi, deprome. PA. Áge tu interea huic sómnium 255
Narrá: meliorem quam égo sum subponó tibi:
Nam quód scio omne ex hóc scio. CA. Operam ut dét. PA. Dabit.
CA. Facit híc quod pauci, ut sít magistro | óbsequens.
Da mi ígitur operam. CO. Tam étsi non nouí, dabo.
CA. Hac nócte in somnis uísus sum uidérier 260
Procúl sedere lónge a me Aesculápium:
Neque eum ád me adire néque me magni péndere
Visú⟨m⟩st. CO. Item alios deós facturos scílicet:
Sane ílli inter se cóngruont concórditer.
Nil ést mirandum, mélius si nil sít tibi: 265
Namque íncubare sátius te fuerát Ioui,
Qui tíbi | auxilio in iúre iurandó fuit.
CA. Siquidem íncubare uélint qui periuráuerint,
Locus nón praeberi pótis est in Capitólio.
CO. Hoc ánimum aduorte: pácem ab Aesculápio
Petás, ne forte tibi éueniat magnúm malum, 271
Quod ín quiete tíbi portentumst. CA. Béne facis:
Ibo átque orabo. CO. Quaé res male uortát tibi.

---

252. sit *vel* sint ‖ 253. ueniat *vel* ueniet ‖ 263. *add J* ‖ 265. sit *vel* fit ‖ 266. satius te *vel* satius ‖ 267. auxilio *vel* auxilium ‖

PALINVRVS. PHAEDROMVS
SERVOS ADVLESCENS

* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *

〈PA.〉 Pro di ímmortales, quém conspicio? quí〈s〉 illic est?
Estne híc parasitus, quí missust in Cáriam? 275
Heus, Phaédrome, exi, | éxi, | exi inquam ócius.
PH. Qui〈d〉 istíc clamorem tóllis? PA. Parasitúm tuom
Videó currentem, ellum úsque in platea | últuma.
Hinc aúscultemus quíd agat. PH. Sane cénseo.

CVRCVLIO. PHAEDROMVS. PALINVRVS
PARASITVS ADVLESCENS SERVOS

CV. Dáte uiam mihi, nóti [atque] ignoti, dúm ego hic officiúm meum 280
Fácio: fugite omnés, abite et dé uia secédite,
Néquem in cursu cápite aut cubito aut péctore offendam aút genu.
Íta nunc subito própere et celere obiéctumst mihi negótium:
†Nec quisquamst tam opulentus, quí mi obsistat ín uia,
Néc strategus néc tyrannus quísquam nec agoránomus 285
Néc demarchus néc c[h]omarchus néc cum tanta glória,
Quín cadat, quin cápite sistat ín uia de sémita.

---

274. *scaenam et lac sign Fl* | *add Angelius* | *add Py* ‖ 276. exi exi exi *vel* ex.xi.xi ‖ 277. PA. *et* CO.: *corr Angelius* ‖ 278. Vide occurrentem: *corr Ca* ‖ 279. PA. ‖ 280. *del Bent* ‖ 282. aut genu *om B*[1] ‖ 284. Nec *vel* Ne ‖ 287. Qui in: *corr B*[2]*E* | uia *vel* uiam ‖

Túm isti[c] Graeci pálliati cápite operto qui ámbulant,
Qui íncedunt suffárcinati cúm libris, cum spórtulis,
Cónstant, conferúnt sermones ínter se<se> drápetae:
Óbstant, obsistúnt, incedunt cúm suis senténtiis: 291
Quós semper uideás bibentes ésse in <t>hermipólio:
Vbi quid subripuére, operto cápitulo calidúm bibunt,
Trístes atque ebríoli incedunt: eós ego si offéndero,
Éx unoquoque eórum †exciam crepitum polentárium. 295
Túm isti qui ludúnt datatim sérui scurrarum ín uia,
Ét datores ét factores ómnis subdam súb solum.
Proín se<se> domí contineant, uítent infortúnio.
PH. Récte hic monstrat, si ímperare póssit: nam ita nunc mós uiget,
Íta nunc seruitiúmst: profecto módus haberi nón potest.
CV. Écquis est qui míhi commonstret Phaédromum, geniúm meum? 301
Íta res subitast: céleriter mi hoc hómine conuentóst opus.
PA. Té ille quaerit. PH. Quíd, si adeamus? heús, Curculio, té uolo.
CV. Quís uocat? quis nóminat me? PH. Quí te conuentúm cupit.
CV. Haúd magis cupis quam égo te cupio. PH. Ó mea op<p>ortúnitas, 305
Cúrculio exoptáte, salue. CV. Sálue. PH. Saluom gaúdeo
Te áduenire, cédo tuam mihi déxt<e>ram: ubi sunt spés meae?
Éloquere, obsecro hércle. CV. Eloquere, te óbsecro |, ubi súnt meae?

---

288. qui *vel* quam *vel* quod: *item v. 301* ‖ 289. Quin cedunt: *corr* *B*² ‖ 290. *add Ca* | drapete *vel* trapete ‖ 292. hermipolio *vel* hermopolio *vel* hermopolo: *corr Fl* ‖ 293. capitulo *vel* captulo | bibunt *vel* bibibunt ‖ 295. extiam *vel* exciam ‖ 296. serui scurrarum datatim *Nonius* ‖ 298. *add Goe* | infortuna (infortunia *B*²): *corr Popma* ‖ 307. *add J* ‖

PH. Quíd tibist? CV. Tenebrae óboriuntur, génua inedia súccidunt.
PH. Lássitudine hércle credo. CV. Rétine, retine me, óbsecro. 310
PH. Víden ut expalluít: datin isti séllam ubi assidát cito
Ét aqualem cum aquá? properatin ócius? CV. Animó malest.
PA. Vín aquam? CV. Si frústulentast, da, óbsecro hercle, obsórbeam.
PA. Vaé capiti tuo. CV. Óbsecro hercle, fácite uentum ut gaúdeam.
PA. Máxume. CV. Quid fácitis, quaeso? PA. Véntum. CV. Nolo equidém mihi 315
Fíeri uentulúm. PH. Quid igitur [uis]? CV. Ésse, ut uentum gaúdeam.
PA. Iúppiter te díque perdant. CV. Périi: prospició parum,
Grámarum habeo déntes plenos, líppiunt faucés fame:
Íta cibi uac<í>uitate uénio lassis láctibus.
PH. Iám edes aliquid. CV. Nólo hercle aliquid: cértum quam aliquid máuolo. 320
PH. Ímmo si sciás reliquiae quaé sint. CV. Scire nímis lubet
Ýbi sient: nam illís conuentis sáne opus est meis déntibus.
PH. Pérnam, abdómen, sumen su<er>is, glándium. CV. Ain tu ómnia haec?
Ín carnarió fortasse dícis? PH. Immo in láncibus:
Quaé tibi sunt paráta, postquam scímus uenturúm. CV. Vide 325

---

311. expalluit *vel* palluit ‖ 312. ocius *vel* ocitius ‖ 316. *del Bent* ‖ 318. Os amarum: *corr Buechelerus* ‖ 319. *add Ca* ‖ 321. PA. Immo | reliquię *vel* requię | lubet *vel* iubet ‖ 322. conuentis *vel* conuentus ‖ 323. sumen suis *vel* suis: *corr Scal* | tu *vel* tuo ‖ 325. sciimus *vel* scimus ‖

Né me ludas. PH. Íta me amabit quám ego amo, ut ego haud méntior.
Séd quo<d> te misí nilo sum cértior. CV. Nil áttuli.
PH. Pérdidisti me. CV. Ínuenire póssum, si mi operám datis.
Póstquam tuo iussú profectus súm, perueni in Cáriam:
Vídeo tuom sodálem, argenti rógo uti faciat cópiam.
Scíres uelle grátiam tuam: nóluit frustrárier, 331
Ýt decet uelle hóminem amicum amíco atque opitulárier:
Réspondit mihi paúcis uerbis átque adeo fidéliter,
Quód tibist itém sibi esse, mágnam argenti | ínopiam.
PH. Pérdis me tuis díctis. CV. Immo séruo et seruatúm uolo. 335
Póstquam mihi respónsumst, abeo ab íllo maestus ád forum,
Mé<d> illo frustra áduenisse. fórte aspicio mílitem:
Aggredior hominém, saluto aduéniens: 'salue' inquít mihi,
Pré[he]ndit dext<e>rám, seducit, rógat quid ueniam Cáriam:
Díco me illo aduénisse animi caúsa. ibi me intérrogat, 340
Écquem in Epidauró Lyconem tárpezitam nóuerim.
Díco me nouísse. 'Quid? lenónem Cappadocem?' Ánnuo
Vísitasse. "Séd quid eum uis?" 'Quía de illo emi uírginem
Tríginta minís, uestem, aurum: et pro hís decem coaccedúnt minae.'
"Dédisti tu argentum?" ínquam. | 'Immo ápud trapezitám situmst 345

---

327. *add Guy* ‖ 328. possum *vel* possim ‖ 330. uti *vel* ut ‖ 331. scires uelle *vel* scires uelles ‖ 336. responsum est *vel* responsus est ‖ 337. *add Guy* ‖ 341. trapezitam: *corr Ri* ‖ 343. uirginem *vel* uirgine ‖

Íllum quem dixí Lycon[id]em, atque eí mandaui, qui ánulo
Meó tabellas óbsignatas áttulisset, út daret
Óperam, ut mulierem á lenone cum aúro et ueste abdúceret.'
Póstquam hoc mihi narráuit, abeo ab íllo. reuocat me ílico,
Vócat me ad cenam: réligio fuit, dénegare nólui. 350
'Quíd si abeamus, [ac] décumbamus?' ínquit. consiliúm placet:
Néque diem decet mé morari néque nocti nocérier.
Ómnis res parátas⟨t⟩ et nos quíbus paratumst ássumus.
Póstquam cenati átque appoti, tálos poscit síbi in manum,
Próuocat me in áleam, ut ego lúdam. pono pállium:
Íle suom anulum óppos⟨i⟩uit, ínuocat Planésium. 356
PH. Meósne amores? CV. Táce parumper. iácit uolturios quáttuor.
Tálos arripio, ínuoco almam meám nutricem | Hérculem,
Iácto basili[s]cúm, propino mágnum poc[u]lum: ille ébibit,
Cáput deponit, cóndormiscit. égo ei subduco ánulum,
Déduco pedés de lecto clám, ne miles séntiat. 361
Rógant me serui quó eam: dico me íre quo saturí solent.
Óstium ubi conspéxi, exinde me ílico protinám dedi.
PH. Laúdo. CV. Laudató, quando illud quód cupis effécero.

* * * * * * * * * * * * * * *

346. qui anulo *vel* quia nullo || 347. tabellas *vel* tabulas || 348. auro et ueste *vel* et auro ueste || 350. denegare *vel* denagare || 351. Quid *vel* Quod | adeamus: *corr Brantius* | *del Reizius* || 354. in manum *vel* manum || 356. animulum: *corr* B^2 | *add Ca* || 357. ne *om* B^1 || 358. Talos *vel* Tales || 359. basiliscum *vel* pasiliscum | *del Bent* || 360. condormiscit *vel* cum dormiscit || 362. dico me *vel* me dico || 363. prospexi *et* protenam *Nonius* || 364. *lac sign Goe duce Brixio* ||

Eámus nunc intro, út tabellas cónsignemus. PH. Núm moror? 365
CV. Átque aliquid prius óbtrudamus, pérnam, sumen, glándium:
Haéc sunt uentri stábilimenta: páne et assa búbula,
Póculum grande, aúla magna, ut sátis consilia súppetant.
Tú tabellas cónsignato, híc ministrabit, égo | edam.
Dícam quem ad modúm conscribas. séquere me hac intró. PH. Sequor. 370

ACTVS III

LYCO. CVRCVLIO. CAPPADOX
TRAPEZITA PARASITVS LENO

LY. Beátus uideor: súbduxi ratiúnculam,
Quantum aéris mihi sit quántumque aliení siet.
Diués sum, si non réddo eis quibus débeo.
†Si reddo illis quibus debeo plus alieni est.
Verum hércle uero quóm belle recógito, 375
Si mágis me instabunt, ád praetorem súfferam.
Habént hunc morem plérique argentárii,
Vt álius alium póscant, reddant némini,
Pugnís rem soluant, síquis poscat clárius.
Qui homó mature quaésiuit pecúniam, 380
Nisi eám mature pársit, mature ésurit.
Cupio áliquem | emere púerum, qui usurárius
Nunc míhi quaeratur: úsus est pecúnia.
CV. Nil tú me saturum mónueris: memini ét scio.
Ego hóc effectum lépide tibi tradám: tace. 385

365. tabellas *vel* tabulas ‖ 366. CV. Atque *vel* Atque ‖ 367. uentris *Nonius* | panem: *corr ex Nonio et Charisio* ‖ 369. ministrabit *vel* ministrabat ‖ 375. uelle: *corr Gul* ‖ 376. sufferam *vel* sufforam ‖ 379. soleant: *corr* B^2 | clarius *vel* darius *vel* durius ‖ 381. parsit *vel* parsat ‖ 382. usurarius *vel* usurariis ‖

Edepól ne ego hic me<d> íntus expleuí probe,
Et [e]quídem reliqui in uéntre cellae uní locum,
Vbi réliquiarum réliquias recónderem.
Quis hic ést qui operto cápite | Aesculápium
Salútat? attat quém quaerebam. séquere me. 390
Simulábo quasi non nóuerim. heus tu, té uolo.
LY. Vn[e]ócule, salue. CV. Quaéso, deridésne me?
LY. De Cóc<u>litum prosápia te esse árbitror:
Nam [h]i súnt unoculi. CV. Cátapulta hoc ictúmst mihi
Apúd Sicyonem. LY. Nám quid id refért mea, 395
An aúla quassa cúm cinere effossús siet?
CV. Supérstitiosus hícquidemst: uera praédicat:
Nam illaéc catapultae | ád me crebro cómmeant.
Aduléscens, ob rem públicam hoc †intus mihi
Quod ínsigne habeo, quaéso ne me incómities. 400
LY. Licetne ínforare, †si incomitiare non licet?
CV. Non ínforabis mé quidem, nec míhi placet
Tuóm profecto néc forum nec cómitium.
Sed húnc quem quaero cómmonstrare sí potes,
Inîbis a me sólidam et grandem grátiam. 405
Lycónem quaero tárpezitam. LY. Díc mihi,
Quid eúm nunc quaeris? aút quoiatis? CV. Éloquar:
Ab Thérapontigono Plátagidoro mílite.
LY. Noui édepol nomen: nám mihi istoc nómine,
Dum scríbo, expleui tótas ceras quáttuor. 410
Sed quíd Lyconem quaéris? CV. Mandatú<m>st mihi,
Vt hás tabellas ád eum ferrem. LY. Quís tu homo's?
CV. Libértus illius, quem ómnes Summanúm uocant.

---

386. *add Lamb* ‖ 387. *del Ca* ‖ 392. *del Ca* ‖ 393. coclitum *etiam Varro: corr Ribbeckius duce Ri* | prosapia (*sic Varro*) *vel* prosapientia | te *om Varro* ‖ 394. hi *etiam Varro: corr Ca* | ictum est *vel* iectum est ‖ 402. placens: *corr Hermolaus* ‖ 406. trapezitam: *corr Ri* ‖ 408. abthera pontigono *vel* ab thera plontigono ‖ 411. *add J* ‖ 412. ferrem *vel* ferret *vel* ferreo ‖

LY. Summáne[s], salue. quí Summanu's? fác sciam.
CV. Quia uéstimenta, ubi óbdormiui | ébrius, 415
Summáno, ob eam rem me ómnes Summanúm uocant.
LY. Alibí te meliust quaérere hospitiúm tibi:
Apud mé profecto níl est Summanó loci.
Sed istúm quem quaeris égo sum. CV. Quaeso, túne is es,
Lycó trapezita? LY. Égo sum. CV. Multam mé tibi
Salútem iussit Thérapontigonus dícere 421
Et hás tabellas dáre me iussit. LY. Míhin? CV. Ita.
Cape, sígnum nosce. nóstin? LY. Quidni nóuerim?
Clypeátus elephantum úbi machaera díssicit.
CV. Quod ístic scriptumst, íd te orare iússerat
Profécto ut faceres, suám si uelles grátiam. 426
LY. Concéde: inspiciam quíd sit scriptum. CV. Máxume,
Tuo árbitratu, dum aúferam abs te id quód peto.
LY. 'Milés Lyconi | ín Epidauro | hóspiti
Suo Thérapontigonus Plátagidorus plúrumam 430
Salútem dicit.' CV. Méus hic est, hamúm uorat.
LY. 'Tecum óro et quaeso, qui hás tabellas ádferet
Tibi, út ei detur quám istic emi uírginem,
Quod té praesente isti[c] égi teque intérprete,
Et aúrum et uestem. iám scis ut conuénerit: 435
Argéntum des lenóni, huic des uírginem.'
Vbi ípsus⟨t⟩? cur non uénit? CV. Égo dicám tibi:
Quia núdiusquartus †uenimus in Cáriam
Ex Índia: ibi nunc státuam uolt dare aúream
Solidám faciundam ex aúro Philipp[e]o, quaé siet 440
Septémpedalis, fáctis monimentúm suis.

---

414. summanus: *corr Fl* | scia *vel* sciam ‖ 416. uocant *vel* uocat ‖ 424. eligantum *Nonius* | ubi (*sic Nonius*) *vel* tibi | dessicit (diligit *Nonius*) ‖ 427. *dist Brixius* ‖ 428. adferam ‖ 429. ephidauro *vel* epidauro ‖ 431. *pers add B*[2] ‖ 432. LY. Tecum *vel* Tecum ‖ 434. *del Ca* (hic egit *Servius Dan.*) ‖ 436. lenoni *vel* lemoni ‖ 437. Vbi *vel* LY. Vbi | *add Fl* ‖ 440. *del Fl* ‖ 441. suis *vel* sitis ‖

LY. Quam ob rem ístuc? CV. Dicam: quía enim
Persas, Páphlagonas,
Sinópas, Arabes, Cáras, Cretanós, Syros,
Rhodiam átque Lyciam, Péredìam et Perbíbesiam,
Centaúromachiam et Clássiam Vnomámmiam 445
Libyámque †oram omnem Conterebrómniam,
Dimídiam partem nátionum usque ómnium
Subégit solus ínt[e]r[e]a uigintí dies.
LY. Vah. CV. Quíd mirare? LY. Quía enim in
cauea sí forent
Conclúsi | itidem ut púlli gallinácei, 450
Ita nón potuere uno ánno circumírier.
Credo hércle te esse ab íllo: nam ita nugás blat[t]is.
CV. Immo étiam porro, sí uis, dicam. LY. Níl
moror.
Sequere hác: te[d] absoluam, qua áduenisti grátia.
Atque éccum uideo. léno, salue. CA. Dí te
ament. 455. 456
LY. Quid hóc quod ad te uénio? CA. Dicas quíd
uelis.
LY. Argéntum accipias, cúm illo mittas uírginem.
CA. Quid quód iuratus súm? LY. Quid id refért tua,
Dum argéntum accipias? CA. Quí monet quasi
ádiuuat. 460
Sequímini. CV. Leno, cáue | in te sit móra mihi.

---

444. rhodiam *vel* rhodia | perrehdiam: *corr ex Festo* | perheblesiam *vel* perhehlesiam (bibesiam *Festus*): *corr Ca* ‖ 445. Centauro machiam *vel* Contauro machiam ‖ 446. conterebromniam *vel* contenebrom////niam ‖ 452. *del Scu* ‖ 461. mora *vel* morari ‖

ACTVS IV

CHORAGVS

Édepol nugatórem lepidum lépide hunc nactust Phaédromus.
Hálophantam an sýcophantam †hunc magis hoc esse dicam néscio.
Órnamenta quaé locaui métuo [ha]ut possim récipere.
Quámquam cum istoc míhi negoti níl est — ipsi Phaédromo 465
Crédidi —, tamen ásseruabo. séd dum hic egreditúr foras,
Cómmonstrabo quó in quemque hominem fácile inueniatís loco,
Né nimio opere súmat operam, síquem conuentúm uelit
Vél uitiosum uél sine uitio uél probum uel ímprobum.
Quí periurum cónuenire uólt hominem, [m]i[t]to in cómitium: 470
Quí mendacem et glóriosum, ápud Cloacinaé sacrum.
Dítis damnosós maritos súb basilica quaérito.
Íbidem erunt scorta éxoleta quíque stipularí solent:
Sýmbolarum cóllatores ápud forum piscárium.
Ín foro infumó boni homines átque dites ámbulant:
Ín medio proptér canalem ibi óstentatorés meri. 476
Cónfidentes gárrulique et máleuoli suprá lacum,
Qui álteri de nílo audacter dícunt contuméliam
Ét qui ipsi sat habént quod in se póssit uere dícier.
Súb ueteribus íbi sunt qui dant quíque accipiunt faénore. 480

---

462. nactus est *vel* natus est ‖ 463. halapanta *Festus Pauli* (halophantam *etiam Nonius*) aut *Nonius* hunc magis hoc esse: magis esse *Nonius* ‖ 464. haud *vel* huad: *corr Ald* ‖ 467. Commostrabo *vel* Commonstrabo | quo *vel* que | facile *solus* B^2 *in marg* ‖ 468. conuentum uelit *vel* conuentum ‖ 470. *del Gru* ‖ 477. Confidentes *vel* Confitentis ‖ 479. inse *vel* ipse ‖ 480. ibi *vel* ubi ‖

Póne aedem Castóris ibi sunt súbito quibus credás male.
Ín Tusco uico íbi sunt homines qui ípsi sese uénditant.
(Ín Velabro uél pistorem uél lanium uel arúspicem
Vél qui ipsi uortánt uel qui †alii subuersentur praébeant.
Dítes damnosós maritos ápud Leucadiam | Óppiam.)
Séd interim forés crepuere: línguae moderandúmst mihi. 486

CVRCVLIO. CAPPADOX. LYCO
PARASITVS LENO TRAPEZITA

CV. Ei tú pr[o]ae, uirgo: nón queo quod póne mest seruáre.
Et aúrum et uestem omném suam esse aiébat [cui]quam haec habéret.
CA. Nemo ít infitias. CV. Át tamen meliúsculumst monére.
<LY.> Meménto promisísse te, si quísquam hanc liberáli 490
Causá manu adsererét, mihi omne argéntum redditum eíri,
Minás triginta. CA. Méminero: de istóc quietus ésto:
Et núnc idem dico. CV. †Et commeminisse ego haec uolám te.
CA. Memini ét mancipio tíbi dabo. CV. Egon áb lenone quícquam
Mancípio accipiam, quíbus sui nil ést nisi una língua, 495

483. *hunc v. secl Vrlichsius, v. 484 Guy, v. 485 Ca* ‖ 487. Ei *vel* I *del J* (pro de B^2) ‖ 488. *del Gru* ‖ 489. LY. At: *corr Sarac* ‖ 490. *add Py* | quisquam *vel* quasquam ‖ 491. omnẽ *vel* omne | firi: *corr Vss* ‖ 493. LY.: *corr Ac* ‖ 495. occipiam: *corr Pius* ‖

Qui abiúrant, siquid créditumst? aliénos mancupátis,
Aliénos manu | ⟨e⟩míttitis aliénisque imperátis:
Nec uóbis auctor úllus est nec uósmet estis úlli.
Itém genus est lenónium inter hómines meo quidem ánimo
Vt múscae, culices, címices pedésque pulicésque: 500
Odio ét malo et moléstiae, bono úsui estis núlli:
Nec uóbiscum quisquam ín foro frugí consistere aúdet:
Qui cónstitit, culpánt eum, conspícitur, uituperátur:
Eum rém fidemque pérdere, tam etsí nil fecit, áiunt.
LY. Edepól lenones méo animo nouísti, lusce, lépide. 505
CV. Eodem hércle uos pono ét paro: paríssumi estis híbus.
Hi sáltem in occultís locis prostánt, uos in foro ípso:
Vos faénore |, hi mále suadendo et lústris lacerant hómines.
Rogitátionis plúrumas proptér uos populus scíuit,
Quas uós rogatas rúmpitis: aliquám reperitis rímam: 510
Quasi aquám feruentem frígidam esse ita uós putatis léges.
LY. Tacuísse mallem. CA. ⟨H⟩aú male meditáte maledicáx es.
CV. Indígnis si male dícitur, male díctum id esse díco:
Verúm si dignis dícitur, bene díctumst meo quidem ánimo.

---

496. si qui *vel* si quid | mancupates *vel* mancupatos: *corr* B^2 ‖ 497. *add Kampmannus* ‖ 498. ullust *vel* ullus est ‖ 500. culices cimices *Festus*: culices ‖ 503. conspititur *vel* conspicitur ‖ 505 sq. *personas solus B habet* ‖ 506. paro et pono *Priscianus* ‖ 507. Hi *vel* His | inuoro: *corr J* ‖ 512. LY. *solus B praem* | CV. au *vel* aut (haud *J*): *pers corr* B^2 | meditate *vel* meditatem *vel* meditantem ‖ 513. CV. *vel* CA. ‖

Ego máncipem te níl moror nec lénonem alium
quémquam. 515
Lycó, numquid uis? LY. Béne uale. CV. Vale.
CA. Heús tu, tibi ego díco.
CV. Elóquere, quid uis? CA. Quaéso ut hanc
curés, <ut> bene sit ísti:
Bene ego ístam eduxi meaé domi et pudíce. CV. Si
huius míseret,
Ecquíd das qui bene sít? CA. Malum. CV. Tibi
opúst [hoc] qui te procúres.
CA. Quid, stúlta, ploras? né time: bene hércle
uendidi égo te. 520
Fac sís bonae frugí sies: sequere ístum bella bélle.
LY. Summáne, numquid núnciam me uís? CV. Vale
atque sálue.
Nam et óperam | et pecúniam benígne praebuísti.
LY. Salútem multam dícito patróno. CV. Nuntiábo.
LY. Numquíd uis, leno? CA. Istás minas decém
qui me procúrem, 525
Dum mélius sit mihi, dés. LY. Dabuntur: crás
peti iubéto.
CA. Quandó bene gessi rém, uolo hic in fáno
supplicáre.
Nam illám minis olím decem puéllam paruolam émi,
Sed eúm qui mihi illam uéndidit numquám po-
stilla uídi:
Periísse credo: quíd id mea refért? ego argentum
hábeo. 530
Quoi<i> hómini dei sunt própitii, lucrum eí pro-
fecto obíciunt.
Nunc reí diuinae operám dabo: certúms[i]t bene
me curáre.

---

515. Ego *vel* CV. Ego ‖ 517. *add Py* ‖ 518. meae *vel* mea | huius *vel* huis ‖ 519. q *vel* quod *vel* quam (*bis*): *corr Ca* | *del Py* ‖ 522. numquid *vel* quid ‖ 525. LY. Numquid *vel* Numquid ‖ 526. sit *vel* fit | CV.: *corr* B^2 ‖ 528. detem *vel* dete: *corr* B^2 | puellam *vel* puella ‖ 529. uendidit illam: *trai Gru* ‖ 531. *add Goe* | dei sunt *vel* dehis *vel* deius ‖ 532. *del Pius* ‖

THERAPONTIGONVS. LYCO
MILES TRAPEZITA

TH. Nón ego nunc medíocri incedo irátus iracúndia,
Séd eapse illa qua éxcidionem fácere condidici óppidis.
Núnc nisi tu mihi própere properas dáre iam trigintá minas 535
Quás ego apud te déposiui, uítam propera pónere.
LY. Nón edepol nunc égo te mediocrí macto infortúnio,
Séd eopse illo quó mactare sóleo quoi nil débeo:
Né te mi[hi] faciás ferocem [TH.] aut súpplicare cénseas:
Néc tu me quidem úmquam subiges, rédditum ut reddám tibi, 540
Néc daturus súm. TH. Idem ego istuc, quóm credebam, crédidi,
Té nil esse rédditurum. LY. Quór nunc a me igitúr petis?
TH. Scíre uolo quoi réddidisti. LY. Lúsco libertó tuo:
Ís Summanum sé uocari díxit: ei réddidi,
Qui hás tabellas óbsignatas áttulit [TH.] quas tú mihi [tabellas] — 545
<TH.> Quós tu mihi luscós libertos, quós Summanos sómnias?
Néc mihi quidém libertus úllust. LY. Facis sapiéntius
Quám pars lenonúm libertos quí habent et eos déserunt.
TH. Quíd fecisti? <LY.> Quód mandasti [feci], túi | honoris grátia

533. medioccri *vel* mediocri ‖ 534. eapse — oppidis *om* B^1 ‖ 536. deposiui *vel* deposui ‖ 538. Sed eopso illo quo *vel* Sede apse illa qua ‖ 542. redditurum *vel* rediditurum | Quur ‖ 545. *pers delevimus* | *del Ca* ‖ 546. *addidimus* | parasitos luscos quos *Donatus* | somnias *vel* somnisas ‖ 547. ullust *vel* est ullust *vel* ullus est | facis melius *Donatus* ‖ 548. qui libertos *Donatus* ‖ 549. TH. Quid *vel* Quid | fecisti *vel* feci | *add J* | feci (*s. v. V*) *del Py* | gratiam *vel* gratia ‖

Tuóm qui signum ad me áttulisset núntium ne spérnerem. 550
TH. Stúltior stultó fuisti, qui ís tabellis créderes.
LY. Quís res publica ét priuata géritur, nonne is créderem?
Égo [h]abeo: tibi rés solutas<t> récte. bellatór, uale.
TH. Quíd, ualeam? LY. At tu aegróta aetatem, sí lubet, per mé quidem.
TH. Quíd ego nunc faciám? quid refert mé fecisse régibus 555
Ýt mi oboedirént, si hic me hodie umbráticus deríserit?

CAPPADOX. THERAPONTIGONVS
LENO MILES

CA. Quoí homini di súnt propitii, ei nón esse iratós puto.
Póstquam rem diuínam feci, uénit in mentém mihi,
Né trapezita éxulatum abíerit, argentum út petam,
Ýt ego potius cómedim quam ille. TH. Iússeram saluére te. 560
CA. Thérapontigone Plátagidore, sálue: saluos quom áduenis
Ín Epidaurum, hic hódie apud me — númquam delingés salem.
TH. Béne uocas: uerúm locata rés est — ut male sít tibi.
Séd quid agit meum mércimonium ápud te? CA. Nil apud mé quidem —
Né facias testís — neque equidem débeo quicquám. TH. Quid est? 565

550. Tuum qui *vel* Tuumque ‖ 551 sq. iis (*bis*): *corr B* (*semel*) ‖ 553. *del Pius* | *add Pius* ‖ 554. at *vel* aut | si uiuet (*corr Ca*) per me quidem aetatem: *trai Brixius* ‖ 559. exultatum: *corr B* | petat: *corr B*[2] ‖ 560. CA. Iusseram: *corr B*[2] ‖ 561. CA. Therapontigone *vel* Thera pontigone ‖ 562. delinges *vel* delingens ‖ 563 sq. TH. Bene *et* Sed *vel* Bene *et* TH. Sed | uocata: *corr Fl* ‖

CA. Quód fui iurátus, feci. TH. Réddin an non uírginem,
Príus quam te huic meaé machaerae óbicio, mastígia?
CA. Vápulare ego té uehementer iúbeo: ne me térrites.
Ílla abductast: tu aúferere hinc á me, si pergés mihi
Mále [e]loqui, profécto, quoi ego nísi malum nil débeo.
TH. Míhin malum minitáre? CA. Atque edepol nón minitabor, séd dabo, [mihi] 571
Sí perges moléstus esse. TH. Léno minitatúr mihi
Meaéque pugnae proéliares plúrumae optritaé iacent?
Át ita me machaéra et clypeus ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑ –
Béne iuuent pugnántem in acie: nísi mi[hi] uirgo rédditur, 575
Iam égo te faciam ut híc formicae frústillatim dífferant.
CA. Át ita me uolséllae, pecten, spéculum, calamistrúm meum
Béne me amassint méaque axicia línteumque extérsui,
Ýt ego tua magnífica uerba néque istas tuas magnás minas
Nón pluris fació quam ancillam meám quae latrinám lauat. 580
Égo illam reddidí qui argentum a te áttulit. TH. Quis is ést homo?
CA. Tuóm libertum | ésse aiebat sése Summanúm. TH. Meum?
Áttat, Curculio hércle uerba míhi dedit, quom cógito:
Ís mihi anulúm subripuit. CA. Pérdidistin tu ánulum?
Míles pulcre cénturiatus ést expuncto in mánipulo. 585
TH. Ýbi nunc Curculiónem inueniam? CA. In trítico facíllume
Vél quingentos cúrculiones pro úno faxo réperias.
Égo abeo: uale átque salue. TH. Mále uale, male sít tibi.

---

566. mulierem *Festus* ‖ 568. Vapula ergo *Festus* | iubebo: *corr ex Festo* ‖ 571. minitare *vel* minitaris | *del Mue* ‖ 573. meaeque *vel* maeae | iacent *vel* lacent ‖ 574. *lac sign Lamb* ‖ 578. meaeque *vel* maque | extersum: *corr Palm* ‖ 581. attulit *vel* attuli ‖ 585. pulchre *vel* pulchere ‖ 588. abeo *vel* habeo ‖

Quíd ego faciam? máneam an abeam? sícine mihi esse os óblitum?
Cúpio dare mercédem qui illunc úbi sit commonstrét mihi. 590

ACTVS V

CVRCVLIO
PARASITVS

Ántiquom poétam audiui scrípsisse in tragoédia
Múlieres duás peiores ésse quam unam: rés itast.
Vérum mulierém peiorem quam haéc amicast Phaédromi
Nón uidi neque audíui neque pol díci nec fingí potest
Péior [quam haec est]: quae ubi med húnc habere cónspicatast ánulum, 595
Rógat unde habeam. 'Quíd id tu quaeris?' "Quía mi[hi] quaesitóst opus."
Négo me dicere. út eum eriperet, mánum | arripuit mórdicus.
Víx foras me abrípui atque effugi. ápage istanc canículam.

PLANESIVM. **PHAEDROMVS.** **CVRCVLIO.**
VIRGO ADVLESCENS PARASITVS
THERAPONTIGONVS
MILES

PL. Phaédrome, properá. PH. Quid properem? PL. Párasitum ne amíseris:

589. Quid *vel* Quod || 592. peiores *vel* peioras || 594. fringi *vel* fingi || 595. *del Py* | ubi med *vel* ubimet || 598. arripui: *corr Lamb* ||

Mágna res est. CV. Núllast mihi: nam quam hábui absumpsi céleriter. 600
PH. Téneo: quid negótist? PL. Rogita unde ístunc habeat ánulum:
Páter istum meus géstitauit. CV. Át mea matértera.
PL. Máter ei uténdum dederat. CV. Pater <t>uo[i]s rusúm mihi.
PL. Núgas garris. CV. Sóleo: nam proptér eas uiuo fácilius.
Quíd nunc? PL. Obsecró, parentes né meos mihi próhibeas. 605
CV. Quíd ego? sub gemmán abstrusos hábeo tuam matrem ét patrem?
PL. Líbera ego sum náta. CV. Et alii múlti qui nunc séruiunt.
PH. Énim uero irascór. CV. Dixi equidem tíbi, unde ad me hic peruénerit:
Quótiens dicendúmst? elusi mílitem, inquam, in álea.
TH. Sáluos sum: eccum quém quaerebam. quíd agis, bone uir? CV. Aúdio: 610
Sí uis tribus bolís uel in c<h>lamydem. TH. Quín tu is in malám crucem
Cúm boleis, cum búlbis? redde †etiam argentum aut uírginem.
CV. Quód argentum? quas tú mihi tricas nárras? quam tu uírginem
Mé reposcis? TH. Quam áb lenone ábduxti hodie, scélus uiri.
CV. Núllam abduxi. TH. Cérte eccistam uídeo. PH. Virgo haec líberast. 615

---

600. PH.: *corr Ribbeckius* | nam quam habui *vel* numquam abiit | celeriter *vel* celerier ‖ 601. PL. Teneo. PH. Quid: *corr Bo* ‖ 602. Pater *vel* CV. Pater | gestitauit *vel* gestauit | PL. At: *corr B²* ‖ 603. PL. Mater *vel* Mater | uois | rursum (*vel* risum) tibi: *corr Gru* ‖ 606. sub *vel* sum *vel* sul ‖ 608. PL.: *corr Sey* ‖ 610. quem *s. v. solus B* | PH.: *corr B²* ‖ 611. tu es ‖ 612. bulbis *vel* bullis ‖ 613. PH.: *corr Py* ‖ 615. PH. Nullam: *corr Py* ‖

TH. Méan ancilla líbera ut sit, quam égo numquam
emisí manu?
PH. Quís tibi hanc dedít mancipio aut únde emisti?
fác sciam.
TH. Égo quidem pro istác rem solui áb trapezitá meo:
Quam égo pecuniám quadruplicem ábs te et lenone
aúferam.
PH. Quí sci[e]s mercarí furtiuas átque ingenuas
uírgines, 620
Ámbula in ius. TH. Nón eo. PH. Licet [te] án-
testari? TH. Nón licet.
PH. [Iuppiter te male perdat: intestatus uiuito.
TH.] At ego quem licét te: accede huc. TH. Sér-
uom antestarí? [TH.] uide.
CV. [H]Ém, ut scias me líberum esse: ergo ámbula
in ius. ⟨TH.⟩ Ém tibi. 624. 625
CV. Ó ciues, ciués. TH. Quid clamas? PH. Quíd
tibi istum táctiost?
TH. Quía mi[hi] lubitumst. PH. Accede huc tu: ego
íllum tibi dedám: tace.
PL. Phaédrome, obsecró, serua me. PH. Támquam
me et geniúm meum.
Míles, quaeso |, út mihi dicas únde illum habeas ánulum,
Quém parasitus híc te elusit. PL. Pér tua genua te
óbsecro, 630
Ýt nos facias cértiores. TH. Quíd istuc ad uos áttinet?
Quaératis c⟨h⟩lamydem ét machaeram hanc únde ad
me peruénerit.
CV. Ýt fastidit glóriosus. TH. Mítte istum: ego
dicam ómnia.
CV. Níl est quod ille dícit. PH. Fac me cértiorem |,
óbsecro.

620. *del Pius* | furtitias *vel* furtiuas *vet* furtitiuas || 622. *del Guy* || 623. CV. Serum: *pers corr Robertus* | *del Ca* || 624 sq. CV. *vel* TH. | *del Ribbeckius* | *add Vss* || 626. CV. O ciues *vel* PH. Ciues | PH. *om* B^1 | istum tibi: *trai Guy* || 628. CV. Phaedrome: *corr Sey* | me et *vel* meti || 630. per tua *vel* perpetua ||

THERAPONTIGONVS. MILES **PLANESIVM.** VIRGO
PHAEDROMVS. ADVLESCENS **CVRCVLIO** PARASITVS

TH. Ego dícam: surge. hanc rem ágite atque animum aduórtite. 635
Patér meus habuit Périphanes †Planesium.
Is príus quam moritur míhi dedit tamquám suo,
Vt aéquom fuerat, fílio — PL. Pro Iúppiter.
TH. Et istí me heredem fécit. PL. <O> pietás mea,
Seruá me, quando ego té seruaui sédulo. 640
Fratér mi, salue. TH. Quí credam ego ¦ istúc? cedo,
Si uéra memoras, quaé fuit matér tua?
PL. Cleobúla. TH. Nutrix quaé fuit? PL. Archéstrata.
Ea mé spectatum túlerat per Dionýsia
* * * * * * * * * * * * 645
Postquam íllo uentumst, iam út me collocáuerat,
Exóritur uentus túrbo: spectacla íbi ruont:
Ego pértimesco: [tum] ibi mé nescioquis árripit
Timidam átque pauidam, néc uiuam nec mórtuam:
Nec quó me pacto abstúlerit possum dícere. 650
TH. Memini ístanc turbam fíeri: sed tu díc mihi,
Vbi is ést homo qui té surripuit? PL. Néscio:
Verum húnc seruaui sémper mecum una ánulum,
Cum hoc ólim perii. TH. Cédo, ut inspiciam. CV. Sánan es,
Quae istí committas? PL. Síne modo. TH. Pro Iúppiter, 655
Hic ést quem ego tibi mísi natalí die:

---

636. periplanes: *corr Pius* ‖ 639. TH. Et *vel* Et | iste: *corr Bo* ‖ 643. PL. archestrata *vel* arthestrata ‖ 645. *lac sign Fl* ‖ 647. spectacla ibi /// /// /// (ibi *e corr B*[2]) *vel* specta (*lac 6 litt*) ibi ‖ 648. *del Kampmannus* ‖ 651. Meministin hanc: *corr Gul* ‖ 654. cedo *vel* credo | CV. *vel* PH. ‖

Tam fácile noui quám me. salue, méa soror.
PL. Fratér mi, salue. PH. Deós uolo bene uórtere
Istám rem uobis. CV. Ét ego nobis ómnibus:
Tu ut hódie aduenieus cénam des soróriam, 660
Hic núptialem crás dabit: [TH.] promíttimus.
⟨PH.⟩ Tace tú. CV. Non taceo, quándo res uortít
bene.
Tu istánc desponde huic, míles: ego dotém dabo.
TH. Quid dótis? CV. Egone? ut sémper dum
uiuát me[d] alat.
TH. †Verum hércle dico: mé lubente féceris, 665
Et léno hic debet nóbis trigintá minas.
PH. Quam ob rem ístuc? TH. Quia ille | íta re-
promisít mihi,
Si quísquam hanc liberáli asseruissét manu,
Sine cóntrouersia ómne argentum réddere[t].
[PH.] Nunc eámus ad lenónem. CV. Laudo. PH.
Hoc príus uolo 670
Meam rem ágere. TH. Quid id est? PH. Ýt mihi
hanc despóndeas.
CV. Quid céssas, miles, hánc huic uxorém dare?
TH. Si haec uólt. PL. Mi frater, cúpio. TH. Fiat.
CV. Béne facis.
PH. Spondésne, miles, míhi hanc uxorem? TH.
Spóndeo.
CV. Et ego hóc idem unum: spóndeo. TH. Le-
pidé facis. 675
Sed eccúm lenonem, incédit, thensaurúm
meum. 676—678

---

657. mea soror *vel* soror mea || 661. *del Ac* || 662. *add Ac* || 664. PH. Quid: *corr Bo* || 665. *pers erasa in B* | iubente: *corr Ca* || 667. TH. *B² in ras* | TH. Quia *vel* CV. Quia || 669. contrauersia *vel* trouersia | *del Scal* || 670. *del Vss* | TH. Laudo: *corr Vss* | prius *vel* pius || 675. CV. *vel* PH. | *dist Redslobius* || 676. Sed *vel* PH. Sed ||

CAPPADOX. LENO **THERAPONTIGONVS.** MILES
PHAEDROMVS. ADVLESCENS **PLANESIVM** VIRGO

CA. Árgentariís male credi qui áiunt nugas praédicant:
Nam ét bene et male crédi dico: id ádeo ego hodie expértus sum. 680
Nón male creditúr qui numquam réddunt, sed prorsúm perit.
Vélut decem minás dum †soluit, ómnis mensas tránsiit:
Póstquam nil fit, clámore hominem pósco: ille in ius mé uocat.
Péssume metuí, ne mihi hodie ápud praetorem sólueret:
Vérum amici cómpulerunt: réddit argentúm domo. 685
Núnc domum properáre certumst. TH. Heús tu, leno: té uolo.
PH. Ét ego te uolo. CA. Át ego uos nolo ámbos. TH. Sta sis ílico.
<PH.> Átque argentum própere propera uómere. CA. Quid mecúmst tibi?
Aút †tecum aut? TH. Quia ego ex te hódie faciam pílum catapultárium
Átque ita te neruó torquebo, ítidem ut catapultaé solent. 690
<PH.> Délicatum te hódie faciam cúm catello ut áccubes,
Férreo ego dico. CA. Át ego uos ambo ín robusto cárcere
Ýt pereatis. TH. Cóllum obstringe, abdúce istum in malám crucem.

680. hodie ego (*vel* hodie): *trai Bo* ‖ 683. clamore *vel* clamorem ‖ 684. nemini: *corr* B^2 ‖ 688. *add Fl* ‖ 690. itidem *om Nonius* ‖ 691. *add Pistoris* ‖ 692. inrobusto *vel* irobusto ‖

PH. Quídquid est, ipse íbit potius. CA. Pró deum atque hominúm fidem:
Hóc[c]ine pacto | índemnatum atque íntestatum me ábripi? 695
Óbsecro, Planésium, et te, Phaédrome, auxilium út feras.
PL. Fráter, obsecró te, noli hunc índemnatum pérdere:
Béne et pudice mé domi habuit. TH. Haúd uoluntate íd sua:
Aésculapio huíc habeto, quóm pudica's, grátiam:
Nám si is ualuissét, iam pridem quóquo posset míttere. 700
<PH.> Ánimum aduortite <hóc>, si possum hoc ínter uos compónere.
Mítte istunc. accéde huc, leno. dícam meam senténtiam,
Síquidem uoltis quód decrero fácere. TH. Tibi permíttimus.
<CA.> Dúm quidem hercle ita iúdices, ne quísquam a me argentum aúferat. 704
TH. Quódne promisti? CA. Quí promisi? PH. Língua. CA. Eadem núnc nego:
Dícendi, non rém perdendi grátia haec natást mihi.
TH. Níl agit, collum óbstringe homini. CA. Iámiam faciam ut iússeris.
TH. Quándo uir bonú's, responde quód rogo. CA. Roga quód lubet.

---

695. arripi: *corr Lamb* ‖ 697. condempnatum: *corr Pius* ‖ 698. PH. *B*[2] | haut *vel* aut ‖ 699. quom *vel* quam ‖ 700. si is ualuisset *vel* si uoluisset | quoquo *vel* quoque ‖ 701. PH. *om BV* | aduortite *vel* aduorte | *add duce Mue Langenus* ‖ 702. istunc *vel* istuc | huc leno *vel* huo *vel* huc ‖ 703. CA. Tibi: *corr Bo* ‖ 704. *add Bo* | iudices *vel* iudeces ‖ 705. promisti *vel* promisisti | PH. Lingua. CA. *vel* lingua ‖ 706. perdendi (endi *in ras BV*) haec (*om B*[1]) gratia (gratia haec *B*[2]) ‖ 707. PH. Iam iam: *corr Pius* ‖ 708. quod lubet *vel* quid iubet ‖

TH. Prómistin, si líberali quísquam hanc assererét manu,
Te ómne argentum rédditurum? CA. Nón commemini dícere. 710
TH. Quíd? negas? CA. Nego hércle uero: quó praesente? quo ín loco?
TH. Me ípso praesente ét Lycone tárpezita. CA. Nón taces?
TH. Nón taceo. <CA.> Non égo te flocci fácio: ne me térrites.
<TH.> Me ípso praesente ét Lycone fáctumst. PH. Satis credó tibi.
Núnc adeo, ut tu scíre possis, léno, meam senténtiam,
Líbera haec est, †hic huius frater est, haec autem illius soror: 716
Haéc mihi nubet, tu huíc argentum rédde: hoc iudiciúm meumst.
TH. Tu aútem in neruo iám iacebis, nísi mi argentum rédditur.
CA. Hércle istam rem iúdicasti pérfidiose, Phaédrome.
Ét tibi oberit ét te, miles, dí deaeque pérduint. 720
Tú me sequere. TH. Quó sequar te? CA. Ad trapezitám meum,
Ád praetorem: nam índe rem soluo ómnibus quibus débeo.
TH. Ego te in neruo<m>, haud ád praetorem hinc rápiam, ni argentúm refers.
CA. Égo te uehementér perire cúpio, ne tu [me] néscias.
TH. Ítane uero? CA. Ita hércle uero. TH. Nóui ego hos pugnós meos. 725

---

709. Promistin *vel* Promisistin ‖ 710. commemini *vel* commeni ‖ 712. TH. Me *vel* CV. Me | trapezita: *corr Ri* ‖ 713. TH. *vel* CV. ‖ 718. TH. Tu *vel* Tu ‖ 720. perdiunt *vel* perduint ‖ 723. TH. Ego *vel* Ego | *add Py* | ni *vel* in ‖ 724. *del Guy* ‖

CA. Quíd tum? TH. 'Quid tum' rógitas? hisce ego, sí tu me irritáueris,
Plácidum te hodie réddam. CA. Age ergo récipe | actutúm. ' TH. Licet.
⟨PH.⟩ Tú, miles, apud mé cenabis: hódie fient núptiae.
TH. Quaé res bene uortát mi et uobis. spéctatores, plaúdite [plaudite].

---

726. tum *vel* tu (*bis*) ‖ 727. PH. Licet: *corr Py* ‖ 728. *add Py* ‖ 729. spectatores *vel* # spectatores ‖

T. MACCI PLAVTI

E P I D I C V S

PERSONAE

EPIDICVS SERVOS
THESPRIO SERVOS
STRATIPPOCLES ADVLESCENS
CHAERIBVLVS ADVLESCENS
PERIPHANES SENEX
APOECIDES SENEX
SERVOS
FIDICINA
MILES
PHILIPPA
ACROPOLISTIS FIDICINA
DANISTA
TELESTIS VIRGO
GREX

ARGVMENTVM

Emít fidicinam fíliam credéns senex
Persuásu serui †atque conduct⟨íci⟩am
Iterúm pro amica eí subiecit fílii.
Dat eríli argentum. eó sororemd éstinat
Inprúdens iuuenis. cónpressae | ac mílitis   5
Cognóscit opera síbi senex os súblitum.
Vt ílle amicam |, haéc quaerebatf íliam.
Sed inuénta gnata séruolum emittít manu.

---

2. *add Py* ‖ 3 sq. *dist Goe* ‖

ACTVS I

EPIDICVS THESPRIO
SERVI II

EP. Heús, adulescens. TH. Quís properantem mé reprehendit pállio?
EP. Fámiliaris. TH. Fáteor: nam odio's nímium familiáriter.
EP. Réspice uero, Thésprio. TH. Oh, Épidicumne ego cónspicor?
EP. Sátis recte oculis úteris. 5
TH. Sálue. EP. Di dent quaé uelis.
Veníre saluom gaúdeo. TH. Quid céterum? EP. Quod eo ádsolet:
Cená tibi dabitur. TH. Spóndeo — EP. Quid? TH. Me áccepturum, sí dabis.
EP. Quid tú agis? ut ualés? TH. Exemplum adésse intellego. EP. Eúgae:
Córpulentiór uidere atque hábitior. TH. Huic grátia. 10
EP. Quám quidem te iám diu 11[a]
Pérdidisse ópórtuit. 11[b]
TH. Mínus iam furtificús sum quam antehac. EP. Quíd ita? TH. Rapio própalam.
EP. Di ímmortales te ínfelicent: út tu es gradibus grándibus.

---

1. ADULESCENSQUIS | REPREHENDIT: prehendit ‖ 3. thesprio (*sic A*) *vel* dhesprio ‖ 5. SATISRECTE: certe ‖ 7. CETERUMQUOD ‖ 8. spondeo (*sic A*) *vel* splendeo ‖ 9. *tres in A sunt v.* | UALES: uelis ‖ 10. opulentior *Donati codices plerique* | ABILIOR: agilior (*corr ex Donato et Festo*) ‖ 11[a]. 11[b]. *ita A: contr reliqui* ‖ 13. TEINFELICENT: infelicent ‖

Nam út apud portum té conspexi, cúrriculo occepí sequi:
Víx adipiscendí potestas módo fuit. TH. Scurrá's. EP. Scio 15
Te ésse equidem hominem mílitarem. TH. Audácter quamuis dícito.
EP. Quíd a[g]is? perpetuén ualuisti? TH. Várie. EP. Qui uarié ualent,
Capréaginum hominum nón placet mihi néque pantherinúm genus.
TH. Quid tíbi uis dicam nísi quod est? EP. †Vt illi respon * * * TH. Probe.
EP. Quid erílis noster fílius? TH. Valet púgilice atque athlétice. 20
EP. Voluptábilem mihi núntium tuo aduéntu adportas, Thésprio.
Sed ubíst is? TH. Aduenít simul. EP. Vbi is érgost? nisi si in uídulo
Aút si in mellina áttulisti. TH. Deí te perdant. EP. Té uolo —
Percóntari, operam da: ópera reddetúr tibi.
TH. Ius dícis. EP. Me decét. TH. Iam tu autem nóbis praeturám geris? 25
EP. Quem díces digniórem esse hominem | hódie Athenis álterum?
TH. At únum a praeturá tua, Epídice, abest. EP. Quidnám? TH. Scies:

---

14. CURRICULO: curculio || 16. EQUIDEM: quidem || 17. *del J* || 18. CAPRIAGINUM: Capre aginum (Caprigenum B^2) | hominum (*sic A*) *vel* hominem || 19. Vt illirespon (*lac c. 7 litt, ubi* di THES B^2) probe: UTILLAERESOBSTENIA—|P****E || 20. FILIUS‡UALET: filius ualet TH. || 21. ATPORTASTHESPRIO: adtulisti || 22. ADUENIT: adueni *vel* aduenis | ‡UBI: ubi | ERGOESTNISI: egost. EP. Nisi || 23. DEI: Di *vel* Dii || 24. PERCUNCTARI‡OPERAM | opera (*sic A*) *vel* operam | REDDETUR: reditur || 25. Ius — decet *adhaeret v. 24* (*2 versiculis discr A*) || 26. EP. Quem *adhaeret v. 25* (*etiam in A*) | DICTIS | hominem hodie: HODIE || 27. *dispescit A* | a (*sic A*) *vel* ad ||

Lictóres duo, duo úlm[in]ei fascés uirgarum. EP. Vaé tibi.
†Sed quid ais? TH. Quid rogas? EP. Vbi árma sunt Strat[h]íppocli?
TH. Pól illa ad hostis tránsfugerunt. EP. Ármane? TH. Atque ⟨e⟩quidém cito. 30
EP. Sérione dícis tu? 31[a]
TH. Sério inquam, hostés habent. 31[b]
EP. Édepol facinus ínprobum. TH. At iam ante álii fecerúnt idem.
Érit illi illa rés honori. EP. Quí? TH. Quia ante[a] aliís fuit.
Múlciber, credo, árma fecit quaé habuit Stratíppocles:
Tráuolauerúnt ad hostis. EP. Túm ille prognatús Theti
Síne perdat: alia ápportabunt éi Nerei fíliae. 36
Id módo uidendumst, út materies súppetat scutáriis,
Si in síngulis stipéndiis is ad hóstis exuuiás dabit.
TH. Supérsede istis rébus iam. EP. Tu ipse úbi lubet finém face.
TH. Desíste percontárier. EP. Loquere: ípse ubist Stratíppocles? 40
TH. Est caúsa qua causá simul mecum íre ueritust. EP. Quídnam id est?
TH. Patrém uidere sé ne[m non]uolt etiámnunc. EP. Quaproptér? TH. Scies:
Quia fórma lepida et líberali cáptiuam adulescéntulam
Dé praeda mercátust. EP. Quid ego ex te aúdio? TH. Hoc quod fábulor.
EP. Cúr eam emit? TH. Ánimi causa. EP. Quót illic homo animós habet? 45
Nam cérto prius quam hinc ád legionem abiít domo,

---

28. uiminei: *corr Herm cum aliis* ‖ 30. *add Luchsius* ‖ 31[a]. 31[b]. *contr libri* ‖ 33. *del J* ‖ 37. scrutariis *vel* scutariis ‖ 39. Super sed: *corr* B^2J *cum Nonio* | ubi lubet finem (*sic Nonius*) *vel* ibi iubet fine ‖ 40. percunctarier ‖ 42. senem non uult: *corr Bo* | scies *vel* tu scies ‖ 45. emit *vel* emet ‖ 46. legionem *vel* legationem ‖

Ipse mándauit mihi áb lenone ut fídicina
Quam amábat emeretúr sibi: id ei ímpetratum réddidi.
TH. Vtcúmque in alto uéntust, Epidice, éxim uelum uórtitur.
EP. Vaé misero mihí: male perdidít me. TH. Quid istuc? †quid nam est? 50
EP. Quíd istanc quam emit quánti eam emit? TH. Vílei. EP. Haud istuc té rogo.
TH. †Reddigitur. EP. Quot minis? TH. Tót, quadragintá minis.
Íd adeo argentum áb danista apud Thébas sumpsit faénore
Ín dies minásque argenti síngulas nummís. EP. Papae.
TH. Ét is danista aduénit una cúm eo qui argentúm petit.
EP. Dei ímmortales, út ego interii básilice. TH. Quid iam? aút quid est, 56
†Epidice? EP. Perdidit me. TH. Quis? EP. Ille qui perdidit arma.
TH. Nam quíd ita? EP. Quia cottídie ipse ad me áb legione epístulas
Mittébat: sed taceam óptumumst.
Plus scíre satiust quám loqui 60a
Seruom hóminem: ea sapiéntiast. 60b
TH. Nescío [ede]pol quid tu tímidu's: trepidas, Épidice. †ita uoltúm tuom
Videór uidere cómmeruisse hic me ábsente in te aliquíd mali.
EP. Potin út molestus né si<e>s? TH. Abeo. EP. Ásta: abire hinc nón sinam.
TH. Quíd nunc me retinés? EP. Amatne istam quam émit de praedá? TH. Rogas?

---

47. fidicina *vel* fidicinam ‖ 49. exin *B corr* ‖ 52. Reddigetur B^2 ‖ 53. sumpsit *vel* sumpsti ‖ 54. pape *vel* eape ‖ 56. DEI: Di | basilisce *vel* balisce ‖ 58. Num quid (*corr ex A*) | me ab *vel* me ad ‖ 59sq. *v. 60 unus est in A, v. 59. 60a in reliquis* ‖ 61. *del Luchsius* | qđ *vel* q ‖ 63. PO*EN | *add Ca* | hinc *vel* huic ‖ 64. *post hunc v. duobus versiculis auctior fuisse videtur A* ‖

†Deperit. EP. Détegetur córium de tergó meo. 65
TH. Plúsque amat quam te úmquam amauit. EP. Iúppiter te pérduit.
TH. Mitte nunciam. nam ille me uetuit domum
Venire: ad Chaeribulum iussit huc in proxumum.
Íbi manere iússit: eo uentúrust ipsus. EP. Quíd ita? TH. Dicam:
Quía patrem †prius se conuenire non uolt neque cónspicari, 70
Quám id argentum quód debetur pró illa dinumeráuerit.
EP. Eú edepol res túrbulentas. TH. Mítte me, ut eam núnciam.
EP. Haécine ubi scibít senex,
Púppis pereundást probe.
TH. Quíd istuc ad me áttinet, 75
Quó tu intereás modo?
EP. Quía perire sólus nolo, té cupio períre mecum:
Béneuolens sum béneuolenti. TH. Ábi in malam rem máxumam a me
Cúm istac condicióne. EP. I sane, síquidem festinás magis.
TH. Númquam hominem quemquám conueni, unde ábierim lubéntius. 80
EP. Íllic hinc abiit: sólus nunc es. quo ín loco haec res sít uides,
Épidice: nisi quíd tibi in tete aúxilist, absúmptus es:
Tántae in te inpendént ruinae. nísi suffulcis fírmiter,
Nón potes subsístere: itaque in te írruont montés mali.

---

65. Degitur *Nonius* ‖ 66. Plusque (*sic A*) *vel* Plus te ‖ 66. *tres in A fuerunt v.* ‖ 67 sq. *cf. ad Cist. 14 sqq.* ‖ 72. Eu edepol (heu *B*[2]): E— | turbulentas *vel* turbulentus (turbulentast *B*[2]) ‖ 73—76. *quinque in A fuerunt v.: turbae sunt in B* ‖ 78. cum beneuolente (*etiam A*): *corr Goe* ‖ 79. siquid (*corr ex A*) ‖ 80. libentius *vel* iubentius ‖ 81. Illic (*sic A*) *vel* Illinc | nunc es (*sic A*) *vel* es nunc ‖ 81—85. quo in — ego nunc *om VEJ* ‖

Néque ego nunc quómodo 85
Me éxpeditum ex ímpedito fáciam consiliúm placet.
Égo miser pérpuli
Meís dolis senem, út censeret suám sese emere fíliam.
Ís suo fílio
Fídicinam emit quam ípse amat, quam | ábiens mandauít mihi. 90[a]
Sí sibi nunc álteram 90[b]
Áb legione abdúxit animi caúsa, corium pérdidi.
Nam úbi senex sénserit
Síbi data esse uérba, uirgis dórsum dispoliét meum.
Át enim tu praécaue.
Át enim — bat enim: níl est istuc. pláne hoc corruptúmst caput. 95
Néquam homo's, Épidice.
Quí lubidost mále loqui? quía tu tete déseris.
Quíd faciam? mén rogas?
Túquidem antehac aliís solebas dáre consilia mútua.
Áliquid aliqua réperiundumst. séd ego cesso ire óbuiam 100
Ádulescenti, ut quíd negoti sít sciam: atque ipse íllic est.
Trístis est: cum Chaéribulo incédit aequalí suo.
Húc concedam, orátionem unde hórum placide pérsequar.

---

85 (*item v.* 87, 89, 92, 94, 96, 98) *monometris discr A* ‖ 90[h]. 91 *contr A ut vid* ‖ 91. Si sibi *vel* Sibi | animi *vel* anima ‖ 93. despoliet: *corr E* ‖ 95. ATENIMBATENIMNIHIL: nihil | CORRUPTŨST: corruptumst *vel* corruptum *vel* corruptust ‖ 97. tute *vel* tu te: *corr* B^2 ‖ 98. *ENROGAS: men tu rogas ‖ 100. quid aliqua (*cum lac*): *suppl ex A* | repperi undum est *vel* rep piundum est *vel* reperiperiundum est | cesso *vel* censo ‖ 101. ILLEC ‖

STRATIPPOCLES. CHAERIBVLVS. EPIDICVS
ADVLESCENTES II SERVOS

STR. Rém tibi sum elocútus omnem, Chaéribule, atque ádmodum
Meórum maerorum átque amorum súmmam edictauí tibi. 105
CH. Praéter aetatem ét uirtutem stúltus es, Stratíppocles.
Ídne pudet te, quía captiuam génere prognatám bono
Dé praeda's mercátus? quis erit uítio qui id uortát tibi?
[STR. Qui ínuident, omnés inimicos míhi illoc facto répperi:
Át pudicitiae eíus numquam néc uim nec uitium átttuli. 110
CH. Iam ístoc probior és meoquidem animo, cúm in amore témperes.]
STR. Níl agit qui díffidentem uérbis solatúr suis:
Ís est amicus qui ín re dubia ré iuuat, ubi rést opus.
CH. Quíd tibi me uis fácere? STR. Argenti dáre quadragintá minas,
Quód danistae détur unde ego íllud sumpsi faénore. 115
CH. Si hércle haberem† STR. Nam quid te igitur retulit
Béneficum esse orátione, si ád rem auxilium emórtuomst?
CH. Quín edepol egomét clamore dífferor, difflágitor.
STR. Málim istiusmodí mihi amicos fúrno mersos quám foro.
Séd operam Epidicí nunc me emere prétio pretiosó uelim: 120

---

104. cheribole *vel* chribole ‖ 105. meorum *vel* eorum ‖ 107. BONO: bono † probo ‖ 108. IMPRAEDAES: inpraeda es (*corr Stu*) ‖ 109—111. *om A* ‖ 110. eius *vel* et ‖ 115. datur: *corr Pius* ‖ 117. Beneficum *vel* Beneficium ‖ 118. diffatigor (*vel* difatigor): *corr Skutschius* ‖ 119. mensos | † quā tefore B^2 *in marg* ‖

Quém quidem ego hominem írrigatum plágis pistorí dabo,
Nísi hodie prius cómparassit míhi quadragintá minas,
Quam árgenti fuero élocutus eí postremam sýllabam.
EP. Sálua res est: béne promittit. spéro, seruabít <f>idem.
Síne meo sumptú paratae iám sunt scapulis sýmbolae. 125
Ággrediar hominem: áduenientem péregre erum [suom] Stratíppoclem
[Salua] Ímpertit salúte seruos Épidicus. STR. Vbi is ést? EP. Adest.
Sáluom †te gaudeo huc aduenisse. STR. Tam tibi ístuc credo quám mihi.
EP. Bénene usque ualuísti? STR. A morbo uálui, ab animo aegér fui.
EP. Quód ad me adtinuit, égo curaui. quód manda<ui>stí mihi, 130
Ímpetratumst: émpta[st] ancilla<st>, quód tute ad me lítteras
Míssiculabas. STR. Pérdidisti omnem óperam. EP. Nam qui pérdidi?
STR. Quía meo neque cárast cordi néque placet. EP. Quid rétulit
Míhi tantopere té mandare et míttere ad me epístulas?
STR. Íllam amabam olím: nunc iam alia cúra impendet péctori. 135
EP. Hércle miserumst íngratum esse hómini id quod faciás bene.
Ego quod bene fecí, male feci, quía amor mutauít locum.
STR. Désipiebam méntis, quom illa scrípta mittebám tibi.

---

124. promittit *vel* promitte | *add Lamb* ‖ 126. stratippoclen ‖ 127. *del Weisius* ‖ 130. *add Bent* ‖ 131. *del et add Ca* ‖ 136. hominem: *corr Scioppius* ‖ 137. bene feci *vel* feci bene ‖ 138. *pers om VE* | illas scriptas: *corr ex Nonio* | mitterem *Nonius* ‖

EP. Mén piaculárem oportet fíeri ob stultitiám tuam,
Vt meum tergum tuaé stultitiae súbdas succidáneum? 140
CH. Quíd istic uerba fácimus? huic homini ópust quadragintá minis;
Céleriter calidís, danistae quás resoluat, ét cito.
EP. Díc modo: unde auférre uis me? a quó trapezitá peto?
STR. Vnde lubet: nam ni ánte solem occásum elo * * * *
Meám domum ne inbítas. tute in prístinum * * * * * 145
EP. Fácile tu istuc síne periclo et cúra, corde líbero
Fábulare: nóui ego nostros: míhi dolet, quom ego uápulo.
STR. Quíd tu? nunc patiérin ut ego me ínterimam? EP. Ne féceris:
Égo istuc accedám periclum pótius atque audáciam.
STR. Núnc places: nunc égo te laudo. EP. Pátiar ego istuc quód lubet. 150
STR. Quíd illa fiet fídicina igitur? EP. Áliqua res reperíbitur:
Áliqua ope exsoluam, éxtricabor áliqua. STR. Plenus cónsili's:
Nóui ego te. EP. Est Eubóicus miles, lócuples, multo auró potens,
Qui úbi tibi istam emptam ésse scibit átque hanc adductam álteram,
Cóntinuo te orábit ultro, ut íllam tramittás sibi. 155
Séd ubi illast quam tu ádduxisti técum? STR. Iam faxo híc erit.

---

139. piacularem *vel* at piacularem: † peculiarem *in marg B* ‖ 140. stultitiae tuae: *trai ex Gellio* | succidaneum (*sic Gellius*) *vel* succidananeum ‖ 142. resoluas: *corr Py* ‖ 143. me uis: *trai Guy* ‖ 145. inpristinum *vel* inpistrinum ‖ 147. noui *vel* ioui ‖ 148. *dist Sey* ‖ 150. ego istuc: ISTUT | lubet (LIBET *A*) *vel* iubet ‖ 151. ILLA (*sic Nonius*): de illa | RESREPPERIBITUR (*sic Nonius*): re repperibitur ‖ 152. exsoluam (*sic Nonius*): EXSOLUAR | consilii es: CONSILIIS ‖ 154. ubi tibi: UBI ‖ 155. TRAMITTAS (*sic B*[2]): trans mittas ‖

CH. Quíd hic nunc agimus? STR. Eámus intro huc ád te, ut hunc hodié diem
Lúculentum habeámus. EP. Ite intro: égo de re argentária
Iám senatum cónuocabo in córde consiliárium,
Quoí potissumum índicatur béllum, unde argentum aúferam. 160
Epidice, uide quíd agas: ita res súbito haec obiectást tibi.
Nón enim nunc tibi dórmitandi néque cunctandi cópiast.
Adeundum: senem óppugnare cértumst consiliúm mihi.
Íbo †intro atque adulescénti dicam, nóstro erili fílio,
Ne hínc foras exámbulet neue óbuiam ueniát seni. 165

ACTVS II

APOECIDES. PERIPHANES
SENES II

AP. Plérique homines, quós quom nil refért pudet, 166ª
Ýbi pudendumst, íbi eos deserít pudor, 166ᵇ
Quom usúst ut pudeat. 167
Ís adeo tú's. quid est quód pudendúm siet
Génere natám bono paúperem domúm
Ducére te uxorem, 170ª

157. CH. *add* B^2 | AGIMUSEAMUS ‖ 158. LUCULENTUM: luculente ‖ 160. Cui: QUI ‖ 162. DORMITANDI: dormitandum | COPIA—: copia est tibi (*praecedente lac 4 litt in B*) ‖ 163. ADEUNDUM: ad (*vel* at) eundem | MIHI: *om reliqui* (*cum lac B*) ‖ 164. IBO: ii abi | dicam (*sic A*) *vel* diciam ‖ 165. NEHINCFORASEXAMBULETNEUE: Nec hic (*vel* Ne hic) foras ambulet neue usquam ‖ 166ª—172. *sic A: quinque v. in B* (— pudendum est — tues qui [*sed* Is] — domum [*sed* Genere] — commemores) ‖ 168. QUIDEST: qui Des ‖ 169. pauperem domum: PAREMDOMUM *et in marg* PAUPEREM ‖ 170. DUCERETE: ducere ‖

Praesértim eam qua ex tibi cómmemores hanc quaé
domist filiam prógnatam? 170ᵇ. 171. 172
PE. Réuereor fílium. AP. At pól ego te crédidi
uxórem quam tu éxtulistí pudore éxsequi:
Quóius quotiéns sepulcrúm uides, sácruficas 175
Ílico Orco hóstiis néque adeo iniúria,
Quia licitumst eam tibi uiuendo uincere. PE. Oh,
Hércules égo fui, dum ílla mecúm fuit:
Neque séxta aerumna acérbior Hercúli quam illa mihi
obiéctast.
AP. Pulcra édepol dos pecúniast. PE. Quaequidém
pol non marítast. 180

EPIDICVS. PERIPHANES. APOECIDES
SERVOS SENES II

EP. St.
Tacéte: habete animúm bonum.
Liquido exeo foras auspicio, aui sinistra. 183. 184
Acútum cultrum habeó senis qui exénterem mar-
súppium. 185
Sed eccum ípsum ante aedis cónspicor Apoécidae.
* * * * * * * * qualís uolo uetulós duo.
Iam ego mé conuortam in hirúdinem atque eorum
éxsugebo sánguinem
Senáti qui columén cluent.
* * * * * * * * * * * * * * * * * *
⟨AP.⟩ * * * * * * * * * * * * * * * * * *

170ᵇ—172. qua ex (*sic A*) *vel* quam ex | domi est: DOMOST | filiam (*sic A*) *vel* familiam ‖ 173—184. *turbata in B discriptio* ‖ 175. SACRIFICAS ‖ 176. HORCOOSTIIS ‖ 177. *cf. ad Cist. 14 sqq.* | tibi licuit eum *Servius Dan.* ‖ 180. PECUNIASTQUAE | pol *om Porphyrio* | MARITAST (*item Porphyrio*): maritatast ‖ 181 sq. STTACETE: St at cete (atetacete B^2) *vel* (S)tat cete *vel* atat certe ‖ 183 sq. *cf. ad Cist. 14 sqq.* | SINIXTRA ‖ 185. cultrum *vel* cliltrum | extenterem B^2 *in marg* ‖ 186. apeciden *vel* apoecidae ‖ 187. *lac sign B* | duo *vel* duos ‖ 188. hirudinem *vel* hirundinem (erundinem *vel* urundines *Nonius*) | exsugebo *vel* exugelo (exugebo *vel* exorbebo *Nonius*) ‖ 189. cluet B^2 | *lac sign R. Muellerus* ‖

Cóntinuo ut marítus fiat. PE. Laúdo consiliúm tuom. 190
Nám ego illum audiui ín amorem haerere ápud nescioquam fídicinam:
Íd ego excru<ci>or. EP. Di hércle omnis me ádiuuant, augént, amant:
Ipsi hí quidem mihi dánt uiam, quo pácto ab se argentum aúferam.
Age núnciam orna te, Épidice, et pallíolum in collum cónice
Itaque ádsimulato, quási per urbem tótam hominem quaesíueris. 195
Áge, siquid agis. di ímmortales, útinam conueniám domi
Périphanem, per ómnem urbem quem súm defessus quaérere:
Pér medicinas, pér tonstrinas, ín gymnasio atque ín foro,
Pér myropolia ét lanienas círcumque argentárias:
Rógitando sum raúcus factus, paéne in cursu cóncidi. 200
PE. Épidice. EP. Epidicúm quis est qui réuocat? PE. Ego sum Périphanes.
AP. Ét ego Apoecidés sum. EP. Et ego quidem sum Épidicus: sed, ere, óptuma
Vós uideo opportúnitate ambo áduenire. PE. Quíd reist?
EP. †Mane, sine respírem, quaeso. PE. Immo ádquiesce. EP. Animó malest.
<AP.> Récipe[am] anhelitúm. PE. Clementer réquiesce. EP. Animum aduórtite: 205
Á legione omnés remissi súnt domum Thebís. AP. †Scit factum.
EP. * * * * ego ita factum esse díco. PE. Scin tu istúc? EP. Scio.

---

190. # Laudo (AP. B^2) || 191. inmorem: *corr* B^2 || 194. pallium *Gellius* || 196. conueniam *vel* coueniam || 198. per tonstrinas *vel* tonstrinas || 201. AP. Epidice: *corr Ac* | epidictum: *corr B* | pheriphanes B^2 || 203. ambo (*vel* amabo) aduenire op(p)ortunitate: *trai Bo* || 205. Recipiam: *add et corr Brixius* || 207. *lac sign libri* ||

PE. Quí tu scis? EP. Quia ego íre uidi mílites plenís uiis.
Árma referunt ét iumenta dúcunt. PE. Nimis factúm bene.
EP. Túm captiuorúm quid ducunt sécum: pueros, uírgines, 210
Bínos, ternos, †alius quisque. fít concursus pér uias:
Fílios suos quísque uisunt. PE. Hércle rem gestám bene.
EP. Túm meretricum númerus tantus quántum in urbe omní fuit
Óbuiam ornatae óccurrebant suís quaeque | amatóribus:
Eós captabant. íd adeo qui máxume animum aduórterim: 215
Pléraeque eae sub uéstimentis sécum habebant rétia.
Quom ád portam uenio, átque ego illam illi uídeo praestolárier
Ét cum ea tibícinae ibant quáttuor. PE. Quicum, Épidice?
EP. Cúm illa quam tuos gnátus annos múltos deamat, déperit,
Ýbi fidemque rémque seque téque properat pérdere. 220
Éa praestolabátur illum apud pórtam. PE. Viden uenéficam.
EP. Séd uestita, auráta, ornata ut lépide, ut concinne, út noue.
PE. Quíd erat induta? án regillam indúculam an mendículam?
EP. Ínpluuiatam, ut ístae faciunt uéstimentis nómina.
<PE.> Ýtin inpluuium indúta fuerit? EP. Quíd istuc tam mirábilest? 225

---

210. ducunt *vel* dicunt ‖ 214. occurrebant (*sic A*) *vel* occurrebat ‖ 215. quā B^2 | animum aduorterim: ANIMADUORTERINT ‖ 217. ad portam (*sic A*) *vel* ad portum | illic B^2 ‖ 219. deamat (*sic A*) *vel* deamabat ‖ 220. FIDEMQUAEREMQUAE ‖ 221. BENEFICAM ‖ 222. aurata (*sic A*) *vel* aurota | ORNATA: ornamenta ‖ 223. INDUTA‡AN | INDUTULAMAN: tuniculam indulam an *Nonius* ‖ 224. INPLUUIATA (*item Nonius*) | ISTAE (*item Nonius*): istaec | FACIUNT (*item Nonius*): facimus ‖ 225. Vt in inpluuium (Vtin *Ac*): UTINPLUUIUM | FUERIT: erit *vel* erat | PE.: *corr Bo* | ISTUCTAM: istuc ‖

Quási non fundis éxornatae múltae incedant pér uias.
Át tributus quom ímperatus ést, negant pendí potis.
Íllis quibus tribútus maior pénditur pendí potest.
Quíd istae quae uesteí quotannis nómina inueniúnt noua?
Túnicam rallam, túnicam spissam, línteolum caesícium, 230
Índusiatam, pátagiatam, cáltulam aut crocótulam,
Súpparum aut submíniam, ricam, básilicum aut exóticum,
†Cumatile aut plumatile, carinum aut gerrinum, gerrae maxumae.
Cáni quoque etiam adémptumst nomen. PE. Quí? EP. Vocant Lacónicum.
[EP.] Haéc uocabula aúctiones súbigunt ut faciánt uiros.
AP. Quín tu ut occepísti loquere? EP. Occépere aliae múlieres 236
Duaé sic post me fábulari intér sese: ego abscessí sciens
Paúlum ab illis: díssimulabam earum óperam sermoní dare:
Néc satis exaudíbam nec sermónis fallebár tamen,
Quaé loquerentur. PE. Íd lubidost scíre. EP. Ibi illarum áltera 240

---

226. EUNDIS ‖ 227. CUM: qum *vel* quin | POTIS: potesse ‖ 228. TRIBUTIS ‖ 229. UESTEIQUODANNIS: uesti quot annis ‖ 230. RALLAM: raliam *vel* ralia ‖ 231. intusiatam *Varro*, indusiata *vel* inlusiatam *Nonius* | caltulam (*sic A et Nonius*) *vel* catulam (caltulum *Varro*) | CROCOTULAM (*vel sic cum Varrone vel* proputulam *Nonius*): crutulam ‖ 232. SUPPARUM (*sic Nonius*): Subparum | sub miniam: SUBNIMNIAM (subnimium est *Nonius*) | ritam uasilicam *vel* rica basilicum *Nonius* ‖ 233. CARINUM: garinum (cerinum *Nonius*) | gelinum *Nonius* | GERREMAXUME ‖ 234. ademptum st: ADEPTUST | EP. Qui PE.: *corr Bo* | Vocant: ṚUBEANT | laconicum (*sic A*) *vel* laconum ‖ 235. *del Bo* | AUCTIONES: auetiones *vel* aut tiones | UIROS: uiri ‖ 236. OCCEPERE: occipere (*corr* B^2) ‖ 237. Duae post me sic fabulari: QUAESICPOSTMEFABULARE | ABSCESSI: abcessi | SCIENS: solens ‖ 238. EARUMOPERAMSERMONI: me harum sermoni operam ‖ 239. EXAUDIEBAM ‖

Díxit illi quícum ipsa ibat — PE. Quíd? EP. Tace ergo, ut aúdias.
Póstquam illam sunt cónspicatae, quám tuos gnatus déperit:
'Quám facile et quam fórtunate éuenit illi, óbsecro,
Múlieri quam líberare uólt amator.' "Quísnam is est?"
Ínquit altera ílli: ibi illa nóminat Stratíppoclem, 245
Périphan<a>i fílium. PE. Perii hércle: quid ego ex te aúdio?
EP. Hóc quod actumst. égomet postquam id íllas audiuí loqui,
Coépi rursum uórsum ad illas paúsillatim accédere,
Quási retruderét hominum me uís inuitum. PE. Intéllego.
EP. Íbi illa interrogáuit illam: 'Quí scis? quis id dixít tibi?' 250
"Quín hodie adlataé tabellae súnt ad eam a Stratíppocle,
Eum argentum sumpsísse apud Thebas áb danista faénore:
Íd paratum et sé ob eam rem id férre." PE. †Cedo ego óccidi.
EP. Haéc sic aiebát [sic] audiuisse éx eapse atque epístula.
PE. Quíd ego faciam núnc? consilium a te éxpetesso, Apoécides. 255
AP. Réperiamus áliquid cal[l]idi cónducibilis cónsili.

---

244. QUAMLIBERARE: liberae (liberare B^2) quam *vel* quam ‖ 245. IBIILLI: ibi (*corr Ri*) | STRATHIPPOCLEM: stratippoden *vel* stratippodem ‖ 246. PERIFANI: periphane (ę B^2): *corr Ri* | PERI ‖ 247. QUODACTUMEST: quod (*vel* quo: *corr* B^2) actum | POSTQUAMID: post ibi (postibi B^2) ‖ 248. PAUSILLATIM (*item gloss Pl*): pauxillatim ‖ 249. hominum (*sic A*) *vel* hominem ‖ 250. quis id: QUIID ‖ 251. allate sunt tabelle (*trai Guy*): ADLATAETABELLAE | ASTRATHIPPOCL(E) ‖ 253. Cedo (*vel* Cede) ego *vel* ego ‖ 254. aiebat (*vel* agebat) sic audiuisse se (*ex* audiui sese B^2) abse: *corr Kampmannus* ‖ 256. riperiamus *vel* reppiamus | *del Dousa* ‖

Nam ílle quidem aut iam hic áderit, credo hercle, aút iam adest. EP. Si aequóm siet
Mé plus sapere quám uos, dederim uóbis consiliúm catum,
Quód laudetis, út ego opino[r], utérque — PE. Ergo ubi id est, Epidice?
EP. Átque ad eam rem cónducibile. AP. Quíd istuc dubitas dícere? 260
EP. Vós priores ésse oportet, nós posterius dícere,
Quí plus sapitis. PE. Éia uero: age díc. EP. At deridébitis.
AP. Nón edepol faciémus. EP. Immo sí placebit, útitor
Cónsilium, si nón placebit, réperitote réctius.
Míhi istic nec seritúr nec metitur, nísi ea quae tu uís uolo. 265
PE. Grátiam habeo. fác participes nós tuae sapiéntiae.
EP. Cóntinuo arbitrétur uxor tuó gnato atque ut fídicinam
Íllam quam is uolt líberare, quaé illum corrumpít tibi,
Ýlciscare atque íta curetur, úsque ad mortem ut séruiat.
AP. Fíeri oportet. PE. Fácere cupio quíduis, dum id fiát modo. EP. [H]Em, 270
Núnc occasióst faciundi, príus quam in urbem aduén<er>it,
Sícut cras hic áderit: hodie nón †uenerit. PE. Qui scís? EP. Scio,
Quía mihi alius díxit, qui illinc uénit, mane hic ádfore.
PE. Quín tu eloquere, quíd faciemus? EP. Síc faciundum cénseo,
Quási tu cupias líberare fídicinam animi grátia, 275

---

259. *del Bo* ‖ 262. Qui *vel* Qđ ‖ 266—270. *verba* tuae — Hem *solus habet B* ‖ 270. *del Brixius* ‖ 273. illinc *vel* illic | hunc *vel* hic *vel* hic hunc ‖ 274. AP. Sic | faciundum censeo *vel* faciendo censeo ‖

Quásique ames ueheménter tu illam. PE. Quam ád rem istuc refért? EP. Rogas?
Ýt enim praestinés argento, príus quam ueniat fílius,
Átque ut eam te in líbertatem dícas emere. PE. Intéllego.
EP. Ýbi erit empta, ut áliquo ex urbe ámoueas, nisi quíd tua
Sécus sententiást. PE. †Immo docte. EP. Quid tu autem, Apoécides? 280
AP. †Qui ego iam? nisi té commentum nímis astute intéllego.
EP. Iam ígitur amota éi ⟨fu⟩erit ómnis consultátio
Núptiarum, né grauetur quód uelis. PE. Viué sapis,
Ét placet. ⟨EP.⟩ Tum tu ígitur calide quídquid acturú's age.
PE. Rem hércle loquere. EP. Et répperi haec te qui ábscedat suspício. 285
PE. Síne me scire. EP. Scíbis: audi. AP. Sápit hic pleno péctore.
EP. Ópus est homine, quí illo argentum déferat pro fídicina:
Nám te nolo néque opus factost. PE. Quíd iam? EP. Ne[c] te cénseat
Fíli causa fácere, — PE. Docte. EP. Quó illum ab illa próhibeas,
Néqua ob eam suspícionem dífficultas éuen[i]at. 290
PE. Quém hominem inueniémus ad eam rem útilem? EP. Hic erit óptumus:
Híc poterit cauére recte, iúra qui et legés tenet.
PE. Épidice, †habeas gratiam. EP. Sed ego ístuc faciam sédulo:

---

276. refert. EP. Rogas *vel* refert EP. ‖ 282. *add Lindemannus* ‖ 283. AP.: *corr Ac* | Viue *vel* ui ‖ 284. calide *vel* callide | acturus: *corr Bo* ‖ 285. repperi *vel* reppe ‖ 288. nam telonon (*B^2 ex* n/// telo ///non) eque opus *vel* nam telo non ep (ep *del E^1*) eq̄ opus: *corr Vss* ‖ 289. Filii *vel* Filia ‖ 290. *del Bo* ‖ 293. PE. *om B^1* ‖

Ego illum conueniam átque adducam huc ád te, quoiiast fídicina:
Átque argentum ego cum hóc feram. PE. Quanti émi potest minumo? EP. Íllane? 295
Ád quadragintá fortasse eam pósse emi minumó minas:
Vérum si plus déderis, referam: nîl in ea re cáptiost.
Átque id non decem óccupatum tíbi erit argentúm dies.
PE. Quídum? EP. Quia enim múlierem alius íllam adulescens déperit
Aúro opulentus, mágnus, miles Rhódius, raptor hóstium, 300
Glóriosus: híc emet illam dé te et dabit aurúm lubens.
Fáce modo: est lucrum híc tibi amplum. PE. Deós quidem oro. EP. Ímpetra⟨s⟩.
AP. Quín tu is intro atque h⟨u⟩íc argentum prómis? ego uisam ád forum.
Épidice, eo uení. EP. Ne abitas, príus quam ego ad te uénero.
AP. Ýsque opperiar. PE. Séquere tu intro. EP. I, númera: nil ego té moror. 305

EPIDICVS
SERVOS

Nullum ésse opinor égo | agrum in agro | Áttico
Aequé feracem quam híc est noster Périphanes.
Quin éx occluso atque óbsignato [atque] armário
Decútio argenti tántum quantum míhi lubet.
Quod pól ego metuo sí senex rescíuerit 310
Ne ulmós parasitos fáciat, quae usque attóndeant.

---

294. fidicina *vel* fidicina EP. illane (*cf. v. 295*) ‖ 295. EP. Illane *h. l. in marg add* B²: *cf. ad v. 294* ‖ 298. decet (*item Nonius*) ‖ 299. Quidum *vel* Quiddum | illam alius: *trai Bo* ‖ 301. aurum iubeas: *corr Gru* ‖ 302. Tace: *corr Ac* | *add Ac* ‖ 304. abitas *vel* habitas ‖ 305. numera *vel* nume ‖ 308. *del Py* ‖ 309. lubet *vel* iubet ‖ 311. attonde *vel* attonedat: *corr B²* ‖

Sed me úna turbat rés ratioque, Apoécidi
Quam osténdam fidicinam áliquam conductíciam.
Atque íd quoque habeo: máne me iussít senex
Condúcere aliquam fídicinam sibi húc domum, 315
<Vt>, dúm rem dinam fáceret, cantarét sibi.
Ea cónducetur átque ei praemonstrábitur,
Quo pácto fiat súbdola aduorsús senem.
Ibo íntro: argentum accípiam ab damnosó sene.

ACTVS III

STRATIPPOCLES. CHAERIBVLVS
ADVLESCENTES II

STR. Éxpectando éxedor míser atque exénteror, 320
Quómodo mi Épidici blánda dicta éuen[i]ant.
Nímis diu máceror: sítne quid nécne s[c]it
Scíre cupió. CHAE. Per illám tibi cópiam
†Copiam parare aliám licet: sciui équidem in principio ílico 324
†Nullam tibi esse in illo copiam. STR. Interii hercle ego.
CHAE. Ábsurde facis qui ángas te animi: [STR.] si hércle ego illum semel pr[eh]éndero,
Numquam irridere nos illum inult[im]um sinam seruom hominem. 327. 328
STR. Quid illum ferre uis, qui, tibi quoi diuitiae domi maxumae sunt,
Is nummum nullum habes nec sodali tuo in te copiast? 330

---

316. *addidimus duce Buechelero* (*cf. 500 sq.*) | dinam *vel* diuinam ‖ 320—324. *tres sunt in B v.* (— mihi — maceror) ‖ 321. *del Bo* ‖ 322. sitne quid *vel* sic nequit (si nequid B^2) ‖ 324. Copiam parare *vel* Copiam tibi parare | Sciui (*sic*) *B* ‖ 326. CHAE. *add* B^2E | STR. *del Bo* ‖327 sqq. *cf. ad Cist. 14 sqq.* ‖ 329. STR. Quid *vel* Quid | ferre *vel* fere | cui *vel* qui *vel* qui si (quoi B^2) ‖ 330. Is nummum *vel* Nummum his ‖

CHAE. Si hercle hábeam, polliceár lubens: uerum áliquid aliqua aliquó modo
Alicúnde ab aliqui aliquá tibi spes est fóre mecum fortúnam.
STR. Vaé tibi, muricíde homo. CHAE. Qui tíbi lubet mihi mále loqui:
STR. Quippe tú mi aliquid aliquó modo alicúnde ab aliquibús <b>latis,
†Quod nusquamst: neque ego id inmitto in aures meas,
Nec míhi plus †adiumenti ades quam ille quí numquam etiam nátust. 336

EPIDICVS. STRATIPPOCLES. CHAERIBVLVS
SERVOS ADVLESCENTES II

EP. Fecísti iam officiúm tuom: me meúm nunc facere opórtet.
Per hanc cúram quieto tíbi licet esse: hóc quidem iam péri<i>t.
Niquid †tibi hinc in spem referas: oppido hoc pollí<nc>tumst.
†Crede modo mihi: sic ego ago: síc egerunt nóstri. 340
Pro di ímmortales, mi húnc diem dedístis luculéntum,
Vt fácilem atque impetrábilem. sed ego hínc migrare césso,
Vt ímportem in colóniam hunc †auspicio commeátum?
Mihi césso quom sto. séd quid hoc? ante aédis duo sodáles

---

331. CHAE. *om* B^1: *item v.* 333 *sq.* ‖ 333. murricide *Paulus* | lubet *vel* iubet ‖ 334. *add J* (t latras B^2) ‖ 335. quod *vel* quid ‖ 336. adiumenti (*vel* adiumenta) ades | natu st *vel* natus est ‖ 337. tuum *vel* tu tuum ‖ 339. pollitum (*vel* politum) est: *add Goe* ‖ 341. dedistis luculentum *vel* dedisti loculentum ‖ 343. hunc hunc (*alt.* hunc *del* B^2) ‖ 344. Mihi cesso *vel* Mihi concesso ‖

Erum et Chaéribulum cónspicor. quid hic ágitis? accipe hóc sis. 345
STR. Quantum híc inest? EP. Quantúm sat est et plús satis: supérfit:
Decém minis plus áttuli, quam tú danistae débes.
Dum tíbi ego placeam atque óbsequar, meum térgum flocci fácio.
STR. Nam quíd ita? EP. Quia ego tuóm patrem faciám parenticídam.
STR. Quid istúc est uerbi? EP. Níl moror uetera ét uolgata uérba 350
'Perátum ductare': †at ego follítum ductitábo
Nam léno omne argentum ábstulit pro fídicina: ego resólui.
[Manibus his dinumeraui pater suam natam quam esse credidit.]
Nunc íterum ut fallatúr pater tibique aúxilium aparétur
Inuéni: ⟨n⟩am ita suasí seni atque hanc hábui oratiónem, 355
Vt, quóm redisses, né tibi eius cópia esset. STR. Eúge.
EP. Ea iám domist pro filia. STR. †Teneo. EP. Nunc auctórem
Dedít mihi ad hanc rem Apoécidem — is ápud forum manét me —
†Quasi quae amaret caueat. STR. Haud male. EP. Iam ípse cautor cáptust.
Ipse ín meo collo túos pater crumínam collocáuit: 360
Is adórnat ⟨ad⟩ueniéns domi extemplo út maritus fías.
STR. Vnó persuadebít modo, si illám quae adductast mécum

---

346. supersit: *corr Ca* ‖ 349. quia ego *vel* quia ‖ 351. peratum *vel* paratum | At (*sic*) *B* ‖ 353. *secl Ri: cf. 367 sq.* ‖ 355. inueniam: *corr R. Muellerus duce Py* ‖ 356. ne *vel* ue ‖ 357. 359. *pers solus habet B* ‖ 357. domist pelia (pro illa *in ras B*[2]): *corr Ac* | auctorem *vel* actorem ‖ 361. *add Ca* ‖

Mihi adémpsit Orcus. EP. Núnc ego astútiam hanc instítui:
Deuéniam ad lenoném domum egomet sólus, eum [ego] docébo,
Siqui[d] ád eum aduenìant, út sibi essé datum argentum dícat, 365
Pro fídicina argentí minas se habére quinquagínta.
Quippe égo qui nudiustértius meis mánibus denumeráui
Pro illá tua amica quám pater suam fíliam esse rétur.
Ibi léno sceleratúm caput suom imprúdens alligábit,
Quasi pró illa argentum accéperit, quae técum adducta núnc est. 370
STR. Vorsútior es quám rota figuláris. EP. Iam ego parábo
Aliquám dolosam fídicinam, nummó conducta quaé sit,
Quae se émptam simulet, quaé senes duo dócte ludificétur.
Eam dúcet simul Apoécides ad tuóm patrem. STR. Vt paráte.
EP. Eam pérmeditatam meís dolis astútiisque onústam
Mittám. sed nimis longúm loquor: diu me éstis demoráti. 376
Haec scítis iam ut futúra sint. abeó. STR. Bene ambuláto.
CHAE. Nimis dóctus ille<st> ád male faciúndum. STR. Me[t]quidem cérto
Seruáuit consiliís suis. CHAE. Abeámus intro hinc ád me.
STR. Atque áliquanto lubéntius quam abs té sum egressus íntus: 380
Virtúte atque auspicio Épidici cum praéda in castra rédeo.

363. adempsit *vel* dempsit | hanc astutiam: *trai Py* || 364. *del Py* || 365. *del Ca* | adueniam: *corr Ca* || 369. alligauit || 371. STR. *vel* CHAE. | Iam *vel* ha || 373. docte *vel* docta || 374. suum: *corr* B^2 *J* | STR. *add* B^2 || 375. *pers om EJ* | astutusque *vel* stutiisque: *corr* B^2 || 376. mittam *vel* mitram || 378. *add Ca* | met quidem *vel* me quidem (me equidem B^2): *correximus* || 379. *pers om EJ* || 380. lubentius *vel* iubentius ||

PERIPHANES. APOECIDES. FIDICINA
SENES II
<SERVOS>

PE. Non óris causa módo hominis aequóm fuit
Sibi habére speculum, ubi ós contemplaré<n>t suom,
Sed [id] quí perspicere póssent [cor sapiéntiae,
Igitúr perspicere ut póssint] cordis cópiam: 385
Vbi id ínspexissent, cógitarent póstea,
Vitam út uixissent ólim in adulescéntia.
Fuit cónducibile hocquidém mea senténtia.
†Vel quasi egomet qui <du>dum fíli causa coéperam
Egó me excruciare ánimi, quasi quid fílius 390
Me[li]us déliquisset méd erga, aut [quasi] non plúruma
Malefácta mea essent sólida in adulescéntia.
Profécto delirámus interdúm senes.
Sed méus sodalis ít cum praeda Apoécides.
Veníre saluom mércatorem gaúdeo. 395
Quid fít? AP. Di deaeque te ádiuuant [res propere].
PE. Omén placet.
<AP.> Quin ómini omnis súppetunt res pró<s>perae.
Sed tu †hanc lubens intro abduci. PE. Heús foras
Exíte huc aliquis: dúce istam intro múlierem [concludi uolo].
Atque aúdin? SE. Quid uis? PE. Cáue siris cum fília 400
Mea cópulari hanc néque conspicere. iám tenes?
In aédiculam istanc sórsum concludí uolo:

---

384 sq. Si (Sed B^2) id *vel* Sibi id: *del Ca* | *secl Geppertus* || 388. *exstat post 393: trai Brixius* || 389. *add Guy* || 391. quasi *del Ri* | plurimum: *corr Pius* || 393. *cf. ad 388* || 396. sit | *del Gul* | PE. Omen *vel* omen || 397. AP. *add Gru* | quoi (o *s. scr*) nomini (homini B^2) *vel* cum nomini: *corr Gru* || 398. lubens (*vel* iubes) | PE. Heus *vel* heus || 399. *ras del B* (*cf. v. 402*) || 400. EP. Quid *vel* AP. Quid: *corr Angelius* | PE. *in spat add* B^2 | caue siris cum *vel* caue siris eum (siriscum nōm proprium B^2 *in marg*) || 402. istanc (n *s. scr.*) *vel* istaec | concludi uolo *solus add* B^2 (*cf. v. 399*) ||

Diuórtunt mores uírgini longe ác lupae.
AP. Docte ét sapienter dícis. num<quam> nímis potest
Pudicítiam quisquam suaé seruare fíliae. 405
Edepól ne | istam témpore gnató tuo
Sumus praémercati. PE. Quíd iam? AP. Quia dixít mihi
Iam dúdum se alius tuóm uidisse hic fílium.
Hanc édepol rem apparábat. PE. Plane hercle hóc quidemst.
AP. Ne tú habes seruom gráphicum et quantiuís preti:
Non cárust auro cóntra. ut ille fídicinam 411
Fecít nescire †esse emptám tibi:
Ita rídibundam atque hílaram huc adduxít simul.
PE. Mirum hóc qui potuit fíeri. AP. Te pro fílio
Factúrum dixit rém esse diuinám domi, 415
Quia Thébis saluos rédierit. PE. Recta<m> ínstitit.
AP. Immo ípsus illi díxit conductam ésse eam
Quae hic ádministraret ád rem diuinám tibi.
[Facturum hoc dixit rem esse diuinam tibi domi]
Ego íllic me autem síc adsimulabám quasi 420
Stolidúm, quom bardum mé faciebam. PE. Immo íta decet.
AP. Res mágna amici apúd forum agitur: eí uolo
Ire áduocatus. PE. Át, quaeso, ubi erit ótium,
Reuórtere ad me extémplo. AP. Continuo híc ero.
PE. Nil hómini amicost ópportuno amíci[ti]us: 425
Sine tuó labore quód uelis actúmst tamen.
Egó si adlegassem áliquem ad hoc negótium
Minus hóminem [quam] doctum mínusque ad hanc rem cállidum,

---

404. *add Fl* ‖ 406. *post* ne istam *ras 8 litt B* ‖ 408. alius tuum *vel* alius | uisse *vel* nisse: *corr B*² ‖ 409. Hanc *vel* PE. Hanc | PE. *vel* AP. ‖ 410. AP. Ne *vel* Ne ‖ 411. ut *vel* AP. Vt ‖ 412. esse *vel* hosse ‖ 413. Ita *vel* la *vel* illam ‖ 414. *pers om E* | hoc qui *vel* hoc quod ‖ 416—419. *solus add B*² ‖ 416. recte: *corr Lamb* ‖ 419. *secl Ac*: *cf. v. 415* ‖ 421. Immo sta (*vel* stat): *corr Py* ‖ 422. ei *vel* eum ‖ 423. at queso *vel* atquest ‖ 425. *pers om E* ‖ 427. adligassem ‖ 428. *del Ca* ‖

Os súblitum esset ítaque me albis déntibus
Meus dérideret fílius meritíssumo. 430
(Atque haéc stultitiast mé illi uitio uórtere
Egomét quod factitáui in adulescéntia
Quom mílitabam: púgnis memorandís meis
Erádicabam hominum aúreis, quando occéperam.)
Sed quís illic est quem huc áduenientem cónspicor, 435
Suám qui undantem c⟨h⟩lámydem quassandó facit?

MILES. PERIPHANES
SENEX

MI. Caue praéterbitas úllas aedis, quín roges
Senex híc ubi habitat Périphanes †Platenius.
Incértus tuom caue ád me re⟨t⟩tulerís pedem.
PE. Adoléscens, si istunc hóminem quem tu quaéritas
Tibi cómmonstrasso, ecquam ábs te inibo grátiam? 441
MI. Virtúte belli armátus promerui, út mihi
Omnís mortalis [deceat] ágere deceat grátias.
PE. Non répperisti, aduléscens, tranquillúm locum,
Vbi tuás uirtutes éxplices, ut póstulas. 445
Nam strénuiori déterior si praédicat
Suas púgnas, de illius íllae fiunt sórdidae.
Sed istúm quem quaeris Périphanem †Platenium
Ego súm, siquid uis. MI. Némpe quem in adule
scéntia
Memoránt apud reges ármis, arte duéllica 450

---

429. albis *vel* alchis ‖ 430. derideret *vel* deridet ‖ 431—434. *secl Goe* ‖ 431. stultitiast *vel* stultiast ‖ 432. factitaui inadulescentia *vel* factitaui (*cf. 434*) ‖ 434. aureis (aures B^2) *vel* adulescentia aureis (*cf. v. 432*) ‖ 435. quis hic: *corr Sey* ‖ 436. qui suam *et* fecit *Nonius* ‖ 438. hic ubi *vel* ubi | platenius *vel* platemus *vel* platenus ‖ 439. tuum *vel* sum | ad me retulit *vel* me retulerit: *corr* B^2 ‖ 440. PE. *solus B* ‖ 441. commo(n)strasso *vel* commonstrauero ‖ 443. *del J* ‖ 447. sordidę *vel* ordine ‖ 448. periphanen (*vel* periphanem) platenium ‖

Diuítias magnas índeptum? PE. Immo si aúdias
Meas púgnas, fugias mánibus dimissís domum.
MI. Pol egó magis unum quaéro meas quoi praédicem,
Quam illúm qui memoret suás mihi. PE. Hic non
est locus:
Proin tu álium quaeras quoí centones sárcias. 455
MI. Animum áduorte, ut quod ego ád te aduenio intéllegas:
Meam amícam audiui té esse mercatum. PE. Áttatae,
Nunc démum scio ego hunc quí sit: quem dudum Épidicus
Mihi praédicauit mílitem. adulescéns, itast
Vt dícis: emi. MI. Vólo te uerbis paúculis, 460
Si tíbi molestum nón est. PE. Non edepól scio
Moléstum necne sít, nisi dicis quíd uelis.
MI. Mihi illam út tramittas, árgentum accipiás: adest.
Nam quíd ego apud te uér[b]a parcam próloqui?
Ego illám uolo hodie fácere libertám meam, 465
Mihi cóncubina quaé sit. PE. Te absoluám breui.
Argénti quinquagínta mihi illa emptást minis:
Si séxaginta míhi denumerantúr minae,
Tuas póssidebit múlier faxo férias,
Atque íta profecto, ut eam éx hoc exonerés agro. 470
MI. Estne émpta mihi istis légibus? PE. Habeás licet:
Concíliauisti púlcre. heus foras edúcite,
Quam intróduxistis fídicinam. atque etiám fides
Ei quae áccessere tíbi addam dono grátiis.

---

451. (I)N(DEP)T(UM): indēptum *vel* adeptum ‖ 452. DẸMISSISDOMUM: demissis demum (*vel* domum) ‖ 454. QUA(ILL *vel* ME)UM | suas *vel* suus ‖ 455. PROIN: quo in *vel* quin | FARCIAS: fartias *vel* faruas: *corr Lamb* ‖ 456. ADUENIO: uenio ‖ 457. ATTATAE: attate *vel* aetate ‖ 459. ADULESCENSITAST: adulescentiast (*corr B*²) ‖ 460. MI. Volo (*sic A*) *vel* uolo ‖ 461. NONEST: nonst ‖ 462. NECNESIT: non est (*vel* est ♯) | nisi: NIHIL | quid: QUOD ‖ 463. ♯ADEST: habeas *vel* PE. Habeas TH. ‖ 464. UERBAPARCAM: parcam *vel* paream (*corr Goe duce Gepperto*) ‖ 465. UOLOHODIE: hodie uolo ‖ 466. SIṬ(TE *vel* ♯)AḄSOLUAM ‖ 468. SISEXAGINTA: Sexaginta (*corr B*²) | denumerantur (*sic A, sed* DẸ) *vel* denumerentur ‖ 471. ESTNEMPTA | MIHI: mihi (*vel* tibi) haec | PE. habeas (*sic A*) *vel* habeas ‖ 472. ♯HEUS ‖ 474. gratiis (*sic A*) *vel* gratus (gratis *B*²) ‖

PERIPHANES. MILES. FIDICINA
SENEX

⟨PE.⟩ Age áccipe hanc sis. MI. Quaé te intemperiaé tenent? 475
Quas tú mihi tenebras trúdis? quin tu fídicinam
Prodúci intus iubés? PE. Haec ergost fídicina:
Hic ália nullast. MI. Nón mihi nugarí potes·
Quin tu húc producis fídicinam Acropolístidem?
PE. Haec ínquamst. MI. Non haec ínquamst: non nouísse me 480
Meam rére amicam pósse? PE. Hanc, inquam, fílius
Meus déperibat fídicinam. MI. Haec non ést ea.
PE. Quid? nón est? MI. Non est. PE. V́nde haec igitur géntiumst?
Equidem hércle argentum pro hác dedi. MI. Stulté datum
Reór, peccatum lárgiter. PE. Immo haéc east. 485
Nam séruom misi, quí illum sectarí solet,
Meum gnátum: is ipse hanc déstinauit fídicinam.
MI. Em istíc homo te articulátim concidít, senex,
Tuos séruos. PE. Qui concídit? MI. Sic suspíciost:
Nam pró fidicina haec cérua subpositást tibi. 490
Senéx, tibi os est súblitum plane ét probe.
[PE.] Ego illám requiram iam úbiubist. bellatór, uale.
⟨PE.⟩ Eugae, eúgae, Epidice, frúgi's: pugnasti †homo's,
Qui me émunxisti múcidum minumí preti.

---

475. *novam scaenam solus A indicat* | QUAETE: quae ‖ 476. TRUDIS: cudis (*corr B*[2]) ‖ 477. PE. Haec (*sic A*) *vel* hoc ‖ 479. ACROPOLISTIDEM: cropolistidem ‖ 481. MEAM: eam | posse: ESSE ‖ 484. MI. Stulte (*sic A*) *vel* stulte ‖ 485. REOR: reor et | east: EST ‖ 486. QUIILLUM: qui *praem 12 litt spat vel lac sine* qui ‖ 487. ISIPSE: ipse | DESTINAUITFIDICINAM: fidicinam *praem 18 litt spat vel* fidicinam emit (*lac*) fidicinam (*alt.* fidicinam *del B*[2]) ‖ 488. EM: Hem | ARTICULATUMCONCIDIS ‖ 489. QUI: quid ‖ 490. fidicina (*sic A*) *vel* fididicina | HAECCERUA: haec ‖ 491. sublitum (*sic A*) *vel* sulatum ‖ 492. bellator (*sic A*) *vel* PE. Bellator ‖ 493. EUGAEEUGAE: euge fruge (*vel* frugi) | frugi es (*sic A*) *vel* frugist ‖ 494. MUCCIDUM ‖

Mercátus te hodiest dé lenone Apoécides? 495
FI. Fando égo istu[n]c nom[in]en númquam audiui ante húnc diem,
Neque mé quidem emere quísquam ulla pecúnia
Potuít: plus iam sum líbera quinquénnium.
PE. Quid tíbi negotist meaé domi igitur? FI. Aúdies:
Condúcta ueni ut fídibus cantarém seni, 500
Dum rém diuinam fáceret. PE. Fateor me ómnium
Hominum ésse Athenis Átticis minumí preti.
Sed tú nouistin fídicinam Acropolístidem?
FI. Tam fácile quam me. PE. Vbi hábitat? FI. Postquam líberast,
Vbi hábitet dicere ádmodum incerté scio. 505
PE. Eho, an líbera illast? quís eam liberáu⟨er⟩it
Volo scíre, si scis. FI. Íd quod audiui aúdies:
Stratíppoclem aiunt, Périphan⟨a⟩i fílium,
Abséntem curauísse ut fieret líbera.
PE. Perii hércle, si istaec uéra sunt, planíssume: 510
Meum exénterauit Épidicus marsúppium.
FI. Haec síc audiui. númquid me uis céterum?
PE. Maló cruciatu ut péreas atque abeás cito.
FI. Fidés non reddis? PE. Néque fides neque tíbias.
Propera ígitur fugere hinc, sí te di amant. FI. Ábiero: 515
Flagítio cum maióre post reddés tamen.

---

495. MERCATUMESTTEHODIEESTLENONEAPOEṬIDES ‖ 496. FANDUM: eandum (ehodum B^2): *corr Geppertus* | istunc hominem (*item A*): *corr Bo* ‖ 497. quidem: EQUIDEM ‖ 499. audies (*sic A*) *vel* adies ‖ 503. nouistin (*vel* nouisti): PROBISTỊỊNMULIEREM | ACROPOLISTIDEM: cropolistidem *vel* reropolistidem ‖ 504. LIBERAST: ubertast ‖ 505. HABITET: habitat (*corr* B^2) *vel* habitaret | DICEREADMODUM: dum ‖ 506. EHOANLIBERAILLAST: eho (*vel* eo) ani *cum 11 litt spat* | QUIS: uis *vel* quis | liberauit (*sic A*) *vel* liberaui: *corr E* ‖ 507. audies: IAMAUDIENS ‖ 508. STRATHIPPOCLENAIUNT: stratippoden (*vel* strapoden) | *add Bo* ‖ 509. libera: FILIA (*ut vid*) ‖ 510. PERIHERCLE | planissume (*sic A*) *vel* ⌗ planissume ‖ 511. EXENTERAUIT: exinteraui(t) *vel* ex intrauit | EPIDICUSMARSUPPIUMEPIDICUS ‖ 512. NUNCSIQUIDUISME ‖ 513. MALOUTCRUCIATUUT | abeas (*sic A*) *vel* obeas ‖ 515. PROPERASISIGITUR | TESI ‖

PE. Quid núnc? qui in tantis pósitus sum senténtiis,
[Eamne égo sinam inpune? ímmo etiam si | álterum
Tantúm perdundumst, pérdam potius quám sinam
Me inpúne irrisum esse, hábitum depeculátui] 520
Ei seíc data esse uérba praesentí palam.
Atque mé minoris fácio prae illo qui ómnium
Legum átque iurum fíctor, condictór cluet.
Is étiam sese sápere memorat: málleum
Sapiéntiorem uídi excusso mánubrio. 525

ACTVS IV

PHILIPPA. PERIPHANES
MVLIER SENEX

PHI. Síquid est homini míseriarum quód miserescat, míser ex animost:
Id ego experior, quoi multa in unum locum confluont, quae meum
Pectus pulsant.
Simul multiplex aerumna m⟨e⟩ exercitam habet.
Paupertas, pauor territat mentem animi, 530
Neque ubí meas collocém spes habeo mi úsquam munitúm locum:
Ita gnáta mea hostiúmst potita néque ea nunc ubi sít scio.

---

517. QUINUNCQUIN | sum *vel* sim: SỊỊS | SENTENTEIS ‖ 518—520. *om A* ‖ 519. quam *vel* qua ‖ 520. depeculatum: *corr Buechelerus* ‖ 521. EISEIC: eis sic ‖ 522. MEMINORIS: memineris | FACIOFACIO | prae (*sic A*) *vel* pro ‖ 523. iurum (*sic A*) *vel* uirum | CONDICTOR: conditor ‖ 525. SAPIENTIOREMUIDIEXCUSSO: sapientiorem *cum 20 litt spat* ‖ 526—530. *sic discr A, ut vid* (Pectus — paupertas *contr B*) ‖ 527 sqq. *cf. ad Cist. 14 sqq.* ‖ 529. erumnam: *corr Gul* | exercitam *vel* excitatam ‖ 531—535. *sic discr A, ut vid* (*in B sunt 5 v.* — collocem spes — potita — timido — miseratur) ‖ 531. NEC̣ | (habe)Ọ(mih)IUSQ(uam): habeo usquam ‖ 532. gnata *vel* gna | SCIO: nescio ‖

PE. Quis illaec est mulier timido pectore peregre adueniens
Quae ipsa se miseratur? PHI. In his dictust locis habitare mihi
Periphanes. PE. Me nominat haec: credo ego illi hospitio usus [in]uenit. 535
PHI. Péruelim mercédem dare, qui mónstret eum mi hominem aút ubi habitet.
PE. Nóscito ego hanc: nam uídeor nescio úbi †me uidisse prius.
Éstne ea an nón east quam ánimus retúr meus?
PHI. Di boni, uisitaui * * * * * * * * * * antidhac?
PE. Certo east * * * * * * * * * * * * * * 540[a]
Quam in Epidauro 540[b]
Pauperculam memini conprimere — 540[c]
PHI. Plane hícinest, qui mihi in Épidauro primús pudicítiam pépulit.
PE. Quaé meo compréssu peperit fíliam, quam dómi nunc habeo.
[PHI.] Quíd si adeam — PHI. Hauscio án congrediar — ⟨PE.⟩ si haéc east? PHI. si[n] is ést homo.
Sícut anni múlti dubiam dánt * * * * * * *

533 sqq. 539 sq. *cf. ad Cist. 14 sqq.* ‖ 535. ILL(ius)ỤṢ(hos)PI(tio), *ut vid* | *del Pius* ‖ 538 sqq. *post v. 538 in A 7 sunt v. usque ad* PE(rp)ULIT *v. 541, 4 a* QU(am), *5 a* PAUPERCULAM, *6 a* PLANE *incipientes: in B 537—544 sunt 7 v.* (— non est — Antidhac [*sic*] — epidauro — epidauro — filiam — congrediar) ‖ 538. an non est: *corr Bo cum A, ut vid* ‖ 539 sq. *pers solus B habet* ‖ 539. *lac 14 litt: ubi post* —BO—— *in medio v.* ḤUṆ *apparuit in A* ‖ 540. *post* Certo east *25 (16) litt lac* ‖ 541. mihi in (*sic A*) *vel* mihi primus: UIRGINIPRIMUS PẸ(rp)ULIT ‖ 542. filiam quam domi nunc habeo: FILIAM, *ut vid* ‖ 543. *del Goe* | PE. *corr Goe* | autsicia an congredias si hoc est *Nonius* | *add Goe* | *del Geppertus* | is est *vel* est is ‖ 544—546. *sic discr B* (*sed* Si haec.... dant *comprehendens*)*: A compr* — ANIMUM — ASTU — NUNC-EST ‖ 544. DUBIADA**: de ubi andant *vel* de ibandant | *lac sign Goe* ‖

PE. Lónga dies meum incértat animum, sei[n] east quam incerte aútumo. 545
Hánc congrediar ástu. PHI. †Muliebris adhibenda mihi malitia nunc est.
PE. Cónpellabo. PHI. Orátionis áciem contra cónferam.
PE. Sálua sis. PHI. Salútem accipio míhi et meis. PE. Quid céterum?
PHI. Sáluos sis: quod crédidisti réddo. PE. Haud accusó fidem.
Nóuin ego te? PHI. Si égo te noui, animum índucam ut tu nóueris. 550
PE. V́bi te uisitáui? PHI. Inique iniúriu's. PE. Quid iám? PHI. Quia
Tuaé memoriae intérpretari me aéquom censes. PE. Cómmode
Fábulata's. PHI. Míra memoras ⏑́ ⏑. PE. Em istuc réctius:
Méministin? PHI. Memini íd quod memini. PE. At ín Epidauro — PHI. Ah, gúttula
Péctus ardens míhi aspersisti. PE. uírgini paupérculae 555
Tuaéque matri mé leuare paúpertatem? PHI. Tún is es,
Quí per uoluptatém tuam in me[a] aerúmna⟨m⟩ obseuistí grauem?
PE. Égo sum: salue. PHI. Sálua sum, quia te ésse saluom séntio.
PE. Cédo manum. PHI. Accipe, aérumnosam et míseriarum cómpotem
Múlierem retinés. PE. Quid est quod uóltus †te turbat tuos? 560

545. SEIN: sin (*del Geppertus*) | INCERTE: incerto | AU(DỊ)O: animo (*corr Ca*) ‖ 547. PE. Compellabo. PHI. (*et* conferam. PE.) *vel* Compellabo PE. (*et* conferam ♯) ‖ 548. sis: SIẸS ‖ 549. PE. Haud: HAUT ‖ 550 sq. *pers permutat B* ‖ 550. UTTU: uti ‖ 551. iniurius (*item A*): *corr Lamb* ‖ 553. MEMORAS********Ṇ*: memoras | EM: Hem ‖ 554. MEMINIIDQUỌDṂẸṂ**Ị: memini id | ATIN: In | HA: ah ‖ 555. PETTUS ‖ 557. *del et add Ca* ‖ 559. aerumnarum *Nonius* ‖ 560. QUID*******UO——: quid (est *sup. scr. B*)

PHI. Fíliam quam ex té suscepi — PE. Quíd eam? PHI. eductam pérdidi:
Hóstiumst potíta. PE. Habe animum lénem et tranquillúm: tace.
Dómi meae eccam sáluam et sanam. nám postquam audiui ílico
É meo seruo illam ésse captam, cóntinuo argentúm dedi,
V́t emeretur: ílle eam rem adeo sóbrie et frugáliter 565
Áccurauit, út — ut ad alias rés est inpense ínprobus.
PHI. Fác uideam, si me ésse saluam uís. PE. Eho istinc, Cánthara,
Iúbe Telestidem húc prodire fíliam ante aedís meam,
V́t suam uideat mátrem. PHI. Remigrat ánimus nunc demúm mihi.

ACROPOLISTIS. FIDICINA **PERIPHANES.** SENEX **PHILIPPA** MVLIER

AC. Quíd est pater, quod me éxciuisti ante aédis? PE. Vt matrém tuam 570
Vídeas, adeas, ⟨ád⟩uenienti dés salutem atque ósculum.
AC. Quám meam matrem? PE. Quae éxanimata exséquitur aspectúm tuom.
PHI. Quís istaec est quam tu ósculum mihi férre iubes? PE. Tua fília.
PHI. Haécine? PE. Haec. PHI. Egone ósculum huic dem? PE. Quór non, quae ex te náta sit?
PHI. Tú homo insanis. PE. Égone? PHI. Tune. PE. Cúr? PHI. Quia ego | hanc quaé siet

---

quod duo itus (*vel* dii oitus): *corr Ca* ‖ 561. PHI. *et* PE. *om E* ‖ 562. face: *corr Geppertus* ‖ 564. E: Ex | captam (*sic A, ut vid*) *vel* captiuam ‖ 566. UT**AD: ut ad (*suppl Stu: distinximus*) ‖ 567. SỊM(ẸẠ)SEISALUAM———: si me uis *vel* si me: *correximus duce Sey* | Eho: EO ‖ 568. ACRO(P̣Ọ)LISTHIDEM: acropolistidem *vel* morodolistidem: *corr Valla* | HUCPRODIRE: prodire ‖ 569. REMIGẠT ‖ 571. *add Ca* ‖ 573. ferre (*sic A*) *vel* fere ‖ 574. ṆATASỊṬ: natast ‖

Néque scio neque nóui, neque ego hanc óculis uidi ante húnc diem. 576

PE. Scío quid erres: quía uestitum atque órnatum immutábilem

Hábet haec * * * * * * * * * * * * * * s

PHI. * * * * áliter catuli lónge olent, alitér suis.

Né ego me nouísse * * PE. Pró deum atque hominúm fidem. 580

Quíd? ego lenocínium facio, quí habeam alienás domi

Átque argentum egúrgitem domo prósus? quid tu, quaé patrem

Tuóm uocas me atque óscularis, quíd stas stupida? quíd taces?

AC. Quíd loquar uis? PE. Haéc negat se túam esse matrem. AC. Né fuat,

Sí non uolt: equidem hác inuita támen ero matris fília.

Nón me⟨d⟩ istanc cógere aequomst méam esse matrem, sí neuolt. 586

PE. Cúr me igitur patrém uocabas? AC. Túa istaec culpast, nón mea.

Nón patrem ego te nóminem, ubi tu tuám me appelles fíliam?

Hánc quoque etiam, sí me appellet fíliam, matrém uocem.

Négat haec filiám me suam esse, nón ergo haec matér meast. 590

Póstremo haec mea cúlpa non est: quaé didici dixi ómnia.

---

578 sq. Habet haec aliter (*vel* PHI. Alter): *ubi duorum v. reliquias A servat* | suis (*sic A, ut vid*) *vel* suus (sues *B*²) || 580. NEEGOME: Ne ego eam | NO——SSEH**Q——: nouisse | PRO****A**HOMINUM: atque hominum || 581. *NC———OMI: alienos domi (*corr Dousa*) || 582. argentum *om Nonius* | egurgitem: ———TE | DOMOPROSUS: domo prorsum (*sic Nonius*) *vel* domum prosum | tu quae (*sic A*) *vel* tum quem || 583. oscularis (OSCULAREI *A, ut vid*) *vel* osculari || 585. HANC || 586. *add Bo* | SINEUULT: sine (*vel* si non) uolt || 587. uocabas *vel* uocabis || 588. ego te *vel* ego | appelles *vel* appellas ||

Epidicus mihi fúit magister. PE. Périi, plaustrum pérculi.
AC. Númquid ego ibi, patér, peccaui? PE. Si hércle te umquam audíuero
Mé patrem uocáre, uitam túam ego interimam. AC. Nón uoco.
Ýbi uoles pater ésse, ibi esto: ubi nóles, ne fuerís pater. 595
PHI. Quíd, ob eam rem | hánc emisti, quía tuam gnatam és ratus?
Quíbus de signis ágnoscebas? PE. Núllis. PHI. Qua re fíliam
Crédidisti nóstram? PE. Seruos Épidicus dixít mihi.
PHI. Quíd si seruo alitér uisumst, non póteras nouisse, óbsecro?
PE. Quíd ego, qui illam ut preímum uidi, númquam uidi póstea. 600
PHI. Périi misera. PE. Né fle, mulier. íntro abi, habe animúm bonum:
Égo illam reperiam. PHI. Hínc Athenis cíuis eam emit Átticus:
Ádulescentem equidém dicebant émisse. PE. Inueniám: tace.
Ábi modo intro atque hánc adserua Círcam, Solis fíliam.
Égo relictis rébus Epidicum óperam quaerendó dabo. 605
Si ínuenio, exitiábilem ego illi fáciam hunc ut fiát diem.

592. magister fuit: *trai Bo, fortasse cum A* | PLAUSTRUM (*item Festus et Donatus*): austrum (*cum lac B*) ‖ 593. ỊBỊPAṬẸṚPECC(AUI): ibi *vel* tibi (peccaui *add* B^2) | UNQUAMAUDIUERO: umquam ‖ 595. ibi esto: PATERESṬO ‖ 596. QỤỊ***O********* **Ç******ṢQUITUAM (*h. e.* Quid si ob e. r. h. emistis, *ut vid*) | GNATAMES: gnatam ‖ 597—599. *om A* ‖ 599. nouis: *corr* B^2 ‖ 600. P̣ṚẸỊMUM: primam qui (qui *del* B^2) ‖ 601. PE. Ne: NE | HABE: habeto ‖ 602. PHI. Hinc: HINC | ciuis (*sic A*) *vel* quis ‖ 603. Inueniam: ẸX̣Ç**U***AM (*an* ego inueniam?) ‖ 604. OBSERUACIRCAM: asserua circa | SOLUS ‖ 606. EGOFACIAMUTHICFIATDIES ‖

ACTVS V

STRATIPPOCLES. ADVLESCENS **EPIDICVS.** SERVOS **DANISTA.** **TELESTIS** VIRGO

STR. Mále morigerus míhist danista, quei á me argen
tum nón petit
Néque illam adducit quae * * praeda. séd eccum in-
cedit Épidicus.
Quíd illuc est, quod illí caperrat fróns seueritúdine?
EP. Si úndecim deos praéter sese sécum adducat Iúp-
piter, 610
Íta non omnes éx cruciatu póterunt eximere Épidicum.
Périphanem emere lóra uidi: ibi áderat una Apoécides.
Núnc homines me quaéritare crédo. senserúnt, sciunt,
Síbi data esse uérba. STR. Quid agis, méa commo-
ditas? EP. Quód miser.
STR. Quíd est tibi? EP. Quin tú mihi adornas ád
fugam uiáticum 615
Príus quam pereo? nám per urbem duó defloccatí senes
Quaéritant me: in mánibus gestant cópulas secúm
simul.
STR. Hábe bonum animum. EP. Quíppe ego quoi
libértas in mundó sitast.
STR. Égo te seruabo. EP. Édepol ne illi mélius, si
nanctí fuant.

---

607. QUEIAME: quidme *vel* qui de me | ARGENTUMNPETIT || 608. *lac sign BE* (*in cuius initio* est *add B² in ras*) || 609. illi caperrat *Nonius bis*: illic aperat | frons *vel* fros *Nonius* || 612. periphanen (*item A*): *corr Scu* | IBIADERAT: aderat ibi (*vel* ubi) || 614. AGITIS || 615. ad fugam: FUGAM || 616. 617. *hoc ordine A: inverso reliqui* || 616. senis: SENEX || 617. me: TE | SIMUL: siaui *vel* suaui || 618. HABENUMANIMUM || 619. me illi (*item A*): *corr Gul* | nancti *vel* nanctis: NACTI ||

Séd quis haec est muliércula et ille gráuastellus quí uenit? 620
STR. Híc est danista, haec íllast autem quam émi de praeda. EP. Haécinest?
STR. Haéc est: estne i[s]ta, út tibi dixi? aspécta et contempla, Épidice.
Ýsque ab unguiculo ád capillum súmmumst festiuíssuma.
Estne consimilis, quási quom signum píctum pulcre aspéxeris?
EP. É tuis uerbis meúm futurum córium pulcrum praédicas, 625
Quém Apella atque Zeúxis duo pingént pigmentis úlmeis.
STR. Di ímmortales, †socio iussi admirer pedibus pulmunes
Quí perhibetur príus uenisset quám tu aduenistí mihi.
DA. Haéc edepol remoráta med est. STR. Síquidem istius grátia
Íd remoratu's quód ista uoluit, nímium aduenistí cito. 630
DA. Áge age, absolue atque árgentum †numera númera, ne comités morer.
STR. Pérnumeratu<m>st. DA. Téne cruminam: huc índe. STR. Sapientér mones.
Ópperire, dum éffero ad te argéntum. DA. Maturá. STR. Domist.

---

620. SED: Si (*corr* B^2) | grauastellusque (grauastellus qui *Paulus*): RAUISTELLUSQUI (*item alt. loco Paulus*) | aduenit *Paulus alt. loco* ‖ 621. quam: QUAMEGO | EMIDE: emi ex | EP. *om E* ‖ 622. ISTAUT: ut (*corr Mue*) | ET: haec | ‡aspecta hec STR. Contempla epidice EP. *E* ‖ 623. ungniculo *vel* ugniculo: UNGULO | FESTIUISTIUISSIMA: festu//////uis *vel* est est uiss (*corr* B^2) ‖ 624. STR. *praem E* | ESTNECONSIMILISQUASICUMSIGNUM: Estne cons signum *intercedente lac* (*in cuius initio* [cons]idera *add* B^2) | ASPEXERIS: uideris ‖ 625. E: Ex | ‡PRAE(di)ÇA(s) ‖ 626. APELLA: appelles | pincent | ulmiis *vel* ulmis (*corr* B^2) ‖ 627. socio (*vel* scio: *ubi* ocio B^3) iussi admirer ‖ 628. Qui (*sic A*) *vel* Quod | UEN(is)SE ‖ 629. med est *vel* inedem est ‖ 630. remoratus: *corr Goe* ‖ 632. *add J* | DA. Tene *vel* EP. Tene | STR. Sapienter *vel* DA. Sapienter | uenis: *corr Ac* ‖ 633. Operire (*corr B cum A*) *vel* STR. Operire | STR. *add E* ‖

EP. Sátin ego oculis útilitatem optíneo sincere án
parum?
Vídeon ego Teléstidem te, Périphan⟨a⟩i fíliam, 635
Éx Philippa mátre natam [as] Thébis, Epidaurí
satam?
TE. Quís tu homo's, qui meúm parentum nómen me-
moras ét meum?
EP. Nón me nouistí? TE. Quodquidem nunc uéniat
in mentém mihi.
EP. Nón meministi me aúream ad te afférre natalí die
Lúnulam atque anéllum aureolum ín digitum? TE.
Meminí, mi homo: 640
Túne is es? EP. Ego sum ét istic frater quí te mer-
catús⟨t⟩ tuost.
* * * * * * * * in ália matre unó patre.
TE. Quíd pater meus? uíuost? EP. Animo líquido
et tranquilló's: tace.
TE. Dí me ex perditá seruatam cúpiunt, si uera
aútumas.
EP. Nón habeo ullam occásionem, ut ápud te falsa
fábuler. 645
STR. Áccipe argentum hóc, danista: hic súnt qua-
dragintá minae.
Síquid [erit] erit dubium, ímmutabo. DA. Béne fe-
cisti: béne uale.
STR. Núnc enim tu meá's. TE. Soror quidem édepol,
ut tu aequé scias.
Sálue, frater. STR. Sánan haec est? EP. Sána, si
appellát suom.

---

634. EP. *om E* | SAT—: Satin *vel* Statim | an *vel* am || 635. 636. *hoc ordine A: inverso reliqui* || 635. Videon ego *vel* Videom ego | te phere pani: *add Bo* || 636. EX: E | *del Py* || 637. ḤỌ(MỌ)ẸṢṬ | qui (*sic A*) meum *vel* quod meum || 638. NOUIṢṬỊ#: nouisti *vel* nouistis || 639. 640. *hoc ordine A: inverso reliqui* || 640. Iunulam (*vel sic vel* LUNULAM *A*) *vel* Tunulam || 641. Sum et: ET | QUITEMERCATUSTUUS: tuus est (*corr Goe*) || 642. in alia *sine lac*: —ṂM—UTF—Ḷ— || 643. uiuist: *corr* B^2 || 648. EP. Soror *vel* soror || 649 Salue *vel* TE. Salue ||

STR. Quíd? ego modo * * huic frater fáctus, dum intro eo atque éxeo? 650
EP. Quód bonist, id tácitus taceas túte tecum et gaúdeas.
STR. Pérdidisti et répperisti mé, soror. EP. Stultú's: tace.
Tíbi quidem quod amés domi praestost — fídicina ¦ — operá mea:
Ét sororem in líbertatem idem ópera concilió mea.
STR. Épidice, fateór — EP. Abi intro ac iúbe huic aquam calefíeri: 655
Cétera haec postérius faxo scíbis, ubi erit ótium.
STR. Séquere me, soror, hác. EP. Ego ad uos Thésprionem iússero
Húc transire. séd memento, siquid saeuibít senex,
Súppetias mihi cúm sorore férre. STR. Facile istúc erit.
EP. Thésprio, exi istác per ⟨h⟩ortum: adfér domum auxiliúm mihi. 660
Mágnast res: minóris multo fácio quam dudúm senes.
Rémeabo intro ut áccurentur áduenientes hóspites.
Éadem haec intus édocebo quae égo scio Stratíppoclem.
Nón fugio: domi adésse certumst, néque ille haud obiciét mihi
Pédibus sese próuocatum. [h]abeo íntro: nimis longúm loquor. 665

---

650. atque ea eo: *corr J* ‖ 651. Quod *vel* Quid | boni est *vel* bini est ‖ 652. stultus: *corr Lamb* ‖ 656. (SCIB)ISUBI: scibis ¦ erit: FUERIT ‖ 657. MESORORHAC: hac me soror ‖ 658. SAEUIUIT-SENEX: siç uiuit (*vel* saeuiunt) senes ‖ 659. SUPPETIAS: Supcias *vel* Supretias ‖ 660. EP. *om E* ‖ 661. Magnas tres: *****GNA — ¦ fatio *vel* facito *vel* facto | senex ‖ 663. HAEC: hac | stratip-podem *vel* strathippoclem ‖

PERIPHANES. APOECIDES. EPIDICVS
SENES II SERVOS

PE. Sátine ill[e h]ic homo lúdibrio nos uétulos decrepitós duos
Hábet? AP. Immo edepol tú quidem miserúm me habes miserís modis.
PE. Táce sis: modo sine me hóminem apisci. AP. Díco ego tibi iam út scias:
Álium tibi te cómitem [te] melius⟨t⟩ quaérere. ita, dum té sequor,
Lássitudine ínuaserunt mísero in genua flémina. 670
PE. Quót illic homo hodié me exemplis lúdificatust átque te.
Ýt illic autem exénterauit míhi opes argentárias.
AP. Ápage illum a me. nam ílle quidem Volcáni iratist fílius:
Quáqua tangit, ómne amburit. si [propius] ástes[t], aestu cálefacit.
EP. Duódecim deis plús quam in caelo deórumst immortálium 675
Míhi nunc auxilio ádiutores súnt et mecum mílitant.
Quícquid ego maleféci, auxilia míhi et suppetiae súnt domi.
Ápolactizo inimícos omnis. PE. Ýbi illum quaeram géntium?
AP. Dúm sine me quaerás, quaeras mea caúsa uel medio ín mari.

---

666. ille hic (*vel* huic) homo *vel* ille homo hic: *corr Bo* ¦ ludibrio *vel* ludribrio ‖ 668. Tace sis modo sine: TACES(EI)SS— | apisci *vel* aspici (adipisci B^2) ‖ 669. *add Lamb* ‖ 670. LASSITUDIN(e): lassitudinem ‖ 671. QUODILLIC***O**DIEME: quod illi hodie me ‖ 674. si propius as testa es tu: *del Weisius cum A, ut vid* ‖ 675. INCAELO: incelo *vel* ploceo ‖ 676. auxilio (*sic A*) *vel* auxilo ‖ 678. APOLACTICO ‖ 679. ———ASQUAER** (*i e.* QUAERASQUAERAS): quaeras | uel medio in mari: M***OINMARI ‖

EP. Quíd me quaeris? quíd laboras? quíd hunc sollicitas? écce me. 680
Núm te fugi? num áb domo apsum? num óculis concessí tuis?
* * * * * * * * * * * * * * *
Néc tibi supplicó. uincire uís: em, ostendó manus.
Tú habes lora: ego te émere uidi. quíd nunc cessas? cónliga.
PE. Ílicet: uadimónium ultro míhi hic facit. EP. Quin cónligas? 685
AP. Édepol mancupiúm scelestum. EP. Té profecto, Apoécides,
Níl moror mihi déprecari. AP. Fácile exoras, Épidice.
EP. Écquid agis? PE. Tuon árbitratu? EP. Meo hércle uero atque haú tuo:
Cónligandae haec súnt tibi hodie. PE. At nón lubet: non cónligo.
AP. Trágulam in te inícere adornat: néscioquam fabricám facit. 690
EP. Tíbi moram facis, quom égo solutus ásto. age, inquam, cólliga.
PE. Át mihi magis lubét solutum té rogitare. EP. At níl scies.
PE. Quíd ago? AP. Quid agas? mós geratur. EP. Frúgi's tu homo, Apoécides.
PE. Cédo manus igitúr. EP. Morantur níl: atque arte cólliga.

---

680. EP. *om E* | quaeris *vel* quaeras ‖ 681. fugi num *vel* fugitiuum ‖ 682. *uno v. bipart. auctior fuit A, cuius reliquiae incertissimae* ‖ 683. uincere: *corr B^2* | ostendo (*sic A*) *vel* ostende(ndo) ‖ 684. ego te: (e)ẠT(e) | COLIGA ‖ 685. FACỊT (*vel* ỊṢ): facis | AP.: *corr Valla* | QUIN: Quid | COLIGAS ‖ 686. PE.: *corr Dousa* | mancipium *vel* macipium | EP. *om E* ‖ 687. DEPṚẠẸC̣ẠṚI——XORAS: deprae facile exoras (*sup. scr.* ///APO *B*): *corr Bo cum A, ut vid* ‖ 688. Ecquid (*sic A*) *vel* Eo quid | UERO: uerbo | HAUTUO: audtuo *vel* auttuo ‖ 689. HẠẸ | COLIGO | *sequitur in BE v. 692 suo loco rediens* ‖ 690. TRAGULAM: tragula | FACIT: fecit ‖ 691. AGE: alege ‖ 692. *pers om E* ‖ 693. EP. Frugi es *et* apoecides (*sic A*) *vel* PE. Frugi es *et* EP. apoecides ‖ 694. COLLIG—: colligat *vel* colliga ‖

†Nihil uero obnoxiosse. PE. Fácto opere arbitrámino.
EP. Béne hoc habet: age núnciam ex me exquíre, rogita quód lubet. 696
PE. Quá fiducia aúsu's primum quae émptast nudiustértius
Fíliam meam dícere esse? EP. Lúbuit: ea fidúcia.
PE. Aín tu? lubuit? EP. Áio, uel da pígnus, ni eas[i]t fília.
PE. Quám negat nouísse mater? EP. Ni érgo matris fíliast, 700
In meum nummum, in tuóm talentum pígnus da. PE. Enim istae⟨c⟩ cáptiost.
Séd quis east muliér? EP. Tui gnati amíca, ut omnem ⟨rém⟩ scias.
PE. Dédin tibi minás triginta ob fíliam? EP. Fateór datas,
Ét eo argento illám me emisse amícam fili fídicinam
Pró tua filia †ista ab ore tétigi trigintá minis. 705
PE. Quómodo me ludós fecisti dé illa conductícia
Fídicina? EP. Factum hércle uero et récte factum iúdico.
PE. Quíd postremo argénto factumst quód dedi? EP. Dicám tibi:
Néque malo homini néque †benigno tuo dedi Stratíppocli.
PE. Quór dare ausu's? EP. Quía mi lubitumst. PE. Quae haéc, malum, inpudéntiast? 710

---

696. EP. Bene *et* habet *vel* Bene *et* habet # | iubet: *corr* B^2 *cum A, ut vid* ‖ 697. QU(A): quae (qua e B^2) *vel* quo | ausus: *corr Lamb* ‖ 699. DAP——: ad pignus (*vel* pingnus) | ni ea *vel* mea | *del Brugmannus* ‖ 700. PE. *om E* ‖ 701. PE. *praem E* | da enim: *corr B* | *add Brixius* | captiost *vel* capiti ost ‖ 702. EP. *om E* | *add Py* ‖ 703. DEDIN: Diden ‖ 704. Et ego (*item A*): *corr* B^2 ‖ 705. ISTAA—: iste ab | minas *vel* minis ‖ 706. L**OS: ludo | 707. recte *vel* rectum ‖ 708. factum es (*vel* est) | # quod dedi dicam *E* ‖ 709. NEQ·— *A* | ——RASI**OCLIS: tuo dedist (*vel* dedist) ippocli ‖ 710. ausus: *corr Lamb* | QUAE***MALŨ *et in novo v.* —NPUDENTIAST (quae malum haec impudentiast *Donatus*): quae haec malum ‖

<EP.> Etiam inclamitór quasi seruos? PE. Quóm tu's liber, gaúdeo.
EP. Mérui ut fierem. PE. Tú meruisti? EP. Vísse intro: ego faxó scies
Hóc ita esse. PE. Quíd est negoti? EP. Iam ípsa res dicét tibi:
Ábi modo intro. PE. Ei, nón illuc temerest: ádserua istum, Apoécides.
AP. Quíd illuc, Epidice, ést negoti? EP. Máxuma hercle iniúria 715
Vínctus adsto, quóius haec hodie ópera inuentast fília.
AP. Aín tu te illius ínuenisse fíliam? EP. Inueni ét domist.
Séd ut acerbumst pró benefactis quóm mali[s] me<s>-sím metas.
AP. Quámne hodie per úrbem uterque súmus defessi quaérere? 719
EP. Égo sum defessús rep[p]erire, uós defessi quaérere.
PE. Quíd isti oratis ópere tanto? †meruisse intéllego
Vt liceat merito húius facere. cédo tu, ut exsoluám manus.
EP. Ne áttigas. PE. Osténde uero. EP. Nólo. PE. Non aequóm facis.
EP. Númquam hercle hodie, nísi supplicium míhi das, me soluí sinam.
PE. Óptumum atque aequíssumum oras: sóccos, tunicam, pállium 725
Tíbi dabo. EP. Quid deínde porro? PE. Líbertatem. EP. At póstea?
Nóuo liberto opus ést quod pappet. PE. Dábitur: praebebó cibum.

---

711. indamitor quesi | PE. *vel* EP. | —RAGAUDEO || 712. EP. Merui *vel* Merui | uisse *vel* iusse || 713. Quid *vel* Quod || 714. Ibi (*vel* Ibo) modo: *corr J* | ♯ Aduersa *vel* ♯ Adserua: *corr Sarac* || 716. inuenta si (sit B^2): *corr Ca* || 718. *del Pius* | *add J* || 720. *soli habent AB* || 721. PE. *om E* | isti (*sic A*) *vel* istis || 722. tu ut ex soluam *vel* cui resoluam || 723. atticas || 727. *spat om A* ||

EP. Númquam hercle hodie, nísi me orasseis, sólues.
PE. Oro te, Épidice,
Míhi ut ignoscas, síquid inprudens cúlpa peccauí mea:
Át ob eam rem líber esto. EP. Inuítus do hanc ueniám tibi, 730
Nísi necessitáte cogar. sólue sane, sí lubet.

GREX

Híc is homost qui líbertatem málitia inuenít sua.
Plaúdite et ualéte: lumbos pórgite atque exsúrgite.

---

728. ORASSEIS: orassis ‖ 729. IGNOSCANS ‖ 730. esto (*sic A*) *vel* est ‖ 731. SOLUESSANE ‖ 732. POETA. Hic *vel* Hic | is: SIS | qui: QUA ‖ 733. PLAUDITEET: Plaudite | PURGITE: surgite (*corr Dousa*) | ATQ·EXSORGITE: atque extollite (*corr Goe*) ‖

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

EX RECENSIONE

GEORGII GOETZ ET FRIDERICI SCHOELL

FASCICVLVS IV

MENAECHMOS MERCATOREM MILITEM GLORIOSVM COMPLECTENS

EDITIO STEREOTYPA

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCIX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Etsi non omnia ex prioribus praefationibus repetere volumus, tamen sunt quae eis qui singulos fasciculos adhibeant iterum dicenda esse videantur, quibus adiungimus quae ad hunc solum spectant.

Atque *A* codicis Ambrosiani rescripti (cuius scripturae litteris capitalibus insigniuntur, adpunctis vel seiunctis incertioribus) locos dubios ex Menaechmis Schoellius nuper retractavit: de codicum vero Palatino-Vaticani *B* et Vaticani Vrsiniani *D* lectione saepius ex Studemundi aliorumque quae praesto erat collatione dubitationes moverat Seyffertus, perpetuus strenuusque huius editionis adiutor: quas in Milite plerasque Gundermannus, in Mercatore nonnullas Tschiedelius solvit: nonnumquam aut ex probabilitate iudicavimus aut discrepantiam notavimus aut abiecimus quae abici propter rei levitatem poterant. Ex *BD* et Palatino Decurtato *C* missis minutiis rebusque singularibus quae nullius momenti essent recensionis Palatinae (*P*) lectiones effecimus: codicis vero Veteris alteram manum B^2 cum in prioribus octo fabulis alterius codicis instar esse saepius monitum sit, quo clarius appareat longe aliter comparatam esse in reliquis fabulis, per Menaechmos eius interpolationes plenas exscripsimus, cum deinceps eas tantum scripturas afferamus, quibus aut re vera emendaverit contextum aut memorabiliter saltem correxerit.

Praeterea usi sumus his notis:

| ad denotandos hiatus non legitimos.

† ad corruptelam sive verborum sive metri indicandam.

* ad lacunas signandas (nisi moras deficientes per ◡ et _ apposuimus).

[ ] ad delendas litteras syllabas voces personas perperam traditas maioresve interpolationes.

( ) ad secludendos versus ex dittographia vel retractatione scaenica ortos.

⟨ ⟩ ad insigniendas litteras syllabas voces personas contra libros suppletas.

♯ ad adumbrandum (personae) spatium in librorum scriptura.

Scripturis a contextu discrepantibus vel signis in contextu ad mutationem indicandam adhibitis ubi nihil additum est, ad Italos redire mutationem sciendum est (ubi praeter D^3 et codicem Lipsiensem *F* et editionem principem *Z* interdum aliorum editorum testimonia de codicibus interpolatis respicienda erant). Ceteroqui librorum scripturis per colon (:) discretis in adnotatione vel per signa supra posita conspicuis per voces*) *corr(exit)*, *trai(ecit)*, *add(idit)*, *suppl(evit)*, *del(evit)*, *secl(usit)*, *lac(unam) sign(avit)*, *dist(inxit)*, *discr(ipsit)*, *inv(ertit)* adiunximus nomina correctorum. Ex quibus haec per compendia exhibuimus: *Ac(idalius)*, *Bent(leius)*, *Bo(thius)*, *Ca(merarius)*, *[Dan(ielis)]*, *Fl(eckeisenus)*, *Goe(tzius)*, *Gru(terus)*, *Gul(ielmius)*, *Guy(etus)*, *Herm(annus)*, *Lachm(annus)*, *Lamb(inus)*, *(C. F. W.) Mue(llerus)*, *Palm(erius)*, *Ri(tschelius)*, *Salm(asius)*, *Sarac(enus)*, *Scal(iger)*, *Schoe(llius)*, *Scu(tarius)*, *Sey(ffertus)*, *Stu(demundus)*, *Vss(ingius)*.

Orthographica etsi permulta abicimus, tamen in prioribus fabulis rariora exempla *ei* pro *i* servati accuratius significavimus: quae cum in Menaechmis et

---

*) Vt haec compendia (saepius etiam per *corr[ectum] inv[erso]* sim. solvenda), sic reliqua non egent explicatione, velut *om(isit)*, *praem(isit)*, *vid(etur)*, *contr(ahunt)*, *marg(ine)*, *ras(ura)*, *litt(erarum)*, *pers(onam* vel *-onas)*, *fort(asse)* sim.

Mercatore multo frequentiora sint, iam noluimus his apparatum onerare, sed hoc loco monemus nos *ei* nusquam tacite exhibuisse, nisi ubi aut *A* aut *P* (vel *B* saltem) aut *AP* exhibeant. Nam de obscurioribus 'indiciis' tenemus, quae olim Schoellius praef. Trucul. p. XXXIII sq. exposuit: quae et in Plauto et in aliis scriptoribus saepe neglexerunt negleguntque critici (velut nuper in oratoriis ad Herennium libris luculente recensendis Marxius abusus est falsis vestigiis *ei* diphthongi restituendae). Memorabile exemplum ut commemoremus Mil. v. 162. 179 Bergkius Goetziusque ex *scimiam* scriptura efficere *seimiam* voluerunt: at *scimia* hodieque forma est Itala: neque magis ex *scis* pro *sis* tradito (similibusque) de *seis* cogitandum esse docet *sio* pro *scio* non minus saepe comparens (similiaque).

MENAECHMI. 75. *Quod* MODO(isa)G(it)AT *non improbabilem videri lectionem Studemundus adnotavit, de* G *quo loco dubitanter legit, nullo modo cogitari potest.* Modo hic habitat *sane, de qua emendatione recipienda vix dubitamus, ex A firmari nequit.* — 76 sq. L *vocis* (HARIO)L(US) *non minus clare apparet quam in versu sequenti (sub* [P]ARAS[ITUS]) *litterae* ELIS *praecedente hasta* \, *ut mirum sit nihil hoc loco vidisse Studemundum. Quod vero Schoellius dubitanter huc traxit fragmentum quoddam adiacens ex trium versuum spatio abscissum, nullo modo huc quadrare nuper vidit.* — 98 sq. -UCAT *et* -IT *s. f. v. clarissime apparent.* — 120[b]. *Post* LAN(am) *in fragmento certissime huc pertinente apparere* L *(ad* LINUM, *ut vid., adhibendum) denuo vidit Schoellius idemque Goetzio visum, quamvis tenuis sit* L *litterae species.* — 124 *Ante* DICAM *litterae* Q—Q *clarissime ita apparent, ut certum sit iudicium de collocatione verborum.* — 165. *Inter* C *et* O *utrum* U *an* IT *an* IE *fuerint, dubium. Potuit esse* CIEORESNASUTTUS, *post quae* CONIEC *sequi coniecisse potius quam legisse videtur Studemundus. Mox v.* 168 *fallax est litterae* G *umbra a Loewio notatae.* — 171. *Fuit fortasse* FUAT-

(ITA)AEQ-. — 175. *Ad* (POT)AUI(MUS) *nullo modo quadrant ductus neque de* I *inscripto in* U *recte cogitabat Studemundus: immo* (POT)ERI(MUS) *fere certa videtur scriptura. Quae cum in proecdosi servata sit distinguendo cum aposiopesi, Seyffertus dubitationem movit et de* potérimus *accentu s. f. v. et de interiectione sine synaloepha praeter consuetudinem s. f. v. addita. Neque tamen licet aut cum Ritschelio* Eu *extra v. ponere aut cum Brixio* Eú, expedite *admittere, quod et a prosodia suspectum est et tollit concinnitatem, cum itidem in v. antecedenti* Eu *s. f. exstet (quod nesciebant illi, sciebat qui post illos perperam locum constituit). Quare cum etiam* potabimu'. # Eu *pronuntiationem reiciamus*) (quam hic locus in quo A a P discrepat probabilem reddere nequit), Schoellius iam cogitat de* poteria — *(scil. iubebo apparari).* # Eu. — 179 sqq. *Erravit Studemundus neglecto* F *initiali notatisque* UID *litteris quo loco minime respondent rei: idem valet de* CANI *litteris (ubi de* N *cogitari nequit) ubi* CA(*vel* PA)EXIT(OSO)LEMUIDE(*vel* UIDE[S]) *notandum erat. Denique duos versus inscriptioni tribuit non modo contra constantem in hac fabula usum, verum etiam neglectis vestigiis quamvis tenuibus* PORISCANDORIBUS (N *quo loco* S *notat As minime quadrans).* — 190. *Non dubium est quin* INDUTUSSIES *fuerit.* — 205. *Post* QUATT *nihil hodie superest, item v.* 221 *inter* N *et* INES, *item v.* 515 *initium* (TUMEIN) *nunc abscissum et v.* 1036 sqq. *laciniae nunc magis etiam lacerae aliaque huius generis in dies magis evanescunt.* — 220. ADFER *etiam A.* — 224. cura. # eilicet *Stowasserus 'Zschr. f. ö. Gymn.' a. 1890 p. 301 adn.*, cura, i. # licet *Seyffertus duce A: ubi* i, cura

*) Quod Seyffertus et Skutschius hanc pronuntiationem ab aliis quoque probatam a nobis addubitatam putarunt fulciri ex Ciceronis orat. § 153, neglexerunt ibidem § 161 dici 'litteram (*s*) detrahebant, nisi vocalis insequebatur'. Etiam Mil. gl. 1193, ubi proceleusmaticum intolerabilem sane toleravimus, de *protinam* potius quam *protinu'* cogitabis.

potius exspectantes noluimus a P recedere nimiumque tribuere formae vitio in A nequaquam inaudito. — 244. SUMMAM (*non* SUMMAM *neque* SUMMAM) *certum teste etiam Goetzio itemque v.* 259 MAXUMEI (*non* MAXUME) *apparente* I *extremae capite.* — 258. *Post* in Epidamnieis (*et v.* 1158 *post* omnia) *cum Birtio distinguit Appulnius Quaest. Pl. ed. Marp. a. 1893 p. 73.* — 282. *Certum est* TE *quo loco* ⋕ *notabat Studemundus, idem* R *notavit ex fallaci specie: omni modo* ⋕OECERTE *quadrat* (*in v.* 284 *de unaquaque fere littera notata dubitandum*). — 295. *De* L (*infra* OS *versus antecedentis*) *constat, quamvis neglexerit Studemundus.* — 368. *Hermannianam mensuram a Spengelio Schoellioque expressam Seyffertus monuit ferri non posse, sed cum Muellero faciendum esse, cum in versibus anapaesticis nusquam sic ut olim admisimus corripiatur vox iambica* (*etsi* licet *dubitari potest num vox vere iambica fuerit olim*). — 416. *Lacuna hoc loco magis etiam quam v.* 432 *indicatur v.* 419: *certe non exspectavit erus, donec qui molestus erat servus sua sponte recederet: quem si evitare potuit propius ad meretricem accedendo, item dudum accessisset.* — 466. *Quod restituimus ex As non modo libro melius convenit quam Loewii lectio, verum etiam linguae magis respondet quam vulgata vel post Studemundi apographum temere recocta.* — 479. pallam *a B^2 additum videri Studemundus adnotabat.* — 495. insciens *iam non separavimus: quia Seyffertus monuit coll. Aul. 64. Asin. 863. Rud. 655. Truc. 184 eadem ratione explicari posse nominativum, qua pro vocativo acceperat Schoellius.* — *Inter v.* 543 *et* 549 *duos tantum in A exstitisse certum est, post v.* 549 (*ubi nil notavit Studemundus*) *insecutum esse v.* 550 *ex* UIT *litteris vocis* operuit *nuper apparuit, item inter novum v.* — *in quo* IDAM *s. f. apparuit* (DAM *As*) — *et v.* 552 *exitus v.* 551 *quamvis tenuiter dilucet.* — 572[b]. *Vel* L *litterae species, a qua profectus esse videtur Studemundus, fortasse fallax est.* — 575. clueat (*non* ducat) *B*

quoque habet teste Studemundo. — 592. PIUS *certum* (PLUS *As*). — 593. p̄dem *vel saltem* p̄de *habuit B*[1] *secundum Studemundum.* — 599. *Pro* Vbi prímum licitumst *(sic cum Guyeto plerique) possis etiam* Vbi lícitum primumst *(cf. Cist. 137), sed vix* Vbí primumst licitum. — 614. quin (*pro* qui *vulgatae*) *restituimus suasore Seyfferto* (*qui etiam de* quin . . . pernegat? *cogitari posse addidit*) *itemque v.* 635 diuorti *pro* deuorti *vulg., quia* abs te *cum hoc, non cum illo recte coniungitur.* — 763. *Sic distinximus, non quia omni ex parte satisfaciat distinctio, sed quia hac una ratione recte servari videntur tradita verba, cum neque* facit. quid uolt? quid me accersit? *neque* facit, quid uelit, quid me accersat. *mutationes placeant.* — 771. uigil (*non* uigis) *B*[1] *teste Studemundo.* — 773 sq. Ánte aedis et éius tristem uírum uideo: id est quod súspicabar *admittit Seyffertus.* — 804. *De* ornamenta a me ad *cogitat idem.* — 836. Eubi (*non* Euhi) *etiam D teste Studemundo.* — 849. *Cf. Seyffertus 'Berl. philol. Wschr.' a. 1890 p. 214, recte Schoellium refutans.* — 854. patre — *distinguit Seyffertus* (*ut v.* 858)*: bene, etsi hoc loco propter lacunam apertam in v. antecedenti dubia res est.* — 876. *Non esse quod scaena hoc loco tradita deleatur, etsi magis etiam nova post v.* 881 *exigatur monuit Seyffertus.* — 912 sq. SE. (*pro* MED.) Ecquid sentis? MED. (*pro* ME.) Quidni sentiam? [MED.] Non potest *praefert Goetzius.* — 922. *Pro* Alia (*quod vulgo traiciunt ante personam et cum* percontabor *coniungunt*) *de* Heiia *cogitat Schoellius.* — 937. tustic (*non* tuistic) *D teste Studemundo.* — 947. quid facias optimumst *cum B*[2] *et Muellerus probavit Annal. philol. t. LXXXI p. 267 et Seyffertus: quod in exitu sane versus locum habeat* (*ceteroqui* sit *exspectaveris*), *cum inaudita esse videatur locutio* quid facias optumum. — 965. usce *formam coll. 'aece' defendit Seyffertus (ubi tamen particulam aegrius ferri immutatam putamus) itemque v.* 980 exsecor *noluit obscurari (ubi tamen verba ipsa*

permutari facile potuerunt). — 982. *De* id *dubitat idem (quod* = *'de ea re' esse potest) itemque v.* 987 *de* Ita, *pro quo* Iam *proponit.* — 997. negoti, quod *pro* negoti? quid *Bachius in Studem. Stud. t. II p. 197: recte, ut vid.* — 1007. AD (= ME.) *a rubricatore insertum esse in B testatur Studemundus et v.* 1047 secius (*vel* setius), *non* sedus, *B*[1] *habuisse.* — 1052. *Post* Q *non magis* UM *quadrat quam* UOM *vel* UIA, *sed* UITE (*vix* UIFE). — 1065. *Ante* Q(uis)Q- *etiam prius* Q *ita apparet, ut de contextu paululum discrepante in A cogitandum esse videatur.* — 1069. ME. <M>ea domus et patriast ibi *Schoellius: cf. Merc. 653, unde* domus et patriast *certe vindicatur, de quo omnes adhuc dubitavimus.* — 1070. *In B* mihi *ante rasuram exstitisse testatur Studemundus: unde de* erus est mihi *cogitat Seyffertus: possis etiam* erust mihi meus, *nisi probabilius sit* mihi *ex v. 1068 sq. exitu repetitum fuisse in B.* — 1083. *De* et patrem et patriam *cogitant Schoellius Seyffertusque (unde Seyffertus* quae fuerint *cum B praeferat, aliter* qui fuerit *fere exspectans).* — 1088. <ullum> alterum *Langius Annal. philol. t. CXLIX p. 283 sq.* — 1117. *De* umquam <usquam> postilla *cogitat Seyffertus.* — 1120. gemine iambo *in B fuisse ante rasuram, non* gemino iambo, *adnotabat Studemundus.* — 1141. MEABDUXIT *habuit etiam A, ubi nullo modo de* Q *initiali cogitandum (ut nonnumquam visum Studemundo) neque* MET *vel* MED *potius locum habet ante* (abd)UX-. — 1154. Eamus intro. ME. II. Frater, fiat *praeferunt Schoellius Seyffertusque.* — 1161. T *vocis* tota *in fragmento ita exstat, ut* auctione tota *habuisse videatur A.*

MERCATOR. *Numeri maioris editionis, quae propter transpositiones Ritschelianas saepius maximopere discrepant ab ordine librorum, in hac editione sine graviore molestia retineri non magis poterant quam in scaena conclamata Menaechmorum v. 604 sqq.: ac ne praefationem quidem collatione numerorum onerare voluimus. Mox Ribbeckium ubi commemoravimus respiciendum erat*

eius Emendationum Merc. Pl. spicilegium ed. a. 1883. — *Arg.* I 1. Missús mercatum ⟨Rhódum⟩ ab suo *Schoellius.* — 17. Dare meúm (*vel* Meum dáre) conatus sum [u]ós sumque inde[e]x ílico *idem.* — 25. furga *in B esse recte Ritschelius adnotaverat.* — 29. *Cf. fasc. III p. IV sq. adn.* — 31. [hoc] id eo fit *Marxius Ind. lect. Gryph. a. 1892 p. IX.* — 34. *Pro Leone* (*Mus. Rhen. XXXVIII p. 16*) *Vssingius nominandus fuit, ante illum recte distinguens.* — 41. meust *B.* — 45. quoque ut *B*: ut *praeeunte Camerario sollicitare non ausi sumus.* — 52. tenerent (*i. e.* '*abstinerent*') *tutatur Seyffertus coll. Curc. v. 180.* — 55. *De* domu *cogitat idem coll. Mil. Gl. v. 126.* — 65. Rustico se *etiam CD.* — 76 sq. atque eisse mercis *Seyffertus cum Forchhammero apud Vssingium.* — 81. odio esse [m]e⟨i⟩ quoi *Ribbeckius p. 24.* — 88. Patranaui *B.* — 90. *Cf. Abraham Stud. Pl. p. 226.* — 130. assto *D.* — 131. *Ad distinctionem cf. v. 128.* — 138. ramites *recte tutati sunt Caesar Rebliniusque.* — 156. Ha *B.* Ach *C.* Ah *D.* — 174. Ornamenta *B.* — 195. a tuis (*pro* saeuis *vel* subt'atuis) *Vahlenus Herm. t. XVII p. 597.* a tantis *Ribbeckius p. 25.* — 201. Occucurri *B teste Hinckio:* Occuccuri *teste Studemundo.* — 218. *Cf. Vahlenus l. s. s. p. 596 et Abraham l. s. s. p. 227.* — 225. *Alterius actus significatio casu intercidit in editione maiore.* — *Ad v.* 239 : 259 *cf. Schoellius 'N. Heidelb. Jahrb.' t. II p. 44* (*item ad v.* 312 : 331 *et* 319 : 337 sq.). — 260. exumia D^1. eximia D^2. — 282. ⟨a⟩dicere *Schoellius.* — 313. em *propter mensuram* ĭllic est *sub finem v. inauditam notat Seyffertus:* em íllic *cum crasi potius metiendum esse censet.* — 330. hominem *del. Bentleius, de* mihi *in proximum v. post* potis sim, *reiciendo cogitat Schoellius.* — 347. Scio: tántus cum cúra meóst e. a. *metitur Seyffertus. De distinctione cf. Ribbeckius p. 29.* — 372. *Post* Magis opinor *orationem interrumpi vult Seyffertus* (*propter* Magis *conferens Epid. 453. Bacch. 130*)*: ubi tamen propter* Id est *quod sequitur etiam nunc Schoellius* Maceo, opinor *praefert. Ceterum cf. Seyffertus*

'Jahresber.' t. XLVII p. 99. — 379. *Sub finem A habuisse* SEGREGAT *Schoellius conicit.* — 393. Míquidem ⟨item⟩ edepol uísast, quom illam uídi. *Seyffertus.* — 395. CHA. Qui uero? DE. ⟨Qui?⟩ quia *idem: cf. Schoellius l. s. s. p. 45 (item ad v.* 412). *Possis etiam* CHA. ⟨Hem,⟩ qui uero? DE. Quia. — 398. *Hunc v. ante v.* 397 *collocat Schoellius: ubi et* Quae habeat *melius habet (de quo cf. Thielmannus in Woelfflini Archio t. II p. 394) et* uapulet *claudit enumerationem (cf. v. 416).* — 399. illa numquam quicquam *Langius Annal. philol. t. CXLIX p. 277 sq. (cf. ibid. p. 281 de v.* 281). — 401 sq. aduenisse *pro* aduexisse *operarum error est in apparatu editionis maioris.* — 411. Lenocinum *C.* — 437. Etiam nunc *libri omnes (non* Etiam mihi): *qua scriptura reposita Charinum putamus fingere etiam suum adulescentem eodem loco sibi adnuere (aliter Ribbeckius p. 20 aliique).* — 497. Meliust sanus ut sis *Seyffertus.* — 522. *Vt hoc loco, ita saepius B* qm̄ *habet, ubi* quom (*non* quoniam) *in ceteris recte exhibetur: quod semel monuisse satis habemus.* — 527. *Pro* habetur *quod in A est* habetor *dubitanter conicit Schoellius.* — 536 sq. nisi cúm illo aut ille mécum, Neutér stupri causa *e. q. s. Goetzius.* — 552. sim *etiam D.* — 563. DE. Me dícit. [LY.] Quid ais? ⟨LY. Quíd uis?⟩ DE. Est muliér domi? *Schoellius.* — 568. *Cf. Abraham Stud. Pl. p. 228.* — 608. *De* ratio *pro* oratio *cogitat Seyffertus: ubi velut* Odiost sane, mortuo *e. q. s. Schoellius temptat.* — 619. *Cf. Seyffertus 'philol. Anz.' t. XIII p. 531 et 'Jahresber.' t. XLVII p. 100.* — diuidiaest, quam mihi hodie ⟨aegre⟩ fuit *Schoellius l. s. s. p. 45 coll. Cas. 179 sqq. (ubi* ⟨odio⟩ *Abraham l. s. s. p. 228).* — 624. *Orationem imperfectam esse non indicavimus, cum de loco parallelo agatur, qui quam sedem olim habuerit incertum est.* — 628. *Ad* Quia (Quin *cum Pistori plerique)* tibi in manust quod credas *cf. Asin. 202, Truc. 901, Mil. 1005, al.* — 638. ⟨Istuc⟩ feci *Seyffertus.* Feci ⟨ego istuc⟩ *Schoellius.* — 676 sq. Hanc quí uicini nóstri aram augeam.

SY. ⟨Éligas. DO.⟩ Da sáne hanc uirgam lauri. *Schoellius.* — 683. quid boas, obsecro? *idem.* — 692. *Cf. Blasius in Dissert. Argent. t. X p. 107 et Commentat. in hon. Studem. p. 49.* — 699. Sed hinc quínam *trai. Schoellius.* — 745. Videre, amplecti, ⟨de⟩aúsculari, an⟨im⟩o ⟨óbse⟩qui *idem coll. Plat. Phaedr. p. 255 D: δρᾶν, ἅπτεσθαι, φιλεῖν, συγκατακεῖσθαι.* — 768. Nisi metuis tu istanc. *dist. Seyffertus coll. Men. 788.* — 773 sq. abimus? setius Siquíd tibi e. *Schoellius.* — 809. alumn⟨ul⟩e *pro* alumne ⟨mi⟩ *Schoellius itemque Seyffertus.* — 824. *Versum sic sanum esse negat Seyffertus.* — 833. internectust *Vsenerus Annal. philol. t. CVII p. 178. Cf. Buechelerus 'Osk. Bleitafel' p. 5.* — 842. s⟨u⟩peratrix *post Ribbeckium p. 28 etiam Baierus 'Philol. Abh. M. Hertz dargebr.' p. 272.* seruatrix *Seyffertus* (*propter* hominibus, *pro quo fortasse* omnibus *reponendum cum Ribbeckio*). *Mox ad* speratam *quod v. 843 reposuimus cf. Ritschelius Opusc. philol. t. III p. 390.* — 845 sq. has res (?) sodali repperi: Vitam *e. q. s. Langenus Stud. Pl. p. 165,* sic sodali repperi Vitam *e. q. s. Goetzius: quo reposito lacuna paullo post supervacanea fit.* — 850. conueniumdi *B teste Studemundo.* — 886 sq. quod gaúdeas Ést: amico amícus ⟨adsum,⟩ aduénio multum béneuolens *Schoellius.* — 890. Quíd sist animus flúctuans? *Seyffertus.* — 892. Óbsecro te, lóquere: ⟨dic,⟩ ubí sit *Schoellius.* — 896. muttis *pro* metuis *etiam Ribbeckius, sed Charino continuatum (cf. Seyffertus 'Jahresber.' t. XLVII p. 97). Adde Mil. 566* (muttiuero: metuero). — 900. ut ob⟨litus fui⟩ *Ribbeckius p. 31 itemque Seyffertus 'philol. Anz.' XIII p. 31.* — 904. ⟨I,⟩ inique rogas *Nencinius 'Stud. ital. di filol. cl.' III p. 99 sq. coll. Bacch. 123, neglegens quod in editione minore ibi adnotatum est.* — 906. Quid, ama⟨bo⟩, refert *idem neglecto Seyfferto Stud. Pl. p. 1: quamquam cf. Asin. 707, Phorm. I 2, 4 (Ciceronis epist. passim).* Quid ⟨en⟩im ⟨tu⟩a refert *Ribbeckius p. 27.* Quid id tua r. *Schoellius.* Quid mea r. *Seyffertus, Charino as-*

signans. — 912. *Cf. Seyffertus 'Jahresber.' t. XLVII p. 101 adn.* — 928. Erras: ⟨uís⟩ me decipere: haúd potest *Seyffertus.* — 966. nullam ⟨amanti⟩ nuntio *Prausius 'de ΠΡΙΝ partic.' (ed. Hal. a. 1876) sent. contr.* — 968. LY. ⟨ET DE.⟩ *Seyffertus.* — 980. *Cf. E. Hoffmannus 'Zeitpart.' p. 195.* — reduxi ⟨uix⟩ domum *quidam 'philol. Anz.' t. VII p. 11.* — 982 sqq. *Personis sic distribuimus profecti ab indiciis quae sunt v. 978* (oneremus ambo) *et 988* (uobis)*: pro corrupto v.* 983^b *talem exspectamus:* Téd uociuom esse ístac aetate ístis decet ab nóxiis (*neque enim recte in* noxiis *plurali, generali scilicet, haesit Abraham Stud. Pl. p. 184, quaedam recte monens [adde Bachium in Studem. Stud. t. II p. 275]*). — 990. copiae *reposuimus, ut Bacch. 422 et Cas. 810 (ex A): quod etsi sunt qui improbarint, tamen optime defendi putamus collata locutione 'operae est' (sic etiam Blomquistius de genet. apud Pl. ed. Helsingf. a. 1892 p. 165 sq., hunc locum neglegens).* — 1005 sq. *Lysimacho haec tribuit Ribbeckius p. 18.* — 1006. arbitri ubi sunt *Seyffertus 'Jahresber.' t. XXXI p. 92.* — 1013. LY. Vide. EV. Mea fide (*et* Sat habeo, sed *cum Ritschelio*) *Ribbeckius p. 29 itemque Seyffertus 'philol. Anz.' XIII p. 533.* — 1015. legem censeo *Guyeti esse ex maiore editione non potest intellegi.* — 1017. *Γ* (= LY.) *ante* Annos *in B exstare in maiore editione errore non adnotatum est.*

MILES GLORIOSVS. *Arg.* I 6. ciam B^1. — I 11 sq. quando celsenis (*dubio* ce) *B ante ras.* — II 4. Deportate pessum *B ante ras.* — II 7. epessum B^1. — II 15. uabulat *C et D ante corr.* — *v.* 36. quoe B^1. quod B^2. — 38. stilium B^1 *ante ras.* — 43. sycho *ex* insycho *in B m. rec.* (*non* B^2). — 45. quos tu ⟨hoc *scil. gladio*⟩ occidisti uno die *Schoellius.* — 50. tale *etiam* B^1 (talẽ B^2). — 57. Virtutẽ *etiam* B^1. — 59. Quistam *B.* — 62. inuit B^1CD. — 66. que me ambe B^1 (quę me ambę B^2). — 77. Regi *admisimus ex uno D: quod verum esse sententia persuadet. Quamquam dubitat Seyffertus,* in hunc diem *pro* hunc diem *exspectans.* —

78. *Post* satellitis *erasum* palestrio *in B.* — 105 sq. amicam eri: ⟨ilico⟩ Occepit *e. q. s. Schoellius.* — 113. aduenit B^1CD^1 (aduehit B^2D^3). — 115. quantum possum nauos mihi nauem p. *Nencinius l. s. s.* — 143. hic *etiam* B^1. — 149. fatiem' *B.* — 154. senẽ *etiam B ante corr.* — 156. defrigerit ista lospost B^1. defregerit istalos post D^1 (defregeritis talos post B^2D^2). — 162. scimiã B^1 (c *exp.* B^1 *vel* B^2). — 165. taliis B^1 (talis B^2). — 171. quam ueniret (*non* conueniret) *etiam C.* — quantẽ auellet B^1. — 175. philocomaziuatq' B^1 (ũ B^2). — 176. qui sis (*non* quinis) erit B^1. — 178. $\overset{\&}{\text{ạ}}$quid (d *ex* t *corr* m^1 *vel* m^2) *B.* — 179. scimiam B^1 (*in ras. ex* im, *quod restituit* B^2). — 180. nihil olestia B^1. nihili bestiã B^2. — 181. q̄m B^1. — 189^a. ꝑfidia B^1 (ã B^2). — audatia *etiam* D^1. — 199. it (id B^2) uisum (s *ex* d) B^1. — 207. quo *etiam B.* — 208. coctu B^1 (ũ B^2). — 216. agitarẽ auis uarius B^1 (^{m}auis uarias B^2). — 217. an heri *quod est in libris etsi nemo adhuc servavit fere efflagitatur verbis* lucet hoc inquam *v. 218: quo relicto quod restat* atusuestis *totidem fere litteris est* atuiuistis *h. e.* adbibisti[s]. — 231. At mae B^1 (a *exp. rubr.,* Ad *corr.* B^2). — et egom impetrarẽ B^1. *Ceterum* Ad me — petis *Palaestrioni,* At te — commentu's *Periplecomeno continuat Appuhnius Quaest. Pl. ed. Marp. a. 1893 p. 74.* — 236. aegomi stuescio B^1. egomet istuc scio B^2. — 239. amatorẽ *etiam B ante ras.* — 243 sq. osculari, eam Arguam *recepimus suasu Seyfferti.* — 250. trecentẽ *etiam* B^1 (ę B^2). — 255. muliere *D teste Lorenzio.* — 256. hec B^1 (ę B^2). — 270. uocẽ B^1 *teste Lorenzio.* — 274. ⟨rem⟩ *latet in* loque[re] *v.* 275, *ut* est *v.* 277 *deficiens excurrit v.* 279 *in B* [*item* et *v.* 1161 *supplendum superat v.* 1162 *et* tu *v.* 1270 *in B excurrens spectat ad* (ob)ui(etur) *ibidem v.* 1271 *pro* (ob)tu(etur) *traditum et v.* 1419 adest *pro* est *cohaeret cum* euocatus *pro* aduocatus *antea tradito. Fortasse etiam* rei *v.* 764 *pertinet ad* h⟨u⟩ic ⟨rei⟩ *v.* 765 *et v.* 1201 *simpliciter scri-*

bendum est Quidnam intus fuisse te dicam diu *deleto tam, utpote quod ad proximi versus vitium* (mittam) *spectet. Denique v.* 1252 hic *in v. antecedente delendum adhibeas ad* ⟨hic⟩ clémenti a. i. *corrigendum*]. — 281. nat' hic B^1 *teste Lorenzio.* — 293. edia mentẽ erea ut ollas B^1. — 303. Facere certumst *cum Seyfferto Fleckeisenoque traiciendum esse elucet ex eis, quae hic Annal. philol. t. CXLIII p. 662 adn. docuit.* — 308. illa⟨e⟩c [h]ec su⟨ó se h⟩ospitio edít foras *Schoellius duce Lipsio.* — 315. nusquam hic uides *tutatur Seyffertus.* — 317. Quid negotiist *ex* Quit genegotust D^3. — 322. lasciuiosus B^1. — 333. obsitã *B ante ras.* — 351. Néc quoïquam quam ílli *Seyffertus.* — 359. *Duplicem scripturam in P agnoscit idem* tibi esse eundum áctutum e. p. *et* tibi eundum actútumst e. p. — 389. uisu sedeti^s B^1. — 444. auir& B^1. — 450. homhist B^1 *teste Lorenzio.* — 454. sino miser& B^1 *teste Luchsio.* — 456. Muliebri [f]egisti fide *Seyffertus.* — 465 sq. *De* múlieres ‖ Fáciunt. ut utrobíque oratiónem docte ‒ ◡ ‒ *cogitat idem* (*ubi* Vt ubique B^1). — 469. Heius *B.* — 479. *In apparatu corrigas:* APUDHUNCERO: apud hunc (*vel* hanc)*: nam* ero *deest in BCDFZ, id quod in editione maiore obscuratum erat.* — 483. ulla B^1 *teste Lorenzio.* — 489. Qua B^1. — 503. diutinum ⟨us⟩que a mani ad u. *Redslobius 'N. philol. Rundsch.' a. 1892 p. 5.* — 508. *Cf. Skutschius 'Forsch.' I p. 153.* — 517. Mea B^1 (a *exp.* B^2). — 554. uiderit *etiam* B^1 *teste Lorenzio.* — 581. capiam B^1 *teste Mauio,* captam *teste Lorenzio.* — 583. leuiunt B^1 (*corr* B^2) *teste Luchsio.* — 584. *Cf. Palmerus Hermath. t. XX p. 64 et post eum Leo Arch. t. IX p. 165.* — 595. fortito (to *ex* tu) *D.* — 613. *De lacuna nobiscum sentit Seyffertus.* PA. Immo ⟨optumumst⟩ *Schoellius.* — 614. *Ad* Quodne *cf. Skutschius l. s. s., hunc locum neglegens.* — 620. Aetate (Ae *per ligat.*) *iam* B^1 *teste Luchsio.* — 630. pernix sum, manibus pedibus mobilis *dist. Seyffertus. Sed cf. Woelfflinus Arch. t. VIII p. 453 neque neglegendum est* sum pedes

pro pedibus *in CD truditum* (*iuxta* pernix sum)*: quo firmatur Guyeti traiectio* (*nisi quod* perníx sum *per enclisin defenditur*). — 644. *De* commodo *pro* quomodo *restituto propter significationem dubitans* commodos *cum aliis commendat Seyffertus. Cogitari potest etiam de* abstinere me, apud conuiuas quom ◡ – (*vix* quóm obeo), Commemini. — 653. Ego neque umquam *trai. Schoellius.* — 657. *De* uocas (*vel* regis) *pro* uacet (*vel* uicet) *cogitat Seyffertus.* — 658. contramtum *et* 661 adulescente *etiam* B^1 *teste Luchsio.* — 663. tris furacundo *etiam* B^1D^1 (tristi iracundo D^2). — 672. PE. *praem. etiam D teste Luchsio.* — 675. Et quem in dinis rebus sumas, sumptus s. l. *Leo: ubi neque* quem — sumptus *mutatum neque* sumas (*iuxta* sapienti) *servatum ferri potest. Ceterum* sumas *et* sumptu⟨mst⟩ *pro duplici scriptura Seyffertus habet cum aliis.* — 676. est comitas *non prorsus abiciendum esse censet Seyffertus.* — 679. uirtutem *etiam* B^1 *testibus Luchsio et Lorenzio.* — 681. *Noli* ducier *duce A: ubi* ducere *pro* mittere *ex v. 680 repetitum est.* — 687. *Cf. Skutschius l. s. s. p. 72. 74 sq.* — 690. qui (*pro* quae) me e somno suscitet, Dicat *Schoellius.* — 693. conlectrici *etiam* B^1. — 699. Haec et quae sunt similia *Schoellius* (et quae *pro* atque *et* sunt *pro* huius *ex proximo v. repetito*). — 701. herde *etiam C.* — 706. ei *etiam* B^1 *testibus Luchsio et Lorenzio* (*corr.* B^2) *et v.* 709 ũt *B ante ras.* — 722. defrigisset B^1 (defregisset B^2). — 732. scaeles hisus *etiam B ante ras. teste Luchsio.* — 747. *De hyperbato dubitamus cum Seyfferto aliisque: neque tamen in hac editione aut delere voluimus* id *aut* Si íd illis aegrest *traicere.* — 754. Quíd ⟨, opsecro,⟩ opus fuit *vel* gratia ⟨, opsecro⟩ *temptat Schoellius.* — 774. (rationem) institui *defendit Seyffertus coll. Mil. 237. Epid. 363. Most. 779. Poen. 925* (*alias* instituti). — 777. Quin *Schoellius pro* Itaque *ex proximo v. repetito.* — 798. rĕí *reliquimus, etsi* ⟨ei⟩ rei *praestat.* — 799ᵃ. uerberauit *B.* uerberat uit *CD.* — 805. ausculta pleusicles *B.* — 824. nardini *nimis incertum: de* amaracini

cogitat Schoellius. — 860. sciuit *C.* — 862. Huic ne dixeritis, obsecro *trai. Schoellius duce Kellerhoffio.* — 881. At meliust ⟨con⟩monerier *idem* (c̄ *post* r *addito*). — 905. nouom *CD*[1]. — 913. militi ⟨meo ero⟩ darem *Schoellius coll. v. 922.* — 926. potiueriin *C.* potiuerun *D: ubi* E⟨h⟩o, potin erum lepi⟨de⟩ duis politum? *temptat Schoellius.* — 969. PY. Prox, amo *idem.* — 1005. quam illum oculis tuis ⟨tuitu's⟩ *et v.* 1009 sq. quoius causá ⟨modo⟩ Fóras sum egressa *et v.* 1022 ⟨Nisi das⟩ properando (*scil. operam*), excrucior *et v.* 1049 (*ubi non est quod cum ceteris duobus locis defectum statuamus*) detuli hic ⟨ád te detulit⟩ pórro *suppl. idem.* — 1019. S, (*i. e.* Set), *non* Si *B.* — 1028. omnem mat⟨er⟩iem, tibi ut dudum [iam] demonstraui *Seyffertus.* — 1065. *Sub* ethnamons *latebit nomen aut personae aut terrae argentosae.* — 1066 sq. PA. [Vt ludo. MI.] quid ego, ut sublecto? MI. Scite. ‖ [MI.] Sed amabo *e. q. s. Goetzius* (Vt ludo *ex v. 1073 repetens*). PA. Vt ludo? MI. Quid ego ut sublecto? ‖ PA. Scite. MI. Sed amabo (*et* mitte [me] actutum. PA. Quin tu huic responde[s] aliquid) *Schoellius: ubi* PA. Scite *ex versu quodam deperdito relictum esse conicit Seyffertus.* — 1104. quid-(tuscis) *C quoque.* — 1111. fortis — *dist. Schoellius* (*scil.* 'uisust?' *dicturus erat*). — 1148. DONASE (*non* DONOASE) *A etiam Loewio teste.* — 1157 sq. expugnari ⟨oppi⟩do[lis] *Schoellius. Cf. Appuhnius Qu. Pl. p. 45 sq.* (*ibid. p. 73 cf. de v.* 1044). — 1207. Propediem *Seyffertus.* — 1221. Placide, ipsae (*vel* ipsi) dum l. m. *defendit Appuhnius p. 37.* — 1227. inclytus *potius quam* indytus *C.* — 1231. *Cf. Skutschius l. s. s. p. 139 sq.* — 1236. ⟨modo⟩ bonum animum habe *Seyffertus.* — 1248. an tu illu⟨n⟩c euoca[tu]s f., m. M.? *idem.* — 1255. Scio de olfactu *Goetzius: cf. Annal. phil. t. CXLV p. 214 sq.* — 1259. quam oculís. PA. caeca⟨ta am⟩órest *Schoellius.* — 1261. defít ⟨mi⟩. MI. militem *idem.* — 1263. *Ad distinctionem cf. Schoellius ad Mostell.*[2] *346 sq.* (*in archetypo fuisse vid.* me^{a} si per^{te}). — 1271. interim *om. CD.* — 1272. Viden

servat Seyffertus, duo hemistichia inter uideo *et* Viden *intercidisse coniciens.* — 1276. *In A cum inter* SME *et* DAT *spatio* PREHEN *non minus conveniat quam* PESSUM (*sic Studemundus*) *ducibus ACD cogitandum erit de* ⟨ut⟩ uír eius me (*melius* uir eíus ⟨ut⟩ me) prehendat, *nisi* uir éius med ut préndat *praeferas cum Goetzio, etsi A sic non habuerit.* — 1282. lana (*vel* scutula) in uoltust profecto. PA. *Schoellius.* — 1319. facio: o[mni] (*cf. ad v. 1324*) Pietas, pio te (*cf. Asin. 506*). PL. Oh, ut (*vel* Aha, ut) sapis *idem.* — 1324. *Ex* (uideo)mnia *scriptura* — *quam* (uide)om *pro* (uide)o *vitium frequens procreasse sumimus* (*cf. ad v. 1319*) — *de interiectione quadam inserenda cogitat Seyffertus.* — 1330. Oh mihi oculi⟨tus care⟩, o mi anime *idem.* — 1335. labra (labrã *etiam* D^1) a labellis ⟨au⟩fer aut age ⟨i⟩ in malum *Schoellius* (*cui*
aut ace
in archetypo fuisse videtur fer in malum). — 1336. spirarent (*scil. labra*) *defendit Seyffertus.* — 1344. PL. *habet B.* — 1356. Et si sic sententia esset *Schoellius.* — 1358 sq. ⟨Qui⟩ habeam (*scil. bonum animum*), quom — stratiotici? *idem.* — 1362 sq. memineris, si f. l. f. o. — Mittam n. ad te —, ne me deseras *dist. Seyffertus.* — 1370. esse fidum neminem *Schoellius.* — 1377. meos. ⟨s⟩éd ⟨qui⟩s uenit hinc? *idem.* meós. ⟨s⟩ed st: hinc *Goetzius.* — 1379. Ego ⟨adue⟩nam conueniam illum *Schoellius.* — 1381. illi⟨n⟩c ⟨est⟩: ibo huic *Seyffertus.* — 1395. *Post* discindite *intercidisse velut* ei sagum *conicit Schoellius.* — 1409. Loquere. nondum, donec factumst (*i. e. nondum dispennite* [*cf. v. 1407*], *donec locutus sit miles*) *idem* (nili *in B ex interpolatione repetens*). — *Ad locum ex Fulgentio subscriptum cf. Leo de Vidul. p. 17.*

Ienae et Heidelbergae m. Ianuario.

G. G. F. S.

T. MACCI PLAVTI

MENAECHMI

PERSONAE

PENICVLVS PARASITVS
MENAECHMVS I } ADVLESCENTES
MENAECHMVS II (SOSICLES) } ADVLESCENTES
EROTIVM MERETRIX
CYLINDRVS COQVOS
MESSENIO SERVOS
ANCILLA
MATRONA
SENEX
MEDICVS

ARGVMENTVM

Mercátor Siculus, quoí erant gemini fílii,
Eí surrupto | áltero mors óptigit.
Nomén surrupti | ílli | indit quí domist
Auós paternus: fácit Menaech<m>um e Sósicle.
Et ís germanum, póstquam adoleuit, quaéritat 5
Circum ómnis oras. póst Epidamnum déuenit:
Hic fúerat alitus ílle surreptícius.
Menaéchmum | omnes cíuem credunt áduenam
Eúmque appellant méretrix, uxor ét socer.
I[i] sé cognoscunt frátres postremo ínuicem. 10

---

2. altero mor soptigit *vel* alię rumor soptigii ‖ 3. surrepit *vel* surrepiti ‖ 4. paternos ‖ 6. *solus habet B* ‖ 7. auitus | surrepticius *vel* subrepticus ‖ 10. *del Osannus* | se *vel* si ‖

PROLOGVS

Salútem primum iam á principio própitiam
Mihi átque uobis, spéctatores, núntio.
Appórto uobis Plaútum — lingua, nón manu:
Quaeso út benignis áccipiatis aúribus.
Nunc árgumentum accípite atque animum aduórtite: 5
Quam pótero in uerba cónferam paucíssuma.

(Atque hóc poetae fáciunt in comoédiis:
Omnís res gestas ésse Athenis aútumant,
Quo | íllud uobis graécum uideatúr magis.
Ego núsquam dicam, nísi ubi factum dícitur. 10
Atque ádeo hoc arguméntum graecissát: tamen
Non átticissat, †uérum sicilicíssitat.
Huic árgumento antélogium hóc fuit 〈ínterim〉:
Nunc árgumentum uóbis demensúm dabo,
Non módio neque trimódio, uerum ipso hórreo: 15
Tantum ád narrandum argúmentum adest benígnitas.)

Mercátor quidam fuít Syracusís senex.
Eí sunt natei fílii gemineí duo,
Ita fórma simili púerei|, ut matér sua
Non índernosse pósset quae mammám dabat, 20
Neque ádeo mater ípsa quae illos pépererat: —

7—16. *secl Osannus* ‖ 12. sed sicilissat *Festus Pauli* ‖ 13. ante elogium (*vel* elongium): *corr ex Ausonio* | *suppl Schoe ex Ausonio* ‖ 14. demensum *vel* demensus ‖ 21. Neque *vel* Noque | pepererat (*sic Nonius*) *vel* peperat ‖

Vt quídem ille dixit míhi qui pueros uíderat:
Ego illós non uidi, néquis uostrum cénseat. —
Postquám iam pueri séptuennes súnt, pater
Oneráuit nauim mágnam multis mércibus. 25
Inpónit geminum | álterum in nauém pater,
Taréntum auexit sécum ad mercatúm simul:
Illúm reliquit álterum apud matrém domi.
Tarénti ludei fórte erant, quom illúc uenit:
Mortáles multi, ut ád ludos, conuénerant: 30
Puer ínter homines †aberrauit á patre.
Epidámniensis quídam ibi mercatór fuit:
Is púerum tollit áuehitque Epidámn⟨um⟩ eum.
Pater éius autem póstquam puerum pérdidit,
Animúm despondit: eáqu⟨e⟩ is aegritúdine 35
Paucís diebus póst Tarenti emórtuost.
Postquám Syracusas de eá re rediit núntius
Ad auóm puerorum, púerum surruptum álterum
Patrémque pueri †Tarenti esse emórtuom,
Immútat nomen áuos huic gemino álteri. 40
Ita illúm dilexit quí subruptust álterum:
Illíus nomen índit illi quí domist,
Menaéchmo, idem quod álteri nomén fuit.
Et ípsus eodemst áuos uocatus nómine.
Propterea illius nómen memini fácilius, 45
Quia illúm clamore uídi flagitárier.
Ne móx erretis, iám nunc praedicó prius:
Idémst ambobus nómen geminis frátribus.
Nunc ín Epidamnum pédibus redeundúmst mihi,
Vt hánc rem uobis éxamussim dísputem. 50
Siquís quid uostrum Epidámni curarí sibi
Velít, audacter ímperato et dícito:
Sed ita út det, unde cúrari id possít sibi.

---

22. dixit mihi *vel* mihi dixit ‖ 23. *solus habet B* ‖ 25. nauim *vel* nauem ‖ 26. geminum *vel* gemitum ‖ 29. ludei *vel* iudei ‖ 33. epidamnium: *corr Sey* ‖ 34. perdidit *vel* pedidit ‖ 35. despondit *vel* disponit ‖ 37. rediit *vel* redit ‖ 43. Mena (*vel* Mane) hecmo ‖ 51. epidamnum ‖ 52. uelit *v. 51 adhaeret* ‖ 53. ut deinde B^2 ‖

Nam nísi qui [non] arg[um]entum déderit, nugas égerit:
[Nam nisi] Qui déderit, magis maióres nugas égerit. 55
Verum íllue redeo unde ábii atque uno adsto ín loco.
Epidámniensis ílle, quem dudum díxeram,
Geminum íllum puerum quí surrupuit álterum,
Ei líberorum, nísi diuitiae, níl erat.
Adóptat illum púerum surrupticium 60
Sibi fílium eique uxórem dotatám dedit
Eúmque heredem fécit, quom ipse obiít diem.
Nam rús ut ibat fórte, ut multum plúerat,
Ingréssus fluuium rápidum ab urbe haud lóngule,
Rapidús raptori púeri subduxít pedes, 65
Apstráxitque hominem in máxumam malám crucem:
Illí diuitiae | éuenerunt máxumae.
Is íllic habitat géminus surrupticius.
Nunc ílle geminus quí Syracus[s]ís habet
Hodie ín Epidamnum uénit cum seruó suo 70
Hunc quaéritatum géminum germanúm suom.
Haec úrbs Epidamnus ést, dum haec agitur fábula:
Quando ália agetur, áliud fiet óppidum.
Sicút familiae quóque solent mutári<er>:
Modo †nicaditat leno, módo adulescens, módo senex, 75
Paupér, mendicus, réx, parasitus, háriolus. 76a
* * * * * elis * * * * * 76b

54. *del Beroaldus* ‖ 55. *del Py* ‖ 56. redeunde: *corr B²* ‖ 58. alteram *vel* alterum ‖ 59. diuiliae ‖ 62. quam: *corr Pius* (qua — die *B²*) ‖ 64. rapidum burbe: *corr B²D²* ‖ 65. fides: *corr Py* ‖ 68. Istilic: *corr B²* (*cum A, ut vid*) ‖ 69. habitat *vel* habet ‖ 70. seruo suo *vel* suo seruo ‖ 74. *add Ca* ‖ 76b. *solus habet A* ‖

ACTVS I

PENICVLVS
PARASITVS

Iuuéntus nomen fécit Peniculó mihi,
Ideó quia mensam, quándo edo, detérgeo.
* * * * * * * * * * * *
Hominés captiuos quí catenis uínciunt
Et quí fugitiuis séruis indunt cómpedes, 80
Nimis stúlte faciunt meá quidem senténtia.
Nam ⟨hoc⟩ hómini misero si ád malum accedít malum,
Maiór lubidost fúgere et facere néquiter.
Nam se éx catenis éximunt aliquó modo,
†Tum cómpediti | ánum lima praéterunt 85
Aut lápide excutiunt cláuom: nugae súnt eae.
Quem tu ádseruare récte ne aufugiát uoles,
Esca átque potióne uincirí decet:
Apud ménsam plenam | hómini rostrum déliges.
Dum tu ílli quod edit ét quod potet praébeas 90
Suo árbitratu ⟨usque⟩ ád fatim cottídie,
Numquam hércle effugiet, tam étsi capital fécerit.
Facile ádseruabis, dúm eo uinclo uíncies.
Ita istaéc nimis lenta uíncla sunt escária:
Quam mágis extendas, tánto adstringunt ártius. 95
Nam ego ád Menaechmum | húnc eo, quo iám diu
Sum iúdicatus: últro eo, ut me uínciat.
Nam | íllic homo homines nón alit, uerum éducat

---

78. *lac sign Ri* ‖ 82. *add Mue* | accedit *vel* accidit ‖ 85. anum praeterunt (*sic Nonius*) *vel* ianum praetereunt (proterunt *B*²) ‖ 88. decet *vel* debet ‖ 89. hominis rostrum deligis *Nonius* ‖ 90. edit *vel* edat ‖ 91. Suo *vel* Su | *add Ri* (*fort cum A*) ‖ 92. hercle effugiet tam *Nonius*: edepol te fugiet iam (*vel* tiam: etiam *B*²): *de A non liquet* | capitale *B*² ‖ 93. uinclo *vel* uinculo ‖ 94. Ea enim fere lenta *Nonius* | scaria *idem* ‖ 96 sq. *dist Langenus* ‖ 98. alit *vel* alii (aut *Nonius*) ‖

Recreátque: nullus mélius medicinám facit.
Itást adulescens: ípsus escae máxumae, 100
Ceriális cenas dát: ita mensas éxtruit,
Tantás struices cóncinnat patinárias:
Standúmst in lecto, síquid de summó petas.
Sed míhi interuallum iam hós dies multós fuit:
Domi †domitus sum usque cum careís meis: 105
Nam néque edo neque emo nísi quod est caríssumum.
Id quóque iam cari qui ínstruontur déserunt.
Nunc ád eum inuiso. séd aperitur óstium:
Menaéchmum eccum ipsum uídeo: progreditúr foras.

MENAECHMVS I. PENICVLVS
ADVLESCENS PARASITVS

ME. Ni mala, ni stulta sis, ni indomita imposque animi, 110
Quód uiro esse odió uideas, túte tibi odio hábeas.
Praéterhac sí mihi tále post húnc diem
Fáxis, faxó foris uídua uisás patrem.
Nám quotiéns foras íre uoló, mé retinés, reuocás, rogitás:
Quó ego eam, quám rem agam, quíd negotí geram, 115
Quíd petam, quíd feram, quíd foris égerim.
Pórtitorém domum dúxi: ita omném mihi
Rém necesse éloquist, quícquid egi átque ago.
Nímium ego te habui délicatam. núnc adeo, ut factúrus, dicam.

---

100. *dist Weisius* ‖ 101. Certalis (Certe talis *B*[2]) *et* mensam: *corr ex Festo* ‖ 103. summa *Donatus, ut vid* ‖ 105. Domi *vel* Domo | sum usque *vel* summusque ‖ 106. neque (*sic A*) *vel* que ‖ 107. instruntur *vel* instruuntur ‖ 110. *ictus omisimus ubi metra incertiora* ‖ 114. ROGAS ‖ 116. detam (dedam *B*[2]): *corr Ca* | egerim *B ras* (*fort cum A*): legerim ‖ 117 sq. dixit ita mihi necesse *Nonius* | loqui est: est eloqui *Nonius* ‖

Quando égo tibi ancillás penum, 120
Lanam, aúrum, uestem, púrpuram
Bene praébeo nec quícquam eges, 121
Maló cauebis, sí sapis:
Virum óbseruare désines. 122
Átque adeo, ne mé nequiquam sérues, ob eam indústriam
Hódie ducam scórtum atque aliquo ad cénam condicám foras.
PE. Íllic homo se uxóri simulat mále loqui, loquitúr mihi: 125
Nám si foris cenát, profecto me, haúd uxorem, ulcíscitur.
ME. Eúax, iurgio hércle tandem uxórem abegi ab iánua.
Vbi súnt amatorés mariti? dóna quid cessánt mihi
Conférre omnes congrátulantes, quía pugnaui fórtiter?
Hánc modo uxori íntus pallam súrrupui: ad scortúm fero. 130
Sic hóc decet, darí facete uérba custodí catae:
Hoc fácinus pulcrumst, hóc probumst, hoc lépidumst, hoc factú⟨m⟩st fabre:
Meó malo a mala ábstuli, hoc ad dámnum deferétur.
Auórti praedam ab hóstibus nostrúm salute sócium.
PE. Heús adulescens, écqua in istac párs inest prae⟨dá⟩ mihi? 135
ME. Périi, in insidiás deueni. PE. Immo ín praesidium: né time.

---

120 sqq. *discr Geppertus* (*v.* 120ª *dispescunt AB* [Ancillas], *dein duo v. sunt in B* [Malo], *tres in A*) | Linum lanam praebeo neque quicquam *Servius* (LAN[am]L[inum?]— *A, ut vid*) || 123. nequicquam *vel* quicquam: *corr* B^2 || 124. ad cenam atque aliquo (*item A*): *trai Ac* || 127. iurgio tandem *Varro* || 129. quia *vel* qui | fortiter *vel* foriter || 131. Sic *vel* Si | *dist Geppertus* || 134. Auerti (*sic Priscianus*) *vel* Aduorti || 135. et qua: *corr* B^2 | *add Ca* || 136. deuenit: *corr B ras* ||

ME. Quís homost? PE. Ego sum. ME. O[h] méa
Commoditas, ó mea O<p>portúnitas,
Sálue. PE. Salue. ME. Quíd agis? PE. Teneo déxt<e>ra
geniúm meum.
ME. Nón potuisti mágis per tempus míhi aduenire quam
áduenis.
PE. Íta ego soleo: cómmoditatis ómnis articulós scio. 140
ME. Vín tu facinus lúculentum inspícere? PE. Quis
id coxít coquos?
Iám sciam, siquíd titubatumst, úbi reliquias uídero.
ME. Díc mihi, enumquam tú uidisti tábulam pictam in
páriete,
Ýbi aquila Catameítum raperet, aút ubi Venus Adóneum?
PE. Saépe. sed quid istaé picturae ad me ádtinent?
ME. Age me áspice. 145
Écquid adsimuló similiter? PE. Qui ístic est ornatús tuos?
ME. Díc hominem lepidíssumum esse mé. PE. Vbi
essurí sumus?
ME. Díc modo hoc quod égo te iubeo. PE. Díco:
homo lepidíssume.
ME. Écquid audes dé tuo istuc áddere? <PE.> Atque
hilaríssume.
ME. Pérge ‒ ‿. PE. Nón pergo hercle, nísi scio qua
grátia. 150
Lítigium tibíst cum uxore: [ME.] <e>o míhi abs te
caueo caútius.
ME. Clam uxorem †ubi sepulcrum habeamus atque húnc
conburamús diem. 152.153
PE. Áge sane igitur, quándo aequom oras, quám mox
incendó rogum?

---

138. quid *vel* qui | *add Ca* || 139. quam *vel* quem || 141. quocus || 142. titubatumst *vel* titubatust || 143. numquam *vel* numqua: *corr ex Ausonio* || 144. catamitum *et* adonem *B*[2] || 146. Ecquid *vel* Equid || 148. quod *vel* quo | dico *vel* dic || 149. Ecquid *vel* Et quid | atqui || 151. Litidium *vel* Lituium: *corr B*[2] | *del Ac* | o *vel* oh: *corr Ri* || 152 sq. clam uxorem est *Charisius* | conburnaus *vel* combura/////us (*corr B*[2]) || 154. incendo rogum *om B*[1] ||

Díes quidem iam ad úmbilicum est dímidiatus mórtuos. 155
<ME.> Té morare, míhi quom obloquere. <PE.> Óculum ecfodito pér solum
Míhi, Menaechme, si úllum uerbum fáxo, nisi quod iússeris.
ME. Cóncede huc a fóribus. PE. Fiat. ME. Étiam concede húc. <PE.> Licet.
ME. Etiam nunc concéde audacter áb leoninó cauo.
PE. Eú edepol ne tu, út ego opinor, ésses agitatór probus. 160
<ME.> Quídum? PE. Ne te uxór sequatur, réspectas idéntidem.
ME. Séd quid ais? PE. Egone? íd enim quod tu uís, id aio atque íd nego.
ME. Ecquid tu de odóre possis, síquid forte olféceris,
Fácere coiectúram cu * *? <PE.> * * * * * *
C * o * s * asu * * * cáptum sit collégium. 165
<ME.> Ágedum, odorare hánc quam ego habeo pállam: quid olet? ápstines?
PE. Súmmum | olfactáre oportet uéstimentum múliebre:
Nam éx istoc locó spurcatur násum odore †inlucido.
ME. Ólfacta igitur hínc, Penicule: lépide ut fastidís. <PE.> Decet.
<ME.> Quíd igitur? quid olét? responde. PE. Fúrtum, scortum, prándium. 170

---

155. iam dum bilicum: *corr* B^2 *cum Gellio* | dimidiatus mortuus est *Gellius* ‖ 156. Nemorare B^2 | quam (quin B^2) | oculum ecfodito *vel* occulum hec fodito | psolũ *om* B^1 ‖ 157. Mi *vel* Mihi | iusseris *vel* ius eris ‖ 158. etiam ME. *vel* ME. etiam ‖ 161. ⫲NE: ne ‖ 162. QUIDAISEGON—: quid (*vel* quis) agis PE. Egone | ato *vel* dato: *corr B* | nega: *corr* B^2 ‖ 163. ECQUID: Hec quid (*corr B*) ‖ 164 sq. FACERECOIECTURAMCUMI———— *et* CUOI*S*ASUTTUS———: Facere coniecturam (*vel* coniecturum) captum sit collegium | *add Lipsius* ‖ 166. quid *vel* quod ‖ 168. Nam ex (*sic A*) *vel* Nam: Nec *Nonius* | isto *idem* | modori: *corr* B^2 *cum Nonio* | inlutibili *Nonius* ‖ 169. OIFACTA: Difacta | *add Sarac* ‖ 170. *add Scu* | quid *vel* quod ‖

ME. Tíbi fua * * qu * * * * * * * * * * * *
Élocutus: nam * * * * * * * * * *
Núnc ad amicam déferetur hánc meretricem Erótium.
Míhi, tibi atque illí iubebo iam ádparari prándium.
⟨PE.⟩ Eu.
⟨ME.⟩ Índe usque ad diúrnam stellam crástinam †poterimus. ⟨PE.⟩ Eu. 175
Éxpedite fábulatu's. iám foris ferió? ME. Feri.
Vél mane etiam. ⟨PE.⟩ Míle passum cómmoratu's cántharum.
⟨ME.⟩ Plácide pulta. PE. Métuis credo, né fores Samiaé sient
F * * * * * * * * * * * * * * *
ME. Máne mane, obsecro hércle: ⟨e⟩apse ecca⟨m⟩ éxit: oh, solém uides, 180
Sátin ut occaecátus⟨t⟩ prae huius córporis candóribus?

EROTIVM. PENICVLVS. MENAECHMVS I
MERETRIX PARASITVS ADVLESCENS

ER. Ánime mei, Menaéchme, salue. PE. Quíd ego? ER. Extra numerum és mihi. 182
PE. Ídem istuc aliis ádscriptiuis fíeri ad legioném solet. 184
ME. Ego istic mihi hodie ádparari iússi apud te proélium.
⟨ER.⟩ Hódie id fiet. ⟨ME.⟩ Ín eo uterque proélio potábimus.

---

171 sq. *solus habet A* | FUAṆ—(*vel* FUAṬ—)ẠẸQU——— ‖ 174. iubebo (*sic A*) *vel* iubeo | (PRANDI)UMEU: prandium | *add Loewius* ‖ 175. DIURNAM: diurnum | POTEṚỊMUSEU: potabimus: *add Ri* ‖ 176. fabulatus: *corr Lamb* | fores ferio: FERIOFORIS ‖ 177. *add Ac* | commoratus: *corr Pistoris* ‖ 178. SIENṬ: scient (*corr B*[2]) ‖ 179. *solus habet A* ‖ 180. ab se: *corr Ac* | —ÇA(*vel* P̣A)ẸXỊṬ(OSO)ḶẸMUỊḌẸ(Ṣ?) | *add Bo* | oh *vel* PE. oh ‖ 181. Satin *vel* Santin | *add Py* ‖ 184. ad legionem fieri: *trai ex Varrone et A* ‖ 186 *add Gru* | flet: *corr Gru* | proilio: *corr Scal* ‖

V́ter ibi meliór bellator érit inuentus cántharo,
†Tuest legio adiúdicato †cum utro hanc noctém sies.
V́t ego uxorem, méa uoluptas, úbi te aspicio, odí male.
⟨PE.⟩ Ínterim nequís quin eius áliquid indutús sies. 190
ER. Quíd hoc est? ME. Induuiaé tuae atque uxóris exuuiaé, rosa.
ER. Súperas facile, ut súperior sis míhi quam quisquam qui ímpetrant.
PE. Méretrix tantispér blanditur, dúm illud quod rapiát uidet: 193
Nám si amabas, iám oportebat násum abreptum mórdicus. 195
ME. Sústine hoc, Penícule: exuuias fácere quas [s]uouí uolo.
⟨PE.⟩ Cédo. sed obsecro hércle, salta síc cum palla póstea.
⟨ME.⟩ Égo saltabo? sánus hercle nón es. ⟨PE.⟩ Egone an tú magis?
Exue igitur, sí non saltas. ME. Nímio ego hanc perículo
Súrrupui hodie. ⟨PE.⟩ Meó quidem animo ab ⟨H⟩íp⟨p⟩olyta subcíngulum 200
Hércules haud aéque magno umquam ábstulit perículo.
ME. Cápe tibi hanc: quando úna uiuis mieís morigera móribus.
PE. Hóc animo decét animatos ésse amatorés probos,
Quí quidem ad mendícitatem próperent se detrúdere.

---

187. Vtrobi B^2 ‖ 188. SIES: scies (*corr B*) ‖ 189. uxorem meam *vel* uxore mea ‖ 190. *add Vss* | saliquid: *corr B* | INDUTUSSIES: indutus (*vel* intuta) sis ‖ 195. iam dudum oportuit nasum adeptum *Nonius* | nasum *vel* nassum | mordicus *vel* modicus ‖ 196. *del Ca* ‖ 197—199. *pers add Ac* ‖ 199. Si non saltas exuigitur (exue igitur B^2): *trai ex A* ‖ 200. PE. *add Schoe* | subgingulum: *corr* B^2 *cum Festo* ‖ 201. HAUDHERCULES: Haud hercles *vel* Aud hercules: *trai Lamb* (*fort cum Festo*) ‖ 202. CAPEIITIBI | meis B^2 ‖ 204. mendicitatem (*sic A*) *vel* medicitatem | PROPERENTSE: se proderent (proderint B^2) ‖

ME. Quáttuor minís ego emi ístam anno uxorí meae. 205
PE. Quáttuor minaé perierunt pláne, ut ratio réd-ditur.
ME. Scín quid uolo ego te áccurare? ER. Scío: cu-rabo quaé uoles.
ME. Iúbe igitur tribus nóbis apud te prándium accu-rárier,
Átque aliquid scitámentorum dé foro opsonárier:
Glándionidám, suillam, láridum, pernónidam 210
Aút sincipitaménta porcina aút aliquid ad eúm modum,
Mádida quae mihi adpósita in mensam míluinam súg-gerant.
Átque actutum. ER. Lícet ecastor. ME. Nós pro-dimus ád forum:
Iam híc nos erimus. dúm quoquetur, ínterim potábimus.
ER. Quándo uis, uení: parata rés erit. ⟨ME.⟩ Pro-perá modo. 215
Séquere tu. PE. Ego hércle uero te ét seruabo et té sequar,
Néque hodie, ut te pérdam, meream deórum diuitiás mihi.
ER. Euocate intús Cylindrum míhi quoquom actutúm foras.

---

205. ego mi: *corr* B^2 (*cum As, ut vid*) | (IST)AṂ: stanc (istanc B^2) ‖ 206. Quattuor (*sic A*) *vel* Quotuor | redditur (*sic A*) *vel* reditur ‖ 207. uolo ego: UOLO | curabo (*sic A*) *vel* curaro ‖ 209. SCITAMENTORUM: sit amentorum (omentorum *corr B*) ‖ 210. SUILLAM: sullam: *corr B* | lardum B^2 | pernonidem: AUṬ-P̣ERNONIDAM ‖ 211. sinciput omenta B^2 | porcina *om* B^1 ‖ 212. in mensam (*sic A*) *vel* ////mensam | MỤḶỤỊ(*vel* ḶỤẸỊ)NAM-SUGGERÃ ‖ 213. #LICETECASTOR#: licet ecastor ‖ 214. quo-quitur: *corr Bent* (*fort cum A*) ‖ 216. et te (*vel* ti): ṬẸ ‖ 217. meream (*sic A*) *vel* merear ‖ 218. mihi cocum cilyndrum *Charisius* ‖

EROTIVM. **CYLINDRVS**
MERETRIX COQVOS

ER. Spórtulam cape átque argentum: éccos treis nummós habes.
CY. Hábeo. ER. Abi atque obsónium adfer. tríbus uide quod sít satis: 220
Néque defiat néque supersit. CY. Quoíusmodi hic hominés erunt?
ER. Égo et Menaechmus ét parasitus éius. CY. Iam isti súnt decem:
Nám parasitus ócto | hominum múnus facile fúngitur.
ER. Élocuta súm comuiuas: céterum curá. ⟨CY.⟩ Licet.
[CY.] Cócta sunt: iube íre accubitum. ER. Rédi cito. CY. Iam ego híc ero. 225

ACTVS II

MENAECHMVS II. **MESSENIO**
ADVLESCENS SERVOS

ME. Volúptas nullast náuitis, Messénio,
Maiór meo animo, quám quando ex altó procul
Terrám conspiciunt. ⟨MES.⟩ Máior, non dicám dolo,
[Quam] Si aduéniens terram uídeas, quae fuerít tua.
Sed quaésso, quamobrem núnc Epidamnum uénimus? 230

---

219. ECCOSTREIS: hec costris (*corr* B^2) ‖ 220. Habeo (*sic A*) *vel* Abeo ‖ 221. HICHOMINES: hi omines (hom. B^2) ‖ 222. menaechmus (*sic A*) *vel* mendechmus ‖ 223. munus: NUNC ‖ 224. curaticet (licet B^2): CURARILICET | *add Ca* ‖ 225. Cocta (*sic A*) *vel* Coacta | IUBEIRE: iubire (*corr* B^2) | ‡REDICITO‡: redi cito ‖ 226. UOLUPTASNULLAEST (*item Placidus*): Nullast uoluptas ‖ 227. QUAMQUOMEX: quam qum (*vel* quin *vel* quam) ex: *corr ex Placido* ‖ 228. prospiciunt maior est *Placidus* | dolor B^2 ‖ 229. *del Ac* | conspicias *Placidus* ‖ 230. epidamnum *vel* in epidamnum ‖

An quási mare omneis círcumimus ínsulas?
<ME.> Fratrém quaesitum géminum germanúm meum.
<MES.> Nam quíd modi futúrumst illum quaérere?
Hic ánnus sextust, póstquam <e>i re[h]i operám damus.
Histrós, Hispanos, Mássiliensis, Hílurios, 235
Maré superum omne Graéciamque exóticam
Orásque Italicas ómneis, qua adgreditúr mare,
Sumus círcumuecti. seí acum, credo, quaéreres,
Acum ínuenisses, sei ápparerét, iám diu.
Hominem ínter uiuos quaéritamus mórtuom: 240
Nam inuénissemus iám diu, sei uíueret.
<ME.> Ergo ístuc quaero cértum qui faciát mihi,
Quei sése deicat scíre eum esse emórtuom:
Operám praeterea númquam sumam quaérere.
Verum áliter uiuos númquam desistam éxsequi: 245
Ego illúm scio quam cárus sit cordí meo.
MES. In scírpo nodum quaéris. quin nos hínc domum
Redímus, nisi si históriam scripturí sumus?
<ME.> Dictúm †fac cessas datum edis caueás malo:
Moléstus ne sis: nón tuo hoc fiét modo. MES.
<H>em, 250
Illóc enim uerbo ésse me seruóm scio:
Non pótuit paucis plúra plane próloquei.
Verúm tamen nequeo cóntineri quín loquar.
Audín, Menaechme? quom ínspicio marsúppium,
Viáticati hercle ádmodum aestiué sumus. 255
Ne tu hércle, opinor, nísi domum reuórtereis,
Vbi níl habebis, géminum dum quaerís, gemes.

---

234. sextus est: SEXTUS | ire hi (hinc B^2): *add Gru* ‖ 236. superum (*sic A*) *vel* supremum ‖ 239. tam diu: *corr Gul* ‖ 242. istunc B^2 | qui *vel* quid: QUIDID ‖ 243. emortuum (*sic A*) *vel* mortuum ‖ 244. SUMMAM ‖ 246. CARUSSITCORDI: cordi sit carus ‖ 249. fac cessas *vel* facessas | —ṬḌỊSCAUEASMALO ‖ 250. Molestus *vel* Melestus | FỊAT *vel* FẸỊẸT (*vix* FUIT) ‖ 252. PROLOQUẸỊ: proloqui *vel* proliqui ‖ 253. CONTINERỊ: continere ‖ 254. Audin *vel* Adi//// (Audi B^2) ‖ 255. aestiuae: AESTIUI ‖ 256. ERCLE ‖ 257 QUAERES ‖

Nam itást haec hominum nátio: in Epidámnieis
Voluptárii atque pótatores máxumei:
Tum sýcophantae et pálpatores plúrumei 260
In úrbe hac habitant: túm meretrices múlieres
Nusquám perhibentur blándiores géntium.
Proptérea huic urbei nómen Epidamno índitu<m>st,
Quia némo ferme síne damno huc deuórtitur.
ME Ego istúc cauebo. cédo dum huc mihi marsúppium. 265
MES. Quid eó ueis? ME. Iam aps te métuo de uerbís tuis.
MES. Quid métuis? ME. Ne mihi dámnum in Epidamnó du<i>s.
Tu mágis amator múlierum es, Messénio,
Ego aútem homo iracúndus, animi pérditi:
Id utrúmque, argentum quándo habe<b>o, cáuero, 270
Ne tú delinquas néu<e> ego irascár tibi.
MES. Cape átque serua: mé lubente féceris.

CYLINDRVS. MENAECHMVS II. MESSENIO
COQVOS ADVLESCENS SERVOS

CY. Bene ópsonaui atque éx mea senténtia:
Bonum ánteponam prándium pransóribus.
Sed eccúm Menaechmum uídeo. uae tergó meo: 275
Prius iám conuiuae | ámbulant ante óstium,
Quam ego ópsonatu rédeo. adibo atque ádloquar.
Menaéchme, salue. ME. Dí te amabunt, quísquis <es.>
<CY.> Qu * qu * * * * * * * * <quís> ego sim?

---

258. natio epidamnia Nam ita est haec hominum: *trai et corr ex A* ‖ 260. PLURUMEI: pluri ‖ 264. QUA | SINEDAMNOHUC: huc sine damno ‖ 265. cauebo cedo (*sic A*) *vel* cauebo MES. cedo | HUCMIHI: mihi huc ‖ 267. *add Beroaldus* (dias B^2) ‖ 268. MAGIS: magnus ‖ 269. iracundis ‖ 270. *add Py* ‖ 272. iubente ‖ 275. nae: *corr Gru* ‖ 278 sq. amabunt quisquis ego sim: *ubi novum v. habet A* (QUISQUISD———) | *suppl Bent et Ri* ‖

ME. Non hércle uero. ⟨CY.⟩ Vbí conuiuae céteri? 280
ME. Quos tú conuiuas quaéris? CY. Parasitúm tuom.
ME. Meúm parasitum? CY. Oe, cérte hic insanúst homo.
MES. Dixín tibi esse hic sýcophantas plúrumos?
⟨CY.⟩ * * * * r * * m * * u * * * *
ME. Quem tú parasitum quaéris, adulescéns, meum? 285
CY. Peníoulum. ⟨MES.⟩ Eccum in uídulo saluóm fero.
⟨CY.⟩ Menaéchme, numero huc áduenis ad prándium:
Nunc ópsonatu rédeo. ⟨ME.⟩ Respondé mihi,
Aduléscens: quibus hic prétieis porci uéneunt
Sacrés sinceri? CY. Númmeis. ME. Nummum a me áccipe: 290
Iube té piari dé mea pecúnia.
Nam | équidem insanum | ésse te certó scio,
Qui míhi molestu's hómini ignoto, quísquis es.
CY. Cylíndrus ego sum: nón nosti nomén meum?
ME. Sei tú Cylindrus seú †Coriendrus, périeris. 295
Ego té non noui néque nouisse adeó uolo.
CY Est tíbi Menaechmo nómen. ME. Tantum quód sciam.
Pro sáno loqueris, quóm me appellas nómine.
Sed úbi ⟨tu⟩ me nouísti? CY. Vbi ego te nóuerim,
Qui amícam habes erám meam hanc Erótium? 300
ME. Neque hércle ego habeo néque te qui homo sís scio.

---

280. CY. *vel* MES.: *corr Sonnenburgius* | ercle (*sic A*) *vel* hercle | *add Ri* ‖ 282. ♯OẸCẸRTE: ME. Certe *vel* certe ‖ 284. *solus A habet* (———RỊṆÇỤ*ṢM*N——ṬU——) | *add Schoe* ‖ 285. parasitum *vel* para | adulescens (*sic A*) *vel* adules | MEUS ‖ 287. Mena hec menum ero *vel* Menaechmum (*lac*) ero ‖ 288. opsonatu redeo *vel* ipso nature deo | *add Ca* (♯ *A, ut vid*) ‖ 289. (PREṬ)ỊẸIS: pretii | UENEUNT (*item Festus*): ueniunt | quanti hic porci sunt *Varro* ‖ 290. Sacris inceri: *corr ex Festo* | ♯ṆỤṂMẸỊS ♯NUMMUM: nummis///// *vel* nummis (nummos B^2) ‖ 293. molestus: *corr Lamb* | ES: esci (*corr B*) ‖ 295. ME. *vel* MES. | Seu tu: *corr Mue* | coriendrus: ——L—— ‖ 297. mena hec mo: ——HMO | ♯ṬANṬỤM: tantum ‖ 298. Pro *vel* ME. Pro ‖ 299. *add Py* (*fort. cum A*) | CY. *vel* MES. ‖ 300. HABES: habeas ‖ 301. ḤẸRCLEEGO: hercle | QUI: quis ‖

⟨CY.⟩ Non scís quis ego sim, quí tibi saepíssume
Cyathísso apud nos, quándo potas? MES. Eí mihi,
Quom níl est qui illi⟨c⟩ hómini dimminuám caput.
⟨ME.⟩ Tun cýathissare míhi soles, qui ante húnc diem 305
Epidámnum numquam uídi neque uení? CY. Negas?
⟨ME.⟩ Nego hércle uero. CY. Nón tu in illisce aédibus
Habes? ME. Dí illos homines qui íllic habitant pérduint.
CY. Insánit hic[e]quidem, qui ípse male dicít sibi.
Audín, Menaechme? ME. Quíd uis? CY. Si me cónsulas, 310
Nummum íllum, quem mihi dúdum pollicitú's dare —
Nam tú quidem hercle cérto non sanú's satis,
Menaéchme, qui nunc ípsus male dicás tibi —,
Iubeás, si sapias, pórculum adferrí tibi. 314
⟨ME.⟩ †Tu hercle hominem múltum et odiosúm mihi. 316
⟨CY.⟩ Solét iocari saépe mecum illóc modo.
Quam uís ridiculus ést, ubi uxor nón adest.
Qui⟨d⟩ aís tu? ⟨ME.⟩ Quid uis? †inquam ⟨CY.⟩ Satin hoc quód uides
Tribus uóbis opsonátu⟨m⟩st an opsono ámplius, 320
Tibi ét parasito et múlieri? ME. Quas [tu] múlieres,
Quos tú parasitos lóquere? MES. Quod te urgét scelus,
Qui huic sís molestus? CY. Quíd tibi mecúmst rei?
Ego té non noui: cum hóc quem noui fábulor.
MES. Non édepol tu homo sánus es, certó scio. 325
CY. Iam ergo haéc madebunt fáxo: nil morábitur.
Proin tú nequo [h]abeas lóngius ab aédibus.

---

302. MES. D^2 | scis: sis (*corr* B^2) ‖ 303. totas: *corr* B^2 ‖ 304. *add Ri* | dimminuam *vel* diminuam ‖ 305. Tunc: *corr B* | cyatissare *vel* cratissare ‖ 306. ME. *vel* MES. ‖ 307. *add* D^2 ‖ 308. Habitas: *corr Sey* | que: *corr* B^2D^2 | perdunt: *corr* B^2 ‖ 309. CY. *vel* MES. | *del Bent* | id se ‖ 310. Aut in: *corr* B^2D^2 | mena hec me ‖ 311 sq. pollicitus *et* sanus: *corr Lamb* ‖ 316. *add Ri* ‖ 317. locari | illoc *vel* illo ‖ 319. tu quid *vel* tu qui: *corr Bo* | inquam satin ‖ 320. uobis *vel* nobis | *add Ca* ‖ 321. ME. *vel* CY. | *del Py* ‖ 322. paratitos: *corr* D^2 ‖ 324. Ego *et* cum *vel* ME. CY. Ego *et* MES. cum ‖ 325. Non *vel* ME. CY. Non ‖ 326. Iam *vel* MES. Iam ‖ 327. logius *vel* longius ‖

Numquíd uis? ME. Vt eas máxumam malám crucem.
CY. Ire hércle meliust te — ínterim atque accúmbere,
Dum e[r]go haéc appono ad Vólcani uioléntiam. 330
Ibo íntro et dicam te híc adstare Erótio,
Vt te hínc abducat pótius, quam hic adstés foris.
ME. Iamne ábiit? ⟨abiit.⟩ édepol haud mendácia
Tua uérba experior ésse. ⟨MES.⟩ Obseruató modo:
Nam istíc meretricem crédo habitare múlierem, 335
Vt quídem ille insanus díxit qui hinc abiít modo.
ME. Sed míror, qui ille nóuerit nomén meum.
MES. Minume hércle mirum: mórem hunc meretricés
habent:
Ad pórtum mittunt séruolos, ancíllulas:
Siqua⟨é⟩ peregrina náuis in portum áduenit, 340
Rogitánt quoiatis sít, quid ei nomén siet:
Postílla extemplo se ádplicant, adglútinant:
Si péllexerunt, pérditum amittúnt domum.
Nunc ín istoc portu stát nauis praedatória,
Aps quá cauendum nóbis sane cénseo. 345
ME. Monés quidem hercle récte. MES. Tum demúm
sciam
Recté monuisse, sí tu recte cáueris.
ME. Tace dúm parumper: nám concrepuit óstium.
Videámus qui hinc egréditur. ⟨MES.⟩ Hoc ponam
ínterim.
Adséruatote haec súltis, naualés pedes. 350

---

328. Numquid *vel* ME. Numquid | in maximam B^2 || 329. CY. *vel* MES. | *distinximus* || 330. ergo: *corr D* || 333. MES. Iamne *vel* Iamne | habit *vel* abit (*corr* B^2) | *suppl Gru* | aut: *corr* B^2 || 334. Sua B^2 | exteriores se obseruato: *corr Lipsius* || 339. Ad *vel* A | seruolos *vel* seruolus || 340. Sed (Si B^2) qua (*vel* quia): *corr Bent* || 341. Rogitant (*sic etiam Priscianus*) *vel* Rogant | siet *vel* sciet || 342. Post ille: *corr Gul* | acglutinant *vel* ac glutinat || 347. Recte *vel* Rete || 348. dum *vel* tum || 349. creditur: *corr B* | *add Py* || 350. si uoltis: *corr Py* ||

EROTIVM. MERETRIX **MENAECHMVS II.** ADVLESCENS **MESSENIO** SERVOS

ER. Sine fóres sic, abi: nolo óperiri.
Intús para, curá, uide:
Quod opúst, fiat. sterníte lectos,
Incéndite odores: múnditia
Inlécebra animost amántum. 355
Amánti amoenitás malost, nobís lucrost.
Séd ubi illest, quem cóquos ante aedis ésse ait? atque éccum uideo,
Quí mihist úsui et plúrumum pródest.
Ítem hinc ultro fit, út meret potíssumus nostraé domi ut sit.
Nunc éum adibo: adloquar últro. • 360
Animúle mei, mihi mirá uidentur
Te hic stáre foris, fores quoí pateant
Magis quám domus tua, domus quom haéc tua sit.
Omné paratu<m>st, * * * ro
Vt iússisti atque ut uóluisti: 365
Neque tíbist ulla mora intús.
Prandíum, ut iussisti, hic cúratu<m>st:
Vbi lúbet, ire licet áccubitum.

---

351. abi *vel* ubi ‖ 352—355. *tres v. sunt* (— fiat — odores): *discr Herm* ‖ 352. para (paraui B^2) curaui de: *corr ex Varrone* ‖ 353. quid opus *Varro* ‖ 355. inlecebra *vel* incelebra | amantum *vel* amantium ‖ 356. malo si: *corr Ca* ‖ 357. aedis se ait se atque: *corr* B^2 ‖ 358. propest: *corr* B^2 ‖ 359. hic *Nonius* | ultro (*sic Nonius*) *vel* utro | potissimus (*sic Nonius*) *vel* potissimum ‖ 360. ultri: *corr* B^2 ‖ 363. domus tua (*sic A*) *vel* domus itua (sit tua B^2) | QUOM: quam ‖ 364—368. *quinque v. sunt in A* (— ro — tibi — [int]us — licet), *tres in B* (— tibi — intus): *discr Herm* ‖ 364. parasitus tutius sisti (paratust ut iussisti B^2): *add Ca, lac sign ex A* (——RO) ‖ 366. *cf. ad v. 110* | tibi Si (ull)am ora *vel* tibi sullam oras: *corr* B^2 ‖ 367 sq. iuss///stihic curatust ubi *vel* iusst stihic curatus tibi ‖

ME. Quícum haec mulier lóquitur? ER. Equidem técum. ME. Quid mecúm tibi
Fúit umquam aut nunc ést negoti? ER. Quía pol te unum ex ómnibus 370
Vénus me uoluit mágnificare: néque id haud inmeritó tuo.
Nam écastor solús benefactis tuís me florentém facis.
ME. Cérto haec mulier aút insana aut ébriast, Messénio,
Quaé hominem ignotúm conpellet mé tam familiáriter.
MES. Díxin ego istaec heíc solere fíeri? folia núnc cadunt, 375
Praeút si triduom hóc hic erimus: tum árbores in té cadent.
Nam íta sunt hic meretríces: omnes élecebrae argentáriae.
Séd sine me dum hanc cómpellare. heus múlier, tibi dicó. ER. Quid est?
<MES.> Vbi tu | hunc hominém nouisti? ER. Íbidem, ubi hic me iám diu,
Ín Epidamno. MES. Ín Epidamno? qui húc in hanc urbém pedem 380
Nísi hodie numquam íntro tetulit? <ER.> Héia, deliciás facis.
[ER.] Mí Menaechme, quín amabo is íntro? hic tibi erit réctius.
ME. Haéc quidem edepol récte appellat meó me mulier nómine.
[MES.] Nímis miror, quid hoc sít negoti. <MES.> Óboluit marsúppium
Huíc [ME.] istuc quod habés. <ME.> Atque edepol tú me monuistí probe. 385

---

369. *tres v. occupavit in A, ut vid* | ER. *vel* MES. || 370. quia polt te *vel* qui pol te || 371. Venus (*sic A*) *vel* Fenus || 372. FAÇIS: facias || 375. fortia: *corr B*[2] || 377. *dist Vahlenus* || 378. dicos: *corr B* || 381. detulit *B*[2] | hia: *corr B* || 382. *dist Geppertus* || 384. miror *vel* minor | obuoluit: *corr B*[2] ||

Áccipe dum hoc: iam scíbo, utrum haec me máge amet an marsúppium.
ER. Eámus intro, ut prándeamus. ME. Béne uocas: tam grátiast.
ER. Cúr igitur me tíbi iussisti cóquere dudum prándium?
ME. Égon[e] te iussi cóquere? ER. Certo, tíbi | et parasitó tuo.
ME. Quoí, malum, parasíto? certo haec múlier non sanást satis. 390
ER. Péniculo. ME. Quis istést Peniculus? qui éxtergentur báxeae?
ER. Scílicet qui dúdum tecum uénit, quom pallám mihi
Détulisti, quám ab uxore tuá surrupuistí. ME. Quid est?
Tíbi pallam dedí, quam uxori meaé surrupui? sánan es?
Cérte haec mulier cánt[h]erino rítu | astans sómniat. 395
ER. Quí lubet ludíbrio habere me átque ire infitiás mihi
Fácta quae sunt? ME. Díc quid est id quód negem, quod fécerim?
ER. Pállam te hodie míhi dedisse uxóris. ME. Etiam núnc nego.
Égo quidem neque úmquam uxorem hábui neque habeó: neque huc
Ýmquam, postquam nátus sum, intra pórtam penetrauí pedem. 400
Prándi in naui: inde húc sum egressus: té conueni. <ER.> Éccere,
[ER.] Périi misera. quám tu mihi nunc náuem narras? ME. Lígneam,
Saépe tritam, saépe fixam, saépe excussam málleo.
Quá[m]si supellex péllionis: pálus palo próxumust.

---

386. scibo *vel* cibo ‖ 388. me tibi *vel* me tibi me ‖ 389. *del Bent* | *dist Vahlenus* ‖ 390. malo: *corr* B^2 | non sanast *vel* nos (*vel* non) anast ‖ 391. bexeae *vel* buxeae: *corr Scu* ‖ 398. ME. *add B* | sed iam: *corr C* ‖ 401 sq. *add et del Pistoris* | eccere *vel* eccerē ‖

ER. Iám, amabo, desíste ludos fácere atque i hac mecúm semul. 405
ME. †Nescioquem, mulier, alium hóminem, non me quaéritas. 407
ER. Nón ego te nouí Menaechmum, Móscho prognatúm patre,
Quí Syracusís perhibere nátus esse in Sícilia, 409
Vbi rex Agathoclés regnator fúit, et iterum Pínt[h]ia,
Tértium Liparó, qui in morte régnum Hieroni trádidit,
Núnc Hierost? ME. Haud fálsa, mulier, praédicas. ⟨MES.⟩ Pro Iúppiter,
[MES.] Núm istaec mulier íllinc uenit, quaé te nouit tám cate? 413
ME. Hércle opinor pérnegari nón potest. MES. Ne féceris. 415
Périisti, si intrássis intra límen. ME. Quin tu táce modo. —
Béne res geritur. ádsentabor, quícquid dicet, múlieri,
Sí possum hospitiúm nancisci. iám dudum, muliér, tibi
Nón inprudens áduorsabar: húnc metuebam, ní meae
Vxori renúntiaret dé palla et de prándio. 421
Núnc quando uis, eámus intro. ER. Étiam parasitúm manes?
ME. Néque ego illum maneó neque flocci fácio neque, si uénerit,
Eúm uolo intromítti. ER. Ecastor haúd inuita fécero.
Séd scin quid te amábo ut facias? ⟨ME.⟩ Ímpera [ME.] quiduís modo. 425
ER. Pállam illam quam dúdum dederas, ád phrygionem ut déferas,

---

405. desine: *corr Fl* | semul *vel* semel || 407. Nescioquem *vel* Nam quem || 408. mosco: *corr C* || 409. syracusis *vel* siracussis || 410. *del Gronovius* || 412. est *vel* es | ME. *add B* | salsa || 420. aduorsabar *vel* aduorsabor || 421. renuntiare: *corr B²* || 423. maneo *vel* moneo || 424. ecastor auh *vel* ecasto haud || 425. scin *vel* sin | *add Palm* | impera *vel* impero | ME. *add B, del Palm* || 426. frigionem | ut *vel* ui ||

Ýt reconcinnétur atque ut ópera addantur quaé uolo.
ME. Hércle qui[n] tu récte dicis: eádem | ignorábitur,
Ne úxor cognoscát te habere, si ín uia conspéxerit.
ER. Érgo mox auférto tecum, quándo abibis. ⟨ME.⟩
Máxume. 430
⟨ER.⟩ Eámus intro. ME. Iám sequar te: húnc uolo
etiam cónloqui.
Eho, Messenió |, accede huc. ⟨MES.⟩ Quíd negotist?
⟨ME.⟩ †sussciri. 432. 433
MES. Quíd e[g]o opust? ⟨ME.⟩ Opúst. scio ut me
díces. MES. Tanto néquior[e].
⟨ME.⟩ Hábeo praedam: tántum incepi óperis. ei quan-
túm potes, 435
Ábduc istos ín tabernam actútum deuorsóriam.
Tú facito ante sólem occasum ut uénias aduorsúm mihi.
MES. Nón tu istas meretríces nouisti, ére. ME. Tace,
inquam * * *
Míhi dolebit, nón tibi, siquíd ego stulte fécero.
Múlier haec stulta átque ins⟨c⟩itast: quántum perspexí
modo, 440
Est hic praeda nóbis. MES. Peri⟨i⟩. iámne abis?
periít probe:
Dúcit lembum díerectum náuis praedatória.
Séd ego ins⟨c⟩itus, quí †drome póstulem moderárier:
Dícto me emit aúdientem, haud ímperatorém sibi.
Séquimini, ut, quod ímperatumst, uéniam aduorsum
témperi. 445

---

428. quin *vel* quiin: *corr Fl* ‖ 432. ME. *add Ca* | sciscitari B^2 ‖ 434. ergo B^2 | *del Py* | opu si opus est | *add Ca* | me dicas (mendices B^2) ME.: *corr Ac* | e *vel* ę (es B^2): *del Ac* ‖ 435. *add Ac* | et: *corr Gru* ‖ 436. deuorsoriam *vel* diuorsoriam ‖ 437. solis: *corr Lamb* ‖ 438. *lac sign Ca* ‖ 439. stul *vel* stulte ‖ 440. inscia est B^2 | *dist Ri* ‖ 441. *dist Bo* ‖ 442. limbum | derectum *vel* dlerectum: *corr* B^2 ‖ 443. inscius B^2 | quid (*vel* quod) romę (pro me B^2) ‖ 445. Sequimini *vel* Sedquimini ‖

ACTVS III

PENICVLVS
PARASITVS

Plús triginta †annis natus sum, quom intereá loci
Númquam quicquam fácinus feci péius neque sceléstius
Quám hodie, quom in cóntionem médiam me inmersí miser:
Ýbi ego dum hietó, Menaechmus sé subterduxít mihi
Átque abit ad amícam, credo, néque me uoluit dúcere.
Qui íllum dei omnes pérduint, quei prímus commentúst ◡ _ 451
Cóntionem habére, qui homines óccupatos óccupat.
Nón ad eam rem | ótiosos hómines decuit délegi,
Quí nisi adsint quóm citentur, cénsus capiat ílico?
Qu * * * * quam senatus * o * one * * 455
* * * * * q * m l * * *
Ádfatimst hominum, ín dies qui síngulas escás edint,
Quíbus negoti níl est, qui essum néque uocantur néque uocant:
Eós oportet cóntioni dáre operam atque cómitieis. 459
Seí id ita esset, nón ego hodie pérdidissem prándium:
Quoí tam credo †datum uoluisse, quám me uideo uíuere.
Íbo: etiamnum réliquiarum spés animum oblectát meum.
Séd quid ego uideó? Menaechmus ⟨cúm⟩ corona exít foras.

---

447. neque *vel* atque ‖ 448. in *om A, ut vid* ‖ 449. DUMHIETO: dum hi et o *vel* du mihi et o ‖ 451. QUI: Que *vel* Quo (*corr B*[2]) | perdunt *vel* perduint | commentu est: COME|——— (*v. bipart.*) | *lac sign Weisius* ‖ 452. hare *vel* hac re: *corr Scu* (*cum A, ut vid*) ‖ 454. CITENTUR: citenetur *vel* cinetetur (*corr B*[2]) | CAPIAT: capiant ‖ 455 sq. *solus habet A* (*fort. v. bipart.*) | SENATUSDEU****CONTIONEMIDAH ‖ 458. QUIESCUNTNEQ· | UOCANT: uocauit (*corr B*[2]) ‖ 460. ESSE ‖ 461. QUAMME: quam ne ‖ 462. RELIQUARUM | OBLECTATMEUM: obiectat (*corr B*[2]) me ‖ 463. uideo menaechmum: *corr Brixius* | *add Py* (*fort. cum A*) ‖

Súblatumst conuíuium: edepol uénio aduorsum témperi.
Óbseruabo quíd agat hominem: póst adibo atque ád-
loquar. 465

MENAECHMVS II. PENICVLVS
ADVLESCENS PARASITVS

ME. Potine [ne] út quiescas? égo tibi hanc hodié probe
Lepidéque concinnátam referam témperei.
Non fáxo eam esse díces: ita ignorábitur.
PE. Pallam ád phrygionem fért confecto prándio
Vinóque expoto, párasito excluśo foras. 470
Non hércle <ego> is sum quí sum, ni hanc iniúriam
Meque últus pulcre fúero. obserua quíd dabo. 472. 473
ME. Pro di ímmortales, quoí homini umquam unó die
Boní dedistis plús, qui minus speráuerit? 475
Prandí, potaui, scórtum accubui |: ápstuli
Hanc quóius heres númquam erit post húnc diem.
PE. Nequeó quae loquitur éxaudire clánculum.
(Satúr nunc loquitur dé me et de partí mea.)
ME. Ait hánc dedisse mé sibi | atque eám meae 480
Vxóri surrupuísse. quoniam séntio
Erráre, extemplo, quási res cum ea essét mihi,
Coepi ádsentari: múlier quicquid díxerat,
Idem égo dicebam. quíd multis uerbís <opust>?
Minóre nusquam béne fui dispéndio. 485
PE. Adíbo ad hominem: nám turbare géstio.

---

464. temperi (*sic A*) *vel* temoeri ‖ 465. *hic habet A: post v. 474 reliqui* | ATQ·I ‖ 466. ne ut *vel* me ut | EGO: sedco *vel* sed dico ‖ 467. referam (*sic A*) *vel* referram ‖ 468. eam *vel* eum ‖ 469. phyyglonem (gi *corr B*): *corr ex Nonio* ‖ 471. NONER— *add Ri* (*fort. cum A*) ‖ 472. ULTUS: uultus (*corr* B^2) ‖ 474. *cf. ad 465* ‖ 475 sq. *hoc ordine A: inv reliqui* | dedistis (*sic A*) *vel* dedisti | et potaui *Priscianus* ‖ 477. heres: REF(*vel* I)ERES ‖ 479. *om A* | parti *vel* parte (pallam [?] B^2, *ut vid*) ‖ 484. *suppl Py* ‖ 485. pene fui B^2: fui *Donatus* ‖

ME. Quis hic ést qui aduorsus ít mihi? ⟨PE.⟩ Quid aís, homo
Leuiór quam pluma, péssume et nequíssume,
Flagítium | hominis, súbdole ac minumí preti?
Quid dé te merui, quá me causa pérderes? 490
Vt súrrupuisti té mihi dudum dé foro.
Fecísti funus méd absenti prándio.
Cur aúsu's facere, quoí⟨i⟩ ego aeque herés [h]eram?
ME. Aduléscens, quaeso, quíd tibi mecúmst rei,
Qui míhi male dicas hómini hic ignoto ínsciens? 495
An tíbi malam rem uís pro male dictís dari?
PE. Pol eám quidem †edepol té dedisse intéllego.
ME. Respónde, adulescens, quaéso, quid nomén tibist?
PE. Etiám derides, quási nomen non gnóueris?
ME. Non édepol ego te, quód sciam, umquam ante húnc diem 500
Vidí neque gnoui: uérum certo, quísquis es,
Si | aéquom facias, míhi odiosus né sies.
PE. Menaéchme, uigila. ME. Vígilo hercle equidem, quód sciam.
PE. Non mé nouisti? ME. Nón negem, si nóuerim.
PE. Tuóm parasitum nón nouisti? ME. Nón tibi 505
Sanúmst, adulescens, sínciput, intéllego.
PE. Respónde: surrupuístin uxorí tuae
Pallam ístanc hodie | átque dedisti Erótio?
ME. Neque hércle ego uxorem hábeo, neque ego Erótio
Dedí nec pallam súrrupui. [PE.] satin sánus es? 510
⟨PE.⟩ Occísast haec res. nón ego te indutúm foras 512

---

487. aduersum sit: *corr Gru et Bo* ‖ 492. meo: *corr Salm* ‖ 493. ausus: *corr Lamb* | cui *vel* quo: *add Brixius* | ea quae heris: *corr Lipsius et Bent* ‖ 494. PE. ‖ 495. Qui (*sic A*) *vel* Quę | homini hic noto *vel* hic noto: *corr* B^2 | insciens *vel* insiens ‖ 497. POL: Post ‖ 498. qui *vel* quid | tibi nomen st (*vel* sit): *trai Weisius cum A, ut vid* ‖ 499. GNOUERIS: noueris ‖ 500. QUAD | HANC ‖ 501. GNOUI: noui | certo (*sic A*) *vel* orto ‖ 503 sq. *hoc ordine A: inv reliqui* | uigilia *vel* uigida: *corr D* ‖ 508. *add Bent* ‖ 510 sq. taliam: *corr* B^2 | *del et add Thomas* | occisa si: *corr* B^2 *cum Nonio* ‖

Exeíre uidi pállam? ME. Vae capití tuo.
Omnís cinaedos ésse censes, tú quia's?
Tun mé<d> indutum fuísse pallam praédicas? 515
PE. Ego hércle uero. ME. Nón tu abis quo dígnus es,
Aut té piari iúbe |, homo insaníssume?
PE. Numquam édepol quisquam me éxorabit, quín tuae
Vxórei rem omnem iam, út sit gesta |, éloquar.
Omnés in te istaec récident contuméliae. 520
Faxo haúd inultus prándium comédereis.
ME. Quid hoc ést negoti? sátine, ut quemque cónspicor,
Ita mé ludificant? séd concrepuit óstium.

ANCILLA. MENAECHMVS II
ADVLESCENS

ANC. Menaéchme, amare aít te multum Erótium,
Vt hóc una opera †ad aurificem déferas, 525
Atque hú[n]c ut addas aúri pondo | únciam
Iubeásque spinter nóuom reconcinnárier.
ME. Et istúc et aliud síquid curarí uolet
Me cúraturum dícito, quicquíd uolet.
ANC. Scein, quíd hoc sit spinter? ME. Néscio, nisi aúreum. 530
ANC. Hoc ést, quod olim clánculum ex armário
Te súrrupuisse aiébas uxorí tuae.
ME. Numquam hércle factumst. ANC. Nón meministi |, óbsecro?
Redde ígitur spinter, sí non meministí. ME. Mane.

---

513. palla *vel* palam ‖ 514. quia tu es: *trai Ca* ‖ 515. TUME | *add Bo* | fuisse pallam *vel* pallam ‖ 520. ṚẸÇÇỊDENT ‖ 521. INULTUS: inultum *vel* multum ‖ 522. quemque *vel* quemquem ‖ 526. hunc *vel* nunc: *del Ri* ‖ 527. Iubeas spinter *Priscianus* ‖ 528. ISTUC: istud | uolet *vel* uoles *vel* uolei ‖ 530. SCEINQUID: Scin quod ‖ 532. ẠỊBẠS (?): mebas: *corr* B^2 ‖ 534. Redde (*vel* Rede) igitur: ỊG̣ỊṬỤṚ (?) | non meministi *vel* nomine ministi ‖

Immo équidem memini: némpe hoc est quod illí dedei. 535
Istúc: ubi illae armillaé sunt, quas uná dedi?
ANC. Numquám dedisti. ME. Nám pol †hoc una dedi. 537
<ANC.> Dicám curare? ME. Dícito: curábitur. 539
Et pálla et spinter fáxo referantúr simul.
ANC. Amábo, mi Menaéchme, inauris dá mihi,
Faciénda[s] pondo duóm nummum stalágmia:
Vt té lubenter uídeam, quom ad nos uéneris.
ME. Fiát. cedo aurum: egó manupretiúm dabo.
ANC. Da sódes aps te: <egó> post redderó tibi. 545
<ME.> Immó cedo aps te: egó post tibi reddám duplex.
ANC. Non hábeo. ME. At tu, quándo habebis, túm dato.
<ANC.> Numquíd [me] uis? ME. Haec me cúraturum dícito —
Vt, quántum possint, quíque liceant, uéneant.
Iamne ábiit intro | ? ábiit, operuít fores. 550ª
* * * * * * * i * a * idam.
Di mé [e]quidem omnes ádiuuant, augént, amant. 551
Sed quíd ego cesso, dúm datur mihi occásio
Tempúsque abire ab hís locis lenónieis?
Properá, Menaechme: fér pedem, confér gradum.
Demam hánc coronam atque ábiciam ad laeuám manum:
Vt, sí sequentur me, hác abiisse cénseant. 556
Ibo ét conueniam séruom, si poteró, meum,
Vt haéc quae bona dant dí mihi | ex mé sciat.

---

536. *dist Ca* | ubi iclae: *corr B*² *cum A* | dedit: *corr B*² || 539. *add Ca* | ‡DICITOCURABITUR: dicit occurabitur (*corr B*², *pers add Ca*) || 540. REFERATUR || 542. *del Py* | statagmia: *corr Py* || 543. quam: *corr B*² | *inter v.* 543 *et* 549 *duos tantum habuit A* || 545. *add Ri* || 546. dupelex *vel* duplex || 547. ME. *et* ANC.: *inv Weisius* | ad *vel* at || 548. *add Weisius* | *del Ac* || 549. ueneant *vel* ueniant || 550ª. intro habiit: *corr B* || 550ᵇ. *solus habet A* (*dubiis* I *et* A, *non* IDAM) || 551. *del Bo* || 553. LENONIEIS: lenonis (lenoninis *B*²) || 555. Demam hanc *Nonius*: Demam || 556. si sequentur me hac abisse *Nonius*: si qui (*vel* sequi) sequatur hec (hac *B*²) me abiisse ||

MATRONA. PENICVLVS
PARASITVS

MA. Egone híc me patiar * in matrimónio,
Vbi uír compilet clánculum quicquíd domist 560
Atque éa ad amicam déferat? PE. Quin tú taces?
Manufésto faxo iam ópprimes: sequere hác modo.
Pallam ád phrygionem cúm corona | ébrius
Ferébat, hodie tíbi quam surrupuít domo.
Sed eccám coronam quám habuit. num méntior? 565
Em hac ábiit, si uis pérsequi uestígiis.
Atque édepol eccum | óptume reuórtitur,
Sed pállam non fert. MA. Quíd ego nunc cum illóc agam?
PE. Idém quod semper: mále habeas. sic cénseo.
Huc cóncedamus: éx insidieis aúcupa. 570

MENAECHMVS I. MATRONA. PENICVLVS
ADVLESCENS PARASITVS

ME. Vt hóc utimúr maxumé more móro 571
moléstoque múltum atque utí, quique súnt
optumí, maxumé morem habént hunc:
cliéntis sibi ómnes uolúnt esse múltos: 573
boníne an malí sint, id haúd quaeritánt:
res magís quaeritúr quam cliéntum fidés quoius·modí clueat: 575

---

559. PAṬỊAR**ỤSTṚẠṬIN (*vix* frustrat *vel* frustam): daciar (paciar B^2) in ‖ 561. EAAD: ad ‖ 563. FRYGIONEṂ: phydrionem *vel* fridionem | corona *vel* coronam ‖ 564. domo *vel* homo ‖ 566. Em (*sic A*) *vel* heen ‖ 568. illoc *vel* illo ‖ 569. habeat B^2 ‖ 570. Vt concedamus *Nonius* ‖ 571. more morum: *corr Lipsius* ‖ 572. Molesto que (*vel* qui, *ut vid*) multum: MOLESTOATQ·MULTO ‖ 572. maxumi: MAXIMI: *corr Lomanus* | HỤṆÇḤẠBẸ(nt)Ṃ(u)ḶIO-MOR— (?) ‖ 575. *duo v. sunt in A* (— fides) | clientum (*sic A*) *vel* clientium ‖

síst pauper átque haud malús nequam habétur,
sin díues malúst, is cliéns frugi habétur.
Quí neque legés neque aequóm bonum usquám colunt,
Sollicitos patronos habent:
Datum denegant, quod datumst, litium pleni, rapaces 580. 581
Virí fraudulénti
Qui aut faénore aut periúriis
Habént rem parátam: †mensae in quo ire.
Eís ubi dicitúr dies, simúl patronis dícitur. 585
(Quippe quí pro illis loquántur, quae male fécerint:)
(Aut ád populum aut ín iure aut ád iudicém rest.)
Sicút me hodie nimis sóllicitum cliens quídam habuit neque quód uolui
Agere <h>aú quiquam licitúmst: ita me<d> attínuit, ita detínuit. 589
Ápud aediles pro éius factis plúrumisque péssumisque
Deíxei causam: cóndiciones tétuli tortas, cómfragosas.
Aut plus aut minus quam opus fuerat dicto dixeram †controuorsiam
Vt sponsio fieret: quid ille †qui praedem dedit.
Néc magis manuféstum ego hominem úmquam ullum tenéri uidi:
Ómnibus male fáctis testes trés aderant acérrumi.
Di illum ómnes perdant, íta mihi 596
Hunc hódie corrumpít diem:

---

576. Si est: SIEṢ ‖ 578 sq. *unus v. bipart. est in A* (*om velut* bonum)*: item v.* 583 sq. ‖ 579 sqq. *cf. ad v. 110* ‖ 580 sq. rapaces: (u)Ṛ(it)ẠṬỊS (*?*) ‖ 584. mensę inquoi rẽ B^2: ——NQUOLA(∗) ‖ 585. EỊS: Lis uiris ‖ 586. *secl Herm* | LOQUIMUR | FECERUNT ‖ 587. *secl Vss* | ad iudicem res est: APUDAEDILEMRESEST ‖ 588. NIMIS: minis ‖ 589. AGEREẠỊṬQU(Ạ)QUAM: Agere quicum: *corr Schoe* | *add Vahlenus* | ita (*sic A*) *vel* ita me ‖ 590 sq. *unus v. bipart. est in B* | PROEIUS: proeliis (*corr* B^2) | PLURUMISQ·PESSUMISQUE: plurimisq; pessimis qui *vel* plurumis pessumisq, | DETULI (*item* B^2) ‖ 592 sq. *cf. ad v. 110* | PIUS | QUAOPUS | FUERATDICTO: erat multo | UT *adhaeret v. 592* | quid (*sic A*) *vel* PE. quid | praedem (*sic A*) *vel* praedam ‖ 594. ILLUM ‖ 596—600^a. *binos coniungit B: discr Geppertus* (600^b *adhaeret v.* 601) ‖ 596. corrupit B^2 ‖

Meque ádeo, qui hodié forum 597
Vmquam óculis inspexí meis.
Diém corrupi | óptumum: 598
Iussi ádparari prándium:
Amíca expectat mé, scio.
Vbi prímumst licitum |, ílico 599
Properáui abire dé foro.
Irátast credo núnc mihi: 600
Placábit palla quám dedi,
Quam hodie uxori abstuli atque huic detuli Erotio. 601
PE. Quid aís? MA. Viro me malo mále nuptam. PE. Satin aúdis quae illic lóquitur?
MA. Satis. ME. Sí sapiam, hinc intro ábeam, ubi mihi bene sít. PE. Mane: male erit pótius.
MA. Né illam [m]ecastor faénerato ábstulisti. <PE.> Síc datur.
<MA.> Clánculum te istaéc flagitia fácere censebás potis [se]? 605
ME. Quíd illuc est, uxór, negoti? MA. Mén rogas? ME. Vin húnc rogem?
MA. Aúfer hinc palpátiones. <PE.> Pérge tu. ME. Quid tú mihi
Trístis es? MA. Te scíre oportet. PE. Scít, se<d> dissimulát malus.
ME. Quíd negotist? MA. Pállam — <ME.> Pallam? <MA.> Quídam pallam — quíd paues?
ME. Níl equidem paueó — nisi unum: pálla pallorem íncutit. 610
PE. Át tu ne clam mé comesses prándium, — perge ín uirum.

---

597. odie: *corr* B^2 | inspeximus: *corr* B^2 || 600. Placabit *vel* Placebit || 601. *cf. ad v. 110* | Quam hodie *vel* Quam || 602. statin: *corr* B^2 || 603. habeam: *corr* *B* || 604 sq. *add Gru* | censebas *vel* tensebas | potes se: *corr Lindemannus* || 607. MA. *vel* PE. | Aufer *vel* Aufir | *add Langenus* | perge *vel* perget || 608. Tris es MA. te (*vel* este): *corr* B^2 | sit: *corr* B^2 || 609. MA. *add Gru* || 610. paulo nisi: *corr* B^2D || 611. nec iam me: *corr* B^2 ||

ME. Nón taces? PE. Non <h>ércle uero táceo. nutat né loquar.
ME. Nón <h>ercle ego quidem úsquam quicquam núto neque nictó tibi.
PE. Níl hoc confidéntius: quin quaé uides ea pérnegat.
ME. Pér Iouem deosque ómnis adiuro, úxor, — satin hoc ést tibi? — 615
Mé isti non nutásse. <PE.> Credit iám tibi †de istis: illúc redi.
ME. Quó ego redeam? PE. Equidem ád phrygionem cénseo: ei, pallám refer.
ME. Quaé istaec pallast? <PE.> Táceo iam, quando haéc rem non meminít suam.
MA. Né ego ecastor múlier misera. ME. Quí<d> tu misera's? mi éxpedi.
Númquis seruorúm deliquit? num áncillae aut serueí tibi 620
Résponsant? elóquere: inpune nón erit. MA. Nugás agis.
ME. Trístis admodúmst. non mihi istuc sátis placet — <MA.> Nugás agis.
<ME.> Cérte familiárium aliquoi írata's. MA. Nugás agis.
ME. Núm mihi's iráta saltem? MA. Núnc tu non nugás agis.
ME. Nón edepol delíqui quicquam. MA. Em, rúrsum nunc nugás agis. 625
<ME.> Díc, mea uxor, quíd tibi aegrest? PE. Béllus blanditúr tibi.

---

613. usquam *vel* quam | *cf. ad v. 619* || 614. quinq': qui quae B^2 || 616. Mei si (*vel* sii) non | *add Ca* | redi *vel* credi || 617. egredeam: *corr* B^2 | phyygionem *vel* phrygionem | et: *corr Gru* || 618. *add Schmiederus* | memini: *corr* B^2 | 619. *post v. 613 extat: trai Kiesslingius* | ecastor *vel* egastor | *add Pareus* | miseres: *corr* B^2 || 620. aut seruet: *corr Gru* (haut seruient B^2) || 621. Respons (*vel* Responde) ante (Responsanti B^2) loquere: *corr Ca* || 622. admodum es B^2 | *dist Schoe* || 623. familiarum B^2 | aliquoi *vel* aliquo || 625. rurum: *corr* B^2D^2 ||

ME. Pótin ut mihi moléstus ne sis? númte appello?
MA. Aufér manum.
PE. Síc datur. properáto apsente mé comesse prándium:
Póst ante aedis cúm corona mé derideto ébrius.
ME. Néque edepol ego prándi neque hodie húc intro tetulí pedem. 630
PE. Tún negas? ME. Nego hércle uero. PE. Níl hoc homine audácius.
Nón ego te modo híc ante aedis cúm corona flór⟨e⟩a
Vídi astare, quóm negabas míhi esse sanum sínciput
Et negabas mé nouisse, péregrinum ai[e]bas ésse te?
ME. Quín ut dudum díuorti abs te, rédeo nunc demúm domum. 635
PE. Nóui ego te. non míhi censebas ésse qui te ulcíscerer:
Ómnia hercle uxóri dixi. ME. Quíd dixisti? PE. Néscio.
†Eampsus ei roga. ME. Quíd hoc est, uxor? quídnam hic narrauít tibi?
Quíd id est? quid tacés? quin dicis quíd sit? MA. Quasi tu néscias.
[Pálla mihist domó surrupta. ME. Pálla surruptást tibi? 639^b
MA.] Mé rogas? ME. Pol haúd rogem te, sí sciam. PE. O hominém malum: 640
Vt dissimulat. nón potes celáre: rem nouí⟨t⟩ probe:
[PE.] Ómnia hercle ego édictaui. ME. Quíd id est? MA. Quando níl pudet
Néque uis tua uolúntate ipse prófiteri, audi átque ades:
Ét quid tristis ⟨sim⟩ ét quid hic mihi díxerit, faxó scias.

---

629. coronam ederi (*vel* deri) deto: *corr* B^2 ‖ 630. detuli B^2 ‖ 634. alebas *vel* aiebas: *del Bo* ‖ 635. abs *vel* ads ‖ 636. uolciscier: *corr* B^2D^2 ‖ 638. Eampsus ei *vel* Eam plus (ipsus B^2) ‖ 639^b. *secl Ac: cf. 645* ‖ 640. MA. o *vel* ho ‖ 641. *add Ac* ‖ 643. audiat qui (*vel* quid): *corr* B^2 | ades *vel* adest ‖ 644. *add Lamb duce Py* ‖

Pálla mihist domó surrupta. ME. Pálla surruptást mihi? 645
PE. Víden ut <te> sceléstus captat? huíc surruptast, nón tibi:
Nám profecto tíbi surrupta si ésset, salua nún<c> foret.
ME. Níl mihi tecumst. séd tu quid ais? MA. Pálla, inquam, periít domo.
ME. Quís eam surrupuít? MA. Pol istuc ílle scit qui illam ápstulit.
ME. Quís is homost? MA. Menaéchmus quidam. ME. Édepol factum néquiter. 650
Quís is Menaechmust? MA. Tú istic, inquam. ME. Égone? MA. Tu. ME. Quis árguit?
MA. Égomet. PE. Et ego: atque huíc amicae détulisti Erótio.
ME. Égon dedi? MA. Tu, tú istic, inquam. <PE.> Vín adferri nóctuam,
Quaé 'tu tu' usque dícat tibi? nam nós iam [nos] defessí sumus.
ME. Pér Iouem deosque ómnis adiuro, úxor, — satin hoc ést tibi? — 655
Nón dedisse — PE. Immo hércle uero, nós non falsum dícere.
ME. Séd ego illam non cóndonaui, séd sic utendám dedi.
MA. Équidem ecastor tuám nec c<h>lamydem dó foras nec pállium
Quoíquam utendum. múlierem aequomst uéstimentum múliebre
Dáre foras, uirúm uirile. quín refers pallám domum? 660
ME. Ego faxo referétur. MA. Ex re túa, ut opinor, féceris:

645. tibi: *corr amicus Lambini* ‖ 646. Vident ut: *corr B* | *add Lamb* | capiat: *corr Ca* ‖ 647. non: *corr Ca* ‖ 650. Quis hic: *corr Brixius* ‖ 653. dedi MA. tutu *vel* dedit utu (*vel* ut) | *add Schoe* ‖ 654. tututus que: *corr B* ‖ 656. *dist Vahlenus* | MA. immo ‖ 658. ecastor *vel* etastor | do *vel* de ‖

Nám domum numquam íntroibis, nísi feres pallám simul.
[ME.] E[g]o domum. PE. Quid míhi futurumst, quí tibi hanc operám dedi?
MA. Ópera reddetúr, quando quid tíbi erit surruptúm domo.
PE. Íd quidem edepol númquam erit: nam níl est quod perdám domi. 665
Quá uirum qua uxórem di uos pérdant. properabo ád forum:
Nam éx hac familiá me plane éxcidisse intéllego.
ME. Mále mihi uxor sesé fecisse cénset, quom exclusít foras:
Quási non habeam quo íntromittar álium meliorém locum.
Sí tibi displiceó, patiundum: at plácuero huic Erótio, 670
Quaé me non exclúdet ab se, séd apud se occludét domi.
Núnc ibo: orabo út mihi pallam réddat quam dudúm dedi.
Áliam illi redimám meliorem. ⟨h⟩e[i]us, écquis hic est iánitor?
Áperite atque Erótium aliquis éuocate ante óstium.

EROTIVM. MENAECHMVS I
MERETRIX ADVLESCENS

ER. Quís hic me quaerit? ME. Síbi inimicus mágis quam | aetatí tuae. 675
⟨ER.⟩ Meí Menaechme, cúr ante aedis ástas? sequere intró. ME. Mane.

---

663. *del Bent* ‖ 664. ME. | Operam: *corr B*² ‖ 666. Cum uiro cum uxore: *corr Fl* ‖ 670. ad *vel* at ‖ 671. ab se *vel* abste *l* occludit *vel* occludet ‖ 672. reddat *vel* reddo ad ‖ 673. et (*ve*| hec) quis: *corr B*² ‖ 674. aliquis *vel* aliqui | hostium: *corr C* ‖ 676. *add Ca* | has stas *B*² ‖

Scín quid est, quod ego ád te uenio? ER. Scío: ut tibi ex me sít uolup[tas].
ME. Ímmo edepol pallam íllam, amabo té, quam tibi dudúm dedi,
Míhi eam redde: uxór resciuit rem ómnem, ut factumst, órdine.
Égo tibi redimám bis tanto plúris pallam, quám uoles. 680
ER. Tíbi dedi equidem illam, ád phrygionem út ferres, pauló ⟨pr⟩ius,
Ét illud spinter, út ad aurificem férres, ut fierét nouom.
ME. Míhi tu ut dederis pállam et spinter? númquam factum réperies.
Nam égo quidem postquam íllam dudum tíbi dedi, atque abii ád forum:
Núnc redeo, nunc té postillac uídeo — ER. Video quám rem agis: 685
Quaé commisi ut mé defrudes, ád eam rem adfectás uiam.
ME. Néque edepol te défrudandi caúsa posco. quín tibi
Díco uxorem résciuisse. ⟨ER.⟩ Néc te ultro oraui út dares:
[ER.] Túte ultro ad me détulisti. dédisti eam donó mihi:
Eándem nunc reposcis. patiar: tíbi habe |, aufer, útere 690
Vél tu uel tua úxor, uel etiam ín ⟨l⟩oculos conpíngite.
Tu húc post hunc diém pedem intro nón feres, ne frústra sis:
Quándo tu me béne merentem tíbi habes despicátui,
Nísi feres argéntum, frustra⟨'s:⟩ mé ductare nón potes.
Áliam posthac ínuenito, quám habeas frustrátui. 695

---

677. Scin *vel* Sin | *del Py* ‖ 680. tanto *vel* tanta ‖ 681. paulo uis (ante B^2) ‖ 683. tu ut *vel* ut tu (tu *Priscianus*) | releceris *vel* relegeris: *corr ex Prisciano* ‖ 685. dost illac: *corr* B^2 | *dist Schoe* ‖ 686. Quia: *corr Bo* ‖ 688 sq. *add et del Py* ‖ 691. *add Balbachius* ‖ 692. ferustasis *vel* frustrassis: *corr Py* ‖ 694. *add Ri* | potes *vel* potest ‖

ME. Nímis iracunde hércle tandem. heús tu, tibi dicó,
mane.
Rédi. etiamne astás? etiam audes meá reuorti grátia?
Ábiit intro, occlúsit aedis. núnc ego sum exclusíssumus:
Néque domi neque ápud amicam míhi iam quicquam créditur.
Íbo et consulam hánc rem amicos, quíd faciendum cénseant. 700

ACTVS IV

MENAECHMVS II MATRONA
ADVLESCENS

ME. Nimis stúlte dudum féci, quom marsúppium
Messénioni cum árgento concrédidi.
Inmérsit aliquo sése credo in gáneum.
MA. Prouísam, quam mox uír meus redeát domum:
Sed éccum uideo: sálua sum, pallám refert. 705
ME. Demíror ubi nunc ámbulet Messénio.
MA. Adíbo atque hominem accípiam quibus dictís meret.
Non té pudet prodíre in conspectúm meum,
Flagítium | hominis, cum ístoc ornatú? ME. Quid est?
Quae té res agitat, múlier? MA. Etiamne, ínpudens, 710
Muttíre uerbum unum aúdes aut mecúm loqui?
ME. Quid tándem admisi in me, út loqui non aúdeam?
MA. Rogás me? ⟨o⟩ hominis ínpudentem audáciam.
ME. Non tú scis, mulier, Hécubam quaproptér canem

696. *dist Ac* ‖ 698. Abi *vel* Abii: *corr* B^2 | octus itaedis: *corr* B^2 ‖ 704. uer *vel* /////ra: *corr* B^2D ‖ 707. dictis quibus *Nonius* | aeret: *corr ex Nonio* (maeret B^2) ‖ 710. res te: *trai Brixius* | agitat *vel* agit ad | MA. *vel* ME. ‖ 711. Muttire *vel* Mittire ‖ 713. *add Py* ‖ 714. hecubam *vel* heccubam | qua *vel* quam ‖

Graii ésse praedicábant? MA. Non equidém scio. 715
<ME.> Quia idém faciebat Hécuba, quod tu núnc facis.
Omnía mala ingerébat, quemquem aspéxerat:
Itaque ádeo iure coépta appellaríst Canes.
MA. Non égo | ista[ha]ec flagítia possum pérpeti:
Nam méd aetatem uíduam | esse máuelim 720
Quam istaéc flagitia túa pati, quae tú facis.
ME. Quid id ád me, tu te núptam possis pérpeti,
An sís abitura a tuó uiro? an mos híc itast,
Peregríno ut adueniénti narrent fábulas?
MA. Quas fábulas? non, ínquam, patiar praéterhac, 725
Quin uídua uiuam, quám tuos mores pérferam.
ME. Meá quidem hercle caúsa uidua uíuito
Vel úsque dum regnum óptinebit Iúppiter.
MA. At míhi negabas dúdum surrupuísse te,
Nunc eá<n>dem ante oculos áttines: non té pudet? 730
ME. Heu hércle, mulier, múltum et audax ét mala's.
Tun tíbi hanc surruptam dícere audes, quám mihi
Dedit ália mulier, út concinnandám darem?
MA. Ne istúc mecastor, iám patrem accersám meum
Atque eí narrabo túa flagitia quaé facis. 735
Ei, Décio, quaere meúm patrem, tecúm simul
Vt uéniat ad me |: íta rem | esse dícito.
Iam ego áperiam istaec túa flagitia. ME. Sánan es?
Quae méa flagitia? MA. Pállam | atque aurúm meum
Domó suppilas túae | uxori | ét tuae 740
Degéris amicae. sátin haec recte fábulor?
ME. Quaeso hércle, mulier, sí scis monstra quód bibam,
Tuám qui possim pérpeti petulántiam.
Quem tú †hominem arbitrare, néscio:
Ego té simitu nóui cum Portháone. 745

718. appellare est: *corr* B^2 | canis B^2D^2 ‖ 720. med a te B^2 ‖ 721. ista hec: *corr* B^2 ‖ 723. adtuo: *corr* B^2 | annos: *corr* B^2 | ita est hoc (hic B^2): *trai Bo* ‖ 725. ME. ‖ 735. inarrabo *vel* enarrabo: *corr* B^2 ‖ 736. deceo | quare: *corr* B^2 ‖ 741. Dederis B^2 ‖ 745. sime tu (*vel* ñtu): *corr Ca* ‖

MA. Si mé derides, át pol illum nón potes,
Patrém meum, qui huc áduenit. quin réspicis?
Nouístin tu illum? ME. Nóui cum Calchá simul:
Eodém die illum uídi quo te ante húnc diem.
MA. Negás nouisse mé? negas patrém meum? 750
ME. Idem hércle dicam, sí auom uis addúcere.
MA. Ecástor pariter hóc atque alias rés soles.

SENEX. MATRONA. MENAECHMVS II
ADVLESCENS

SE. Vt aétas meást atque ut hóc usus fáctost,
Gradúm proferám, progredí⟨ri⟩ properábo.
Sed íd quam mihí facile sít, haud sum fálsus. 755
Nam pérnicitás deserít: consitús sum
Senéctute: onústum geró corpus: uíres
Relíquere. ut aétas malást, mers mala érgost.
Nam rés plurumás pessumás, quom aduenít, adfert.
quás si autumem ómnis, nimís longus sérmost. 760
Séd haéc res mihi ín pectore ét corde cúraest:
Quidnam hoc sit negoti quod filia sic 762
Repente expetit me ut ad sese irem
Nec quid id sit mihi certius facit, 763
Quid uelit. quid me accersit?
Verúm propemodúm iam sció, quid siét rei: 764
Credó cum uiró litigiúm natum esse áliquod.
Ita ístaec solént, quae uirós subseruíre

---

746. ad (ac B^2) ‖ 747. respicis *vel* resipiscis ‖ 748. Nouistin (*vel* Nouisti in) tu: Nouistin *Priscianus* | calchante *vel* calcante(s): *corr ex Prisciano* ‖ 749. illum uidi *vel* uidi illum | MA. ante *vel* ante ‖ 750. MA. Negas *vel* Negas ‖ 754. *add Bo* ‖ 755. facile sit mihi: *trai Bo* ‖ 756. conscitus (conscius B^2): *corr ex Nonio* ‖ 758. merx (*vel* mer//////) mala ergost: mers mala est ergo *Nonius* ‖ 759. quam *vel* cum: *corr* B^2 | adfert *vel* fert ‖ 760. autumem *vel* autumen ‖ 761. corde *vel* corda | cura (*vel* dura) est: *corr* B^2 ‖ 762 sq. *cf. ad v. 110* ‖ 763. *distinximus* ‖

Sibí postulánt, dote frétae, feróces.
Et ílli quoque haúd abstinént saepe cúlpa.
Verúmst modus tamén, quoad pati úxorem opórtet.
Nec pól filia úmquam patrem áccersit ád se, 770
Nisi aút quid commíssi †aut iurgist caúsa.
Sed íd quicquid ést iam sciam. átque eccam eámpse
Ante aedis et eius tristem uirum uideo: id est, quod suspicabar. 773. 774
Áppellabo hanc. <MA.> Íbo <ad>uorsum. [MA.] sálue multum, mí pater. 775
SE. Sálua sis. saluén aduenio? sáluen accersí iubes?
Quíd tu tristis és|? quid ille autem ábs te iratus déstitit?
Néscioquid uos uélitati éstis inter uós duos.
Lóquere, uter meruístis culpam, paúci<s>, non longós logos.
MA. Númquam equidem quicquám deliqui: hoc prímum te absoluó, pater. 780
Vérum uiuere híc non possum néque durare ulló modo:
Proín tu me hinc abdúcas. SE. Quid istuc aútemst? MA. Ludibrió, pater,
Hábeor. SE. Vnde? MA. Ab íllo quoi me mándauisti, meó uiro.
SE. Ecce autem litígium. quotiens tándem | edixí tibi,
Vt caueres, neúter ad me irétis cum querimónia? 785
MA. Quí ego istuc, mi páter, cauere póssum? SE. Men intérrogas?
Nísi non uis. quotiéns monstraui tíbi, uiro ut morém geras? 787. 788

---

769. quoad *vel* quod (quo id B^2) ‖ 771. commissi *vel* commisi | iurgii (*vel* uirgi *vel* uigil) est ‖ 772. quicquid id: *trai Bo* | eam ipse B^2D^2 ‖ 773 sq. *cf. ad v. 110* ‖ 775. *pers add et del Gul* | ad *add Py* ‖ 776. aduenio *vel* ad uetuo *vel* ad tuo ‖ 778. uos *om Paulus* | ueliati *vel* uelati: *corr ex Nonio Pauloque* | duo *Nonius* (*om Paulus*) ‖ 779. locos ‖ 780. absoluo *vel* absolue ‖ 781. uiuere hic *vel* hic uiuere ‖ 783. qui *vel* cui: *corr* B^2 ‖

Quíd ille faciat né id obserues, quó eat, quid rerúm gerat.
MA. Át enim ille hinc amát meretricem ex próxumo. SE. Sané sapit: 790
Átque ob istanc indústriam etiam fáxo amabit ámplius.
MA. Átque ibi potat. SE. Tuá quidem ille caúsa potabít minus,
Sí[ue] illic, siue alibí lubebit? quae haéc, malum, inpudéntiast?
Vna opera prohibére ad cenam né promittat póstules
Néue quemquam accípiat alienum ápud se. seruirín tibi 795
Póstulas uirós? dare una ópera pensum póstules,
Ínter ancillás sedere iúbeas, lanam cárere.
MA. Nón equidem mihi te áduocatum, páter, adduxi, séd uiro:
Hínc stas, illim caúsam dicis. <SE.> Sí ille quid delíquerit,
[SE.] Múlto tanto illum áccusabo quám te accusaui ámplius. 800
Quándo te auratam ét uestitam béne habet, ancillás, pen<um>
Récte praehibet, mélius sa[m]nam est, múlier, mentem súmere.
MA. Át ille suppilát mihi aurum et pállas ex arcís domo:
Mé despoliat, mea órnámenta clam ád meretrices dégerit.
SE. Mále facit, si istúc facit: si nón facit, tu mále facis, 805

---

790. At *vel* Ad ‖ 792. Atque *vel* At ‖ 793. *del Bo* ‖ 795. Neue *vel* Neque | te: *corr Ac* ‖ 796. pensum *vel* pinsum ‖ 797. iubes *Varro* | carpere: *corr ex Varrone* ‖ 798. equidem *vel* quidem | mihi te B^2: mittit ‖ 799 sq. illinc B^2 | *add et del Ca* | tanta ‖ 801. anpillas ‖ 802. p̄hibet *vel* p̄hibent (p̄hibet B^2) ‖ 803. palla sex *vel* pallas sex (pallam ex B^2) | arcis *vel* artis | modo: *corr Gul* ‖ 804. iam *vel* tiam me: *corr Ac* ‖

Quae ínsontem insimulés. MA. Quin etiam núnc habet pallám, pater,
⟨Ét⟩ spinter, quod ad hánc detulerat: núnc, quia resciuí, refert.
SE. Iám ego ex hoc, ut fáctumst, s⟨c⟩ibo: ⟨íbo⟩ ad hominem atque ⟨ád⟩loquar.
Díc mihi istuc, Menaéchme, quod uos díssertatis, út sciam.
Quíd tu tristis és? quid illa autem írata abs te déstitit? 810
ME. Quísquis es, quicquíd tibi nomen ést, senex: summúm Iouem
Deósque do testís — ⟨SE.⟩ Qua de re aut quóius rei rerum ómnium?
⟨ME.⟩ Mé neque isti mále fecisse múlieri, quae me árguit
Hánc domo ab se súrrupuisse atque ábstulisse †delurat. 814
Sí ego intra aedis húius umquam, ubi hábitat, penetrauí ⟨pedem,⟩ 816
Ómnium hominum exópto ut fiam míserorum misérrumus.
SE. Sánun es, qui istúc exoptes aút neges te umquám pedem
Ín eas aedis íntulis⟨se⟩ ubi hábitas, insaníssume?
ME. Tún, senex, aís habitare méd in illisce aédibus? 820
SE. Tú⟨n⟩ negas? ME. Nego hércle uero. SE. Immo †hec eludere negas:

806 sq. insimules *vel* insemules | pater *adhaeret v. 807* | refert *vel* refer || 808. hoc ut *vel* hoc | ibo *ex ras B, add Ca* | adquem: *corr B*² | ad *add Sarac* || 810. Quid *vel* Qui | tristis *B*²*D*²: trix | quid *vel* quod | illa *vel* illã | iratam abste destituis (*vel* dedistitus): *corr Dousa* || 812 sq. detestes (detestor *B*²*D*²): *corr Gru* | *add Py* | arguit *vel* arruit || 814. domo *vel* dono | deiurat *B*² || 816. hedis *vel* ędis | *suppl Py* || 818. nec est e *vel* necẽ (necẽ ut *B*²) || 819. ea sedis: *corr B*² | intuleris *B*² || 820. Tunc *et* ait: *corr B*² | med *vel* m&d *vel* me || 821. *add Bo* | neq; *vel* neo///:

Nísi quo nocte hac ⟨éx⟩migrasti. — †concede huc fília.
Quíd tu ais? num hinc éxmigrasti⟨s⟩? ⟨MA.⟩ Quem
ín locum aut ⟨quam⟩ ob rem, óbsecro?
SE. Nón edepol sció. ⟨MA.⟩ Profecto lúdit te hic. non
tú[te] tenes?
⟨SE.⟩ Iám uero, Menaéc⟨h⟩me, satis iocátu's: nunc
hanc rém [a]gere. 825
⟨ME.⟩ Quaéso, quid mihi técumst? unde aut quís tu
homo's? ◡ ´ ◡ –
†Tibi aut adeo isti, quae mihi molestast quoquó modo?
⟨MA.⟩ Víden tu illi⟨c⟩ oculós uirere? ut uíridis ex-
oritúr colos
Éx temporibus átque fronte: ut óculi scintillánt,
uide. 829
ME. Quíd mihi meliust quám, quando illi me ínsanire
praédicant, 832
Égo me⟨d⟩ adsimulem ínsanire, ut íllos a me apstér-
ream?
MA. Ýt pandiculans óscitatur. quíd nunc faciam, mi
pater?
SE. Cóncede huc, mea náta, ab istoc quám potest lon-
gíssume. 835
ME. †Eubi atque heu Brómie, quo me in síluam ue-
natúm uocas?
Aúdio, sed nón abire póssum ab his regiónibus:
Íta illa me ab laeuá rabiosa fémina adseruát canis:
Póst[t]e autem illic †ircosalus, quí saepe aetate ín sua

---

corr B^2 | MA. inmo *vel* immo: *corr Ac* | negas *vel* neg& ‖ 822. qua B^2 | ac: *corr* B^2 | concede *vel* conce | hac: *corr Ca* ‖ 823. agis: *corr B* | exmigrasti *vel* exaigrasti: *corr Ac* | aut ob *vel* aut: *suppl Beroaldus* ‖ 824. MA.: *corr Py* | *del Mue* ‖ 825. locatus (iocatus B^2): *corr Ca* | ac rem: *corr* B^2 | *del Stu* ‖ 826. *lac sign Py* ‖ 828. c *add Ri* | iurere ut *vel* uire////: *corr* B^2 ‖ 829. scintillant *vel* sintillant ‖ 833. *add Bo* ‖ 834. Vt *et* MA. quid *vel* MA. Vt *et* quid | pandiculas *vel* pandiculans ‖ 835. potest *vel* potes ‖ 836. Eubi *vel* Eum (Heu B^2) ‖ 837. habire *vel* abire ‖ 839. *del Ri* | sepe *vel* sese ‖

Pérdidit ciuem ínnocentem fálso testimónio. 840
SE. Vaé capiti tuo. <ME.> Écce, A[p]pollo míhi ex oraclo | ímperat,
Ýt ego illi<c> oculós exuram lámpadibus ardéntibus.
MA. Périi, mi patér: minatur míhi oculos exúrere. 843
ME. Eí mihi, insaníre me aiunt, últro quom ipsi insániunt. 831
SE. Fília, heus. <MA.> Quid ést? quid agimus? <SE.> Quíd, si ego huc seruós cito? 844
Íbo, adducam qui húnc hinc tollant ét domi deuínciant, 845
Príus quam turbarúm quid faciat ámplius. †enim ereo.
<ME.> Ni óccupo aliquod míhi consilium, hí domum me ad se aúferent.
Púgnis me uotás in huius óre quicquam párcere,
Nei á meis oculís abscedat ín malam magnám crucem.
Fáciam quod iubés, Apollo. SE. Fúge domum quantúm potest: 850
Ne híc te obtundat. MA. Fúgio. amabo, ádserua istunc, mí pater,
Néquo hinc [h]abeat. súmne ego mulier mísera, quae illaec aúdio?
ME. Haúd male illanc ámoui * * núnc hunc inpuríssumum,
Bárbatum, tremulúm Tithonum, quí cluet Cyc<i>nó patre.
Íta mihi imperás, ut ego huius mémbra atque ossa atque ártua 855

---

841. Ve *vel* SE. Ve | oraclo *vel* oraculo ‖ 842. *add Ri* | exuram *vel* exurati ‖ 843. Perii (*vel* Peri) mihi: *corr* B^2 ‖ 831. alunt *vel* aiunt | ipse: *corr* B^2 ‖ 844. MA. *add Ac* | seruo scito (*vel* scio): *corr* B^2 ‖ 846. enim (ME. enim D^2) ereo *vel* enim (enim uero B^2) ‖ 847. *add Schoe* | aliquid ‖ 848 sq. *dist Ri* ‖ 849. Nei amiis *vel* Ne iam meis (his B^2): *corr Vahlenus* | oculis *vel* occulis ‖ 850. potest *vel* potes ‖ 852. Nequo *vel* Neq; | summe *vel* sumne | illa hec *vel* illaec | audeo: *corr* B^2 ‖ 853. nunc *vel* num ‖ 854. titanum (*item Priscianus*): *corr Meursius* | qui lucet (*corr Palm*) cycno (*corr Ri*) *Priscianus*: cycno prognatum ‖ 855. huius menbra: cuius membra *Nonius* | artus B^2 ‖

Cómminuam illo scípione quem ípse habet. SE. Dabitúr malum,
Mé quidem si attígeris aut si própius ad me accésseris.
ME. Fáciam quod iubés: securi<m> cápiam ancipitem atque húnc senem —:
Ósse fini dédolabo ássulatim uíscera.
SE. Énim uero illud praécauendumst átque adcurandúmst mihi. 860
Sáne ego illum metuo, út minatur, néquid male faxít mihi.
ME. Múlta mihi imperás, Apollo. núnc equos iunctós iubes
Cápere me indomitós, ferocis, átque in currum inscéndere,
Ýt ego hunc proterám leonem <u>étulum, olentem, edéntulum.
Iam ádstiti in currúm: iam lora téneo, iam stimulum: ín manust. 865
Ágite equi, facitóte sonitus úngularum appáreat:
Cúrsu celeri fácite inflexa sít pedum pernícitas.
<SE.> Míhin equis iunctís minare? <ME.> Écce, Apollo, dénuo
Mé iubes facere ínpetum in eum quí stat atque occídere.
Séd quis hic est qui mé capillo hínc de curru déripit? 870
Ímperium tuóm demutat átque <e>dictum Apóllinis.
SE. Eu hércle, morbum acrem ác durum * * * * *
* * * * * * * di, uostrám fidem: 872b
Vel híc qui insanit quám ualuit pauló prius.

---

858 sq. capiam *vel* cupiam | Senem *adhaeret v. 859: corr Ca* | *dist Gronovius* | fini: nisi *Nonius* || 860. adcura (*vel* adcurã) dum (*corr* B^2) si || 864. *add Gul* | edentius: *corr Pius* || 865. *distinximus* || 866. apparent: *corr Ri* || 867. facite *vel* facitote | inflexu: *corr Dousa* | sint *vel* sunt: *corr* B^2 || 868. *add Ca* | manare: *corr* B^2 | ecce *vel* acce || 871. apollinis *vel* apollonis || 872. *lac sign Schoe* ||

Ei dérepente tántus morbus íncidit.
Eibo átque áccersam médicum iam quantúm potest. 875

MENAECHMVS

Iamne ísti abierunt quaéso ex conspectú meo,
Qui mé ui cogunt, †ut ualidus insániam?
Quid césso abire ad náuem, dum saluó licet?
* * * * * * * * * * * *
Vosque ómnis quaeso, sí senex reuénerit, 880
Ni me índicetis, quá platea hinc aufúgerim.

ACTVS V

SENEX

Lumbí sedendo |, óculi spectandó dolent,
Manéndo medicum, dúm se ex opere récipiat.
Odiósus tandem uíx ab aegrotís uenit.
Ait se óbligasse crús fractum Aesculápio, 885
Apóllini autem bráchium. nunc cógito,
Vtrúm me dicam dúcere medicum án fabrum.
Atque éccum incedit. móue formicinúm gradum.

MEDICVS. SENEX

MED. Quid esse[t] ílli morbi díxeras? narrá, senex.
Num láruatus aút cerritus<t>? fác sciam. 890
Num eúm ueternus aút aqua intercús tenet?
SE. Quin eá te causa dúco, ut id dicás mihi
Atque íllum ut sanum fácias. MED. Perfacile íd quidemst.

---

879. *lac sign Ri* ‖ 882. *novam scaenam sign Warnerus* | exspectando: *corr ex Ausonio* ‖ 886. autem *vel* autem autem | cogito *vel* gito ‖ 890. *add Brixius duce Ri* ‖ 891. uetenus: *corr* $B^2 D^2$ ‖ 892. id dicas *vel* dicas ‖ 893. quid ast (*vel* ea est): *corr* B^2 ‖

Sanúm futurum, méa ego id promittó fide.
SE. Magná cum cura ego íllum curarí uolo. 895
⟨MED.⟩ Quin súspirabo plús †sescenta ín dies:
[ME.] Ita †ego illum cum cura magna curabó tibi.
SE. Atque éccum ipsum hominem: ópseruemus quám rem agat.

MENAECHMVS I. SENEX. MEDICVS ADVLESCENS

ME. Edepol ne hic diés peruorsus átque aduorsus mi óptigit.
Quaé me clam ratús sum facere, ea ómnia fecít palam 900
Párasitus, qui mé conpleuit flágiti et formídinis:
Méus Vlixes, suó qui regi tántum conciuít mali.
Quem égo hominem, †siquidem uiuo, uita euoluám sua.
Séd ego stultus súm, qui illius ésse dico quaé meas[i]t.
Meó cibo et sumptu éducatust: ánima priuabó uirum. 905
Cóndigne autem haec méretrix fecit, út mos est meretrícius:
Quía rogo, palla út referatur rúrsum ad uxorém meam,
Míhi se ait dedísse. eu edepol né ego homo uiuó miser.
SE. Aúdin quae loquitúr? MED. Se miserum praédicat. ⟨SE.⟩ Adeás uelim.
⟨MED.⟩ Sáluos sis, Menaéchme. quaeso, cúr apertas bráchium? 910
Nón tu scis, quantum ísti morbo núnc tuo faciás mali?

---

894. eco ‖ 900. Quem eclam: *corr* $B^2 D^2$ ‖ 901. Parasitus *vel* Pasitus | conplebit: *corr* B^2 ‖ 902. tantum *vel* tantantum ‖ 903. nitae uoluam: *corr* B^2 ‖ 904. *del Ca* ‖ 906. meretricius *vel* meretricibus ‖ 907. pallam D^2 ‖ 908. heu B^2 ‖ 909. sed: *corr* B^2 | at eas B^2 ‖ 911. *dist Ri* ‖

<ME.> Quín tu te suspéndis? MED. Ecquid séntis? SE. Quidni séntiam?
MED. Nón potest haec rés ellebori †iungere optinérier.
Séd quid ais, Menaéchme? ME. Quid uis? <MED.> Díc mihi hoc quod té rogo:
Álbum an atrum uínum potas? ME. Quín tu is in malám crucem? 915
<MED.> Iam hércle occeptat ínsanire prímulum. * * * * *
* * * * * * * * * ME. Quin tu me intérrogas,
Púrpureum panem án puniceum sóleam ego esse an lúteum?
Sóleamne esse auís <s>quamossas, píscis pennatós? SE. Papae,
Aúdin tu, ut delíramenta lóquitur? quid cessás dare 920
Pótionis áliquid, priusquam pércipit insánia?
MED. Máne modo: etiam pércontabor. ME. †Alia, occidis fábulans.
MED. Díc mihi hoc: solént tibi umquam óculi duri fíeri?
ME. Quíd? tu me lucústam censes ésse, homo ignauíssume?
MED. Díc mihi, enumquam íntestina tíbi crepant, quod séntias? 925
ME. Vbi satur sum, núlla crepitant: quándo esurio, túm crepant.
MED. Hóc quidem edepol haú pro insano uérbum respondít mihi.

---

912. ME. quidni: *corr Schoe* ‖ 913. (i)unguine B^2 ‖ 914. menachme, *vel* menechme | quid *vel* ME. quid | dic mihi *vel* mihi | te rogo *vel* rogo ‖ 916. *add Ac* | occepta: *corr* B^2 | *lac sign Schoe duce Ri: ad quam fort. pertinet quod ad Curc. v. 243 sq. in B adscr. m. saec XIV* (album an atrum uinum potas) quid tibi quaesito opus est ‖ 919. quamosas *vel* quam ossa (ossas B^2) ‖ 920. Auditu: *corr* B^2D^2 ‖ 922. occidis *vel* occipis | fabulam *vel* falam: *corr Ac* ‖ 924. lacustam B^2 ‖ 925. mehi: *corr* B^2 | an umquam B^2 | tibi *om Nonius* ‖ 926. tunc *Nonius* ‖ 927. haud B^2 ‖

Pérdormiscin úsque ad lucem? [ME.] fácilin tu dormís
cubans? 928
ME. Pérdormisco, sí resolui árgentum quoi débeo. 930
<MED.> * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
ME. Quí te Iuppitér dique omnes, pércontator, pérduint.
MED. Núnc homo insaníre occeptat: de íllis uerbis
cáue tibi.
SE. Ímmo Nestor núnc quidemst de uérbis, praeut
dudúm fuit: 935
Nám dudum uxorém suam esse aiébat rabiosám canem.
ME. Quíd ego dixi? <SE.> Insánus, inquam, — <ME.>
Egone? <SE.> Tu istic, [SE.] quí mihi
Etiam me iunctís quadrigis mínitatu's prostérnere.
<ME.> * * * * * * * * * * * * * * *
<SE.> Égomet haec te uídi facere: égomet haec te<d>
árguo. 940
ME. Át ego te sacrám coronam súrrupuisse Ióui s<cio>:
Ét ob eam rem in cárcerem ted ésse conpactúm scio:
Ét postquam es emíssus caesum uírgis sub furcá scio:
Túm patrem occidísse et matrem uéndidisse etiám scio.
Sátin haec pro sanó male dicta mále dictis respóndeo?
SE. Óbsecro hercle, médice, propere quídquid facturú's
face. 946
Nón uides hominem ínsanire? MED. S<c>ín quid
facias óptumumst?
Ád me face uti déferatur. SE. Ítane censes? MED.
Quíppini?

---

928 sq. Perdormiscanius que | facilen *B*² | curans. MED.: *corr Scioppius* | *lac sign Ri* ‖ 932. perdunt (i *s. scr. B*²) ‖ 935. uerbis *vel* uebis ‖ 936. alebat: *corr B* ‖ 937. *dist Schoe* | tustic *vel* custic *vel* istuc ‖ 938. minis status: it *corr B*, u's *Lamb* | *lac sign Ri* ‖ 940. uide: *corr B*² | *add Guy* ‖ 941. iouis *vel* lo iouis: *suppl Ca* ‖ 942. ob eam *vel* obeatam | te (*vel* teb) deesse: *corr B* ‖ 943. Et *vel* E | suffurca *vel* sufurca: *corr B*² ‖ 945. rescondeo: *corr B*² ‖ 946. maledice: *corr B*² | facturus: *corr Lamb* ‖ 947. optumum es: *corr B*² ‖ 948. ut id eferatur *vel* ut deferatur | itana: *corr B*² ‖

Íbi meo arbitrátu potero cúrare hominem. SE. Age,
út lubet.

<MED.> [H]Elle[s]borum potábis faxo áliquos uigintí
dies. 950

ME. Át ego te pendéntem fodiam stímulis trigintá dies.

MED. I, árcesse homines, qui íllun<c> ad me déferant.
SE. Quot súnt satis?

MED. Proínde ut insaníre uideo, quáttuor, niló minus.

SE. Iam híc erunt. adsérua tu istunc, médice. MED.
Immo ibó domum,

Ýt parentur quíbus paratis ópus est. tu[s] seruós
iube 955

Húnc ad me feránt. SE. Iam ego illic fáxo erit.
<MED.> Abeó. <SE.> Vale.

ME. Ábiit socerus, ábiit medicus: [nunc] sólus sum.
pro Iúppiter,

Quíd illuc est, quod †me hic homines ínsanire praé-
dicant?

Nam équidem, postquam gnátus sum, numquam aégro-
taui unúm diem:

Néque ego insanió neque pugnas néque ego litis
coépio. 960

Sáluos saluos álios uideo: nóui | homines, ádloquor.

Án illi perperam ínsanire me áiunt, ipsi insániunt?

Quíd ego nunc faciám? domum ire cúpio |, uxor nón
sinit:

Húc autem nemo íntromittit: nímis prouentumst né-
quiter.

Híc er[g]o usque: ad nóctem saltem, crédo, intromittár
domum. 965

---

950 sq. *ordine inv libri: trai Ca* | Helles forum B^2 | alios B^2 ‖ 952. Larcesse: *corr Pareus* | illum: *corr Ca* ‖ 953. ut *vel* ui | uideor: *corr B* | nihil hominus: *corr* B^2 ‖ 955 sq. tus *vel* tuos | iube *vel* lube | hunc *adhaeret v. 955: corr Lamb* ‖ 957. abiit *vel* habiit | *del Guy* ‖ 959. *solus habet B* ‖ 960. ne litis *Nonius* | cupio: *corr ex Nonio* ‖ 962. perderam | alunt: *corr* B^2 ‖ 964. nequiter *vel* nequitur ‖ 965. *del Pius* | usce: *corr* B^2 | *dist Bo* ‖

MESSENIO. (MENAECHMVS I)
SERVOS ADVLESCENS

MES. Spectámen bonó seruo id ést, qui rem erílem
Procúrat, uidét, collocát cogitátque,
Vt ábsente eró rem | erí diligénter
Tutétur, quam si ípse adsit, aút rectiús.
Tergúm quam gulám, crura quám uentrem opórtet
Potióra esse quoí cor modéste sitúmst. 971
Recordetur id, qui nili sunt quid [i]is preti
Detur ab suis eris ignauis improbis uiris. 973
Verbera, compedes,
Molae, magna
Lassitudo, fames, frigus durum. 975
Haec pretia sunt ignauiae:
Id ego male malum metuo. propterea bonum esse certumst potius quam malum.
Nam magis multo patior facilius uerba, uerbera ego odi,
Nimióque edo lubéntius molitúm quam molitum praéhibeo.
Proptérea eri imperium éxsequor, bene ét sedate séruo id: 980
Atque íd mihi prodest. †aliis esse ita ut in rem esse ducunt sint: ego ita ero ut me esse oportet.
Metum id míhi adhibeam, culpam ábstineam, ero ut ómnibus in locis sím praesto.
[Seruí qui quom culpá carent metuont, í solent esse eris útibiles:

---

966. seruo id *vel* seruid | rem *vel* re ‖ 968. rẽ *vel* re//// ‖ 969. si *vel* ipsi | adsit *vel* adscit ‖ 972 sqq. *cf. ad v. 110* ‖ 972. Recordetur *vel* Recorde cordetur ‖ 975. Lassitudo *vel* Lascituto ‖ 976. Hęc *vel* Hęo ‖ 978. ego odi *vel* egodi ‖ 979. molitum p̄hibeo *vel* mollitum p̡hibeo ‖ 980 sq. exequor *vel* exsecor | seruo id *vel* seruo | atque id mihi (*vel* mihi id) prodest *adhaeret v. 980 Alii B ex ras* | sint *vel* sin | ita ero *vel* ero ‖ 982. culpa *B*[2] sim presto *vel* inpresto ‖ 983 sq. *secl Herm* (*cf. Mostell. 858 sqq.*) cum culparent *vel* culpa carent | et metuo ni *vel* et metuunt: metuunt hi *B*[2] ‖

Nam illí qui nil metuónt, postquam malum †promeritumque ei metuont.]
Metu<a>m <h>aúd multum: propest quándo †ceruso fáciam, pretium exsóluet. 985
É<o e>go exemplo séruio, térgi ut in rem esse árbitror. 985b
Postquam ín tabernam uása et seruos cónlocaui ut iússerat,
Ita uénio aduorsum. núnc foris pultábo, adesse ut mé sciat.
* * * * * * * * * * * * * * * *
Néque uirum ex hoc sáltu damni sáluom ut educám fora<s>.
Séd metuo ne séro ueniam dépugnato proélio.

SENEX. MENAECHMVS I. LORARII. MESSENIO
ADVLESCENS SERVOS

SE. Pér ego uobis deós atque homines díco, ut imperiúm meum 990
Sápienter habeátis curae, quae ímperaui atque ímpero.
Fácite illic homo iam ín medicinam ablátus sublimén siet,
Nísi quidem uos uóstra crura aut Iátera nili pénditis.
Cáue quisquam quod illíc minitetur uóstrum flocci fécerit.
Quid státis? quid dubitátis? iam sublímen raptum opórtuit. 995
Ego íbo ad medicum: praésto ero illi, quóm uenietis. ME. Óccidi.

---

985. aut | (prope) est *vel* es ‖ 985b. *add Spengelius* | terge *vel* tergo ‖ 986. uasa (*vel* uas) sed: *corr B* ‖ 987. me sciat *vel* misceat | *lac sign Schoe* ‖ 988. utrum: *corr Bo* | ute duo anfora: *corr Pareus* ‖ 989. sero *vel* seruo ‖ 992. sublimen *vel* sublimem ‖ 993. nihili penditis *vel* nihil penditi ‖ 995. satis: *corr* B^2D^2 | sublimem *D* (*item v. 1002* D^2) | oportuit *vel* oportum ‖

Quid hoc ést negoti? quíd illi<s>c<e> homines ád me currunt, ópsecro?
Quid uóltis [q]uos? quid quaéritatis? quíd me circum<sí>stitis?
Quo rápitis me? quo fértis me? perii. ópsecro uostrám fidem,
Epidámnienses súbuenite cíues. quin me míttitis? 1000
MES. Pro di ímmortales, óbsecro, quid ego óculis aspició meis?
Erúm meum indignissume nescíoqui sublimén ferunt.
ME. Écquis suppetiás mihi audet férre? MES. Ego, ere, audacíssume.
O fácinus indignum ét malum,
Epidámnii ciués, erum 1005
Meum híc in pacato ó<p>pido
Lucí deripier ín uia, 1006
Qui líber ad uos uénerit.
Míttit<e> istunc. ME. Ópsecro te, quísquis es, operám mihi ut des 1007
Neú sinas in me ínsignite fíeri tantam iniúriam.
MES. Ímmo et operam dábo et defendam et súbuenibo sédulo.
Númquam te patiár perire: mé perirest aéquius. 1010
Éripe oculum istí ¦, ab umero quí tenet, ere, te óbsecro.
Hísce ego iam seméntem in ore fáciam pugnosque óbseram.
Máxumo hercle hodié malo uostro ístunc fertis: míttite.
ME. Téneo ego huic oculúm. MES. Face ut oculi lócus in capite appáreat.

---

997. *add Brixius* ‖ 998. *del D* | circumstatis B^2 ‖ 1000. Epidam nienses (*vel* menses) ‖ 1001. di immortales *vel* dum mortales ‖ 1003. aut et: *corr* B^2 ‖ 1004 sqq. *duos v.* (—erum) *habet B: discr Geppertus* ‖ 1005. epidam nii (*vel* nu) ‖ 1006. liberat: *corr* B^2 ‖ 1007. Mittitis tunc *vel* Mitti istunc | *pers add B* | quisquis es *vel* quisquis | mihi uides: *corr* B^2 ‖ 1009. subuenibo *vel* subueniebo ‖ 1010. me derires (*vel* derideres) te cuius: *corr Sarac et Ca* ‖ 1013. hodie (*vel* hodi) malo hercle: *trai Bo* ‖ 1014. Teneo *vel* ME. Teneo *et* ME. face *vel* face ‖

Vós scelesti, uós rapacis, uós praedones. ⟨LOR.⟩ Péri⟨i⟩mus. 1015
Óbsecro hercle. ⟨MES.⟩ Míttite ergo. ⟨ME.⟩ Quíd me uobis táctiost?
Pécte pugnis. MES. Ágite abite: fúgite hinc in malám crucem.
Em tibi etiam: quía postremus cédis, hoc praemí feres.
Nímis [aut] bene [h]ora cómmutaui atque éx mea senténtia.
Édepol, ere, ne tíbi suppetias témpore aduení modo. 1020
ME. Át tibi di sempér, adulescens, quísquis es, faciánt bene:
Nam ábsque te esset, hódie numquam ad sólem occasum uíuerem.
MES. Ergo edepol, si récte facias, ére, me⟨d⟩ emittás manu.
ME. Líberem ego te? MES. Vérum: quandoquidem, ére, te seruauí. ME. Quid est?
Ádulescens, errás. MES. Quid, erro? ME. Pér Iouem adiuró patrem 1025
Mé⟨d⟩ erum tuóm non esse. MES. Nón taces? ME. Non méntior:
Néc meus seruos númquam tale fécit quale tú mihi.
MES. Síc sine igitur, sí tuom negas me ésse, abire líberum.
⟨ME.⟩ Meá quidem hercle caúsa liber ésto atque ito quó uoles.
MES. Némpe iubes? ME. Iubeo hércle, siquid ímperist in té mihi. 1030
MES. Sálue, mi patróne. — ‘Quom tu líber es, Messénio,

1015. perimus: *corr Ca* ‖ 1016. tactiost *vel* tactiosi ‖ 1017. (‡AGITE)ABITE: agite habite ‖ 1018. En: *corr Ribbeckius* ‖ 1019. *del Bo* | commetaui (commentaui *B*²) ‖ 1022. Nam *vel* Namque | ted (*vel* te) ẽẽt (ẽẽm *B*²) | hodie *vel* ME. Hodie | solem *vel* soli (solis *B*²) | uiuerem *vel* uiuere ‖ 1023. *add Bo* | emittas *vel* mittas ‖ 1024. Liberẽ *vel* Libertẽ (Liberũ *B*²) ‖ 1026. *add Bo* ‖ 1027 sq. numquam *vel* umquam | *post v. 1028 iterantur v. 1037—1043 in libris praeter A, qui inter v. 1026 et 1034 sex v. habuit (an om v. 1031 sq.?)* ‖ 1029. atque ito *vel* at quito ‖

Gaúdeo.' — [MES.] Credo hércle uobis. — séd, patrone, te óbsecro,
Né minus imperés mihi, quam quóm tuos seruós fui.
Ápud te<d> habitabo ét quando ibis úna tecum ibó domum.
ME. Mínume. MES. Nunc ibo ín tabernam, uása atque argentúm tibi 1035
Réferam. rectest óbsignatum in uídulo marsúppium
Cúm uiatico: íd tibi iam huc ádferam. ME. Adfer strénue.
MES. Sáluom tibi ita, ut míhi dedisti, réddibo |: hic mé mane.
ME. Nímia mira míhi quidem hodie exórta sunt mirís modis.
Álii me negánt eum esse quí sum atque excludúnt foras. 1040
* * * * * * * * * * * * * * *
Étiam hic seruom sé meum esse ai[e]bat, quem égo modo emisí manu.
Ís ait se mihi állaturum cum árgento marsúppium:
Íd si attulerit, dícam ut a me ábeat liber quó uolet,
Né tum, quando sánus factus sít, a me argentúm petat. 1045
Sócer et medicus me ínsanire aiébant. quid sit, míra sunt:

1034. *add Guy* ‖ 1035. (TABER)NA | uasa atque (*sic A*) *vel* uassa at ‖ 1036. recte est *vel* ME. recte est | *post 1036 in libris praeter A iteratur 1044: cf. ad 1027 sq.* ‖ 1037. Cum *vel* Quom | id *vel* MES. (*vel* ME.) id | ME. *vel* MES. ‖ 1038. MES. *add B* | tibi ita (*sic Nonius*) *vel* tibi itẽ *vel* itẽ tibi | reddebo *vel* redhibeo (*vel* sed habeo): *corr ex Nonio* | hic me mane *vel* hic mane (*vel* mame) *vel* hic ‖ 1039. quidem hodie *vel* quidem | miris *vel* multis ‖ 1040. excludunt *vel* exclusum | *lac sign Ri* ‖ 1042. *pro* Etiam hic (*sic A, ut vid*) *alt. loco* (*cf. ad 1027 sq.*) *est:* Vel ille qui se petere modo argentum modo qui | se meum esse *vel* esse se meum | *del Brixius* | ego modo *vel* ego ‖ 1043. se mihi *vel* se | marsu(p)-pium *vel* marso(p)pium. ‖ 1044. *cf. ad v. 1036* | Id si *vel* ME. Ipse | abeat *vel* habeat ‖ 1045. Nec (*vel* Ne) dum: *corr Lamb* ‖ 1046. dicebant: *corr Ca* ‖

Haéc nilo esse míhi uidentur sétius quam sómnia.
Núnc ibo intro ad hánc meretricem, quámquam sus-
censét mihi,
Seí possum exoráre, ut pallam réddat, quam referám
domum.

MENAECHMVS II. MESSENIO
ADVLESCENS SERVOS

ME. Mén hodie usquam cónuenisse te, aúdax, audes
dícere, 1050
Póstquam aduorsum míhi imperaui ut húc uenires?
MES. Quín modo
Érupui, homines quí ferebant té sublimen quát<t>uor,
Apud hasce aedis. tú clamabas deúm fidem atque
hominum ómnium,
Quóm ego accurro téque eripio uí pugnando, ingrátiis.
Ób eam rem, quia té seruaui, me ámisisti líberum. 1055
Quom árgentum dixí me petere et uása, tu quantúm
potest
Praécucurristi óbuiam, ut quae fécisti infitiás eas.
ME. Líberum ego te iússi abire? <MES.> Cérto.
<ME.> Qui<n> certíssumumst
Mépte potius fíeri seruom, quám te umquam emittám
manu.

1047. nihilo minus esse uidetur *Gellius* | setius *vel* secius (secus *B*²): sectius *Gellius* | somnia *vel* somna ‖ 1048. succenset *B*² ‖ 1050. conuenisse te *vel* conuenisse ‖ 1051. quin *vel* quo ‖ 1052. ERUPUI: Eripui | qui te ferebant (*item A, ut vid*): *trai Gru* | sublimen *vel* sublimem ‖ 1054. uel inpugnando *vel* oppugnando: *corr Ca* ‖ 1055. Ob eam *vel* Obeatam ‖ 1056. argentum *vel* argento | potest *vel* potes: —s ‖ 1058. cui: *corr Sarac* ‖ 1059. Mepte *vel* Meapte | emittam *vel* emit a ‖

MENAECHMVS I. ADVLESCENS **MESSENIO.** SERVOS **MENAECHMVS II** ADVLESCENS

ME. I. Si uóltis per oculós iurare, nílo hercle ea causá magis 1060
Faciétis ut ego ⟨hinc⟩ hódie abstulerim pállam et spinter, péssumae.
MES. Pro di ímmortales, quíd ego uideo? ME. II. Quíd uides? MES. Speculúm tuom.
ME. II. Quíd negotist? MES. Tuást imago: tám consimilest quám potest.
ME. II. Pól profecto haud ést dissimilis, meám quom formam nóscito.
ME. I. Ó adulescens, sálue, qui me séruauisti, quísquis es. 1065
MES. Ádulescens, quaeso hércle, ⟨e⟩loquere tuóm mihi nomen, nísi piget.
ME. I. Nón edepol ita prómeruisti dé me, ut pigeat quaé uelis
–́ ⏑ – mihíst Menaechmo nómen. ME. II. Immo edepól mihi.
ME. I. Sículus sum Syrácusanus. ME. II. †Ea domus et patriást mihi.
ME. I. Quíd ego ex te audio? ME. II. Hóc quod res est. MES. Nóui equidem hunc: erus ést meus.
Ego quidem huius séruos sum, sed mé⟨d⟩ esse huius crédidi. 1071

1061. *add Ri* (*v. bipart. in A*) | pessime *vel* pesmae || 1063. tumst | consiliaest (consimilis est B^2): ———LES: *corr Schoe* | Q————M (quantum, *ut vid*) || 1064. meam *vel* mea | quam (q, B^2): *corr Ac duce Py* | noscito *vel* nos scito || 1065. ———Q———Q(uis)Q——— | seruauisti *vel* seruasti || 1066. queso *vel* ques | *add Fl* | piger *vel* piget || 1067. Non medepol *vel* Non me edepol: *corr* B^2 || 1068. *lac sign Ri* || 1069. Siculus *vel* Si c//////dus || 1070. noui *vel* noui Noui | meus *vel* mihi || 1071. *add Pareus* ||

Ego húnc censebam té⟨d⟩ esse: huic etiam éxhibui
negótium.
Quaéso ignoscas, síquid stulte díxi atque inprúdens tibi.
ME. II. Délirare míhi uidere. nón commeministí semul
Té hodie mecum éxire ex naui? MES. Énim uero
aequom póstulas. 1075
Tú erus es: tu séruom quaere. tú salueto: tú uale.
Húnc ego esse aió Menaechmum. ME. I. Át ego me.
ME. II. Quae haec fábulast?
Tú's Menaechmus? ME. I. Mé esse dico, Móscho pro-
gnatúm patre.
ME. II. Tún [a] meo patré's prognatus? ME. I. Ímmo
equidem, adulescéns, meo.
Tuóm tibi neque óccupare néque praeripere póstulo. 1080
MES. Di ímmortales, spem ínsperatam dáte mihi, quam
súspicor.
Nám nisi me animus fállit, hi sunt géminei germaní duo:
Nam ét patriam et patrém commemorant páriter qui
fuerínt sibi.
Séuocabo erúm. Menaechme. ME. ⟨I et II.⟩ Quíd uis?
MES. Non ambós uolo.
Séd uter uostr⟨or⟩úmst aduectus mécum naui? ME. I.
Nón ego. 1085
ME. II. Át ego. MES. Te uolo ígitur. huc concéde.
ME. II. Concessí. quid est?
MES. Íllic homo | aut sýcophanta aut géminus est
fratér tuos.
Nam égo hominem homini⟨s⟩ símiliorem númquam
uidi | álterum,

1072. *add Pareus* | exibui *vel* exhibui ‖ 1074. semul *vel* simul ‖ 1075. MES. *vel* ME. | enimuero aequom *vel* aequum ‖ 1076. estu *vel* es MES. tu | quaere tu *vel* quaere# | tu uale *vel* tu#tu uale ‖ 1077. Hunc *vel* MES. Hunc | menaechmum *vel* menechum ‖ 1079. a *vel* ã: *del Py* | adolescens meo *vel* adolescens ‖ 1081. Dii immortales *vel* Dum mortales | suspico: *corr B²* ‖ 1083. et patrem et matrem: *corr Lipsius* | qui *vel* que ‖ 1084. *add Ca* ‖ 1085. *add Gru* ‖ 1086. ME. At ego MES. *vel* MES. At ego ‖ 1088. *add Wesenbergius* ‖

Néque aqua aquae neque láctest lacti<s>, créde mihi, usquam símilius,
Quam híc tuist tuque húius autem: póst[ea] eandem patriam ác patrem 1090
Mémorat. meliust nós adire átque hunc percontárier.
ME. II. Hércle qui tu me ádmonuisti récte et habeo grátiam.
Pérge operam dare, ópsecro hercle. líber esto, si ínuenis
Húnc meum fratrem ésse. MES. Spero. ME. II. Et ego idem speró fore.
<MES.> Quíd ais tu? Menaéchmum opinor té uocari díxeras. 1095
ME. I. Íta uero. MES. Huic itém Menaechmo nómen est. in Sícilia
Té Syracusís natum esse díxisti: hic natúst ibi.
Móschum tibi patrém fuisse díx<is>ti: huic itidém fuit.
Núnc operam potéstis ambo míhi dare et uobís simul.
ME. I. Prómeruisti ut néquid ores quód uelis quin ímpetres. 1100
[MES.] Tám quasi me emerís argento, líber seruibó tibi.
<MES.> Spés mihist uos ínuenturum frátres germanós duos
Géminos, una mátre natos ét patre uno unó die.
ME. I. Míra memoras. útinam efficere quód pollicitu's póssi<e>s.
MES. Póssum. sed nunc ágite uterque id quód rogabo dícite. 1105
ME. I. Ýbi lubet, roga: réspondebo. níl reticebo quód sciam.

1089. Neque (*sic Priscianus*) *vel* MES. Nec | neque *Priscianus*: nec | *add Ri* ‖ 1090. *del Bo* ‖ 1091. melius est *vel* melius ‖ 1092. qui *vel* quin ‖ 1094. MES. spero MES. *vel* spero MES.: *corr Lamb* ‖ 1095. *add Lamb* | ais *vel* agis ‖ 1096. ME. Ita uero MES. *vel* Ita uero ‖ 1098. dixit *vel* dixti: *corr Pareus* ‖ 1101 sq. *del et add Ca* | inuenturos: *corr Lamb* ‖ 1104. pollicitus: *corr Lamb* | *add Ca* ‖ 1105. agite *vel* co(g)ite ‖

MES. Est tibi nomén Menaechmo? ME. I. Fáteor.
MES. Est itidém tibi?
ME. II. Est. MES. Patrem fuísse Moschum tíbi ais?
ME. I. Ita uero. ME. II. Ét mihi.
MES. Esne tu Syrácusanus? ME. I. Cérto. MES.
Quid tu? ME. II. Quíppini?
MES. Óptume usque adhúc conueniunt sígna. porro
operám date. 1110
Quíd longissumé meministi, díc mihi, in patriá tua?
ME. I. Cúm patre ut abií Tarentum ád mercatum:
póstea
Ínter homines mé deerrare á patre atque inde áuehi.
ME. II. Iúppiter supréme, serua mé. MES. Quid
clamas? quín taces?
Quót eras annos gnátus, quom te páter a patria |
áuehit? 1115
ME. I. Séptuennis: nám tunc dentes míhi cadebant
prímulum.
Néque patrem †umquam postilla uídi. MES. Quid?
uos t[r]úm patri
Fílii quot erátis? ME. I. Vt nunc máxume me-
miní, duo.
MES. Ýter eratis, tún an ille, máior? ME. I. Aeque
ambó pares.
MES. Qui íd potest? ME. I. Geminei ámbo eramus.
ME. II. Dí me seruatúm uolunt.
MES. Si ínterpellas, égo tacebo. ME. II. Pótius taceo.
MES. Díc mihi: 1121

1108. ME. et *vel* et ‖ 1109. Esne *vel* Est ne | tu ME. *vel* tu scilicet ME. ‖ 1112. abiit arentum *vel* habitarem tum ‖ 1113. auehi *vel* abii(t) ‖ 1115. Quot *vel* MES. Quot | gnatus *vel* gnatos | quam *vel* cum | patria auehit *vel* patia uehit ‖ 1116. nam tunc *vel* iam nunc ‖ 1117. postilla *vel* pusilla *vel* postilli (post illac B^2) | *del Colvius* ‖ 1118. Filii quod eratis *vel* Fili quot erratis | maxime memini *vel* maximemini ‖ 1119. Vt erratis *vel* Vteratis: *corr* CD^2 ‖ 1120. ME. gemini *vel* geminei | eramus *vel* erramus ‖ 1121. ME. potius taceo *vel* potius tacebo ‖

Ýno nomine ámbo eratis? ME. I. Mínume: nam mihi hóc erat,
Quód nunc est, Menaéchmo |, illum túm uocabant Sósiclem.
ME. II. Sígna adgnoui: cóntineri quín conplectar nón queo.
Mí[hi] germane gémine frater, sálue: ego sum Sósicles.
ME. I. Quómodo igitur póst Menaechmo nómen est factúm tibi? 1126
ME. II. Póstquam ad nos renúntiatumst te * * * * * *
* * * * * * * * ét patrem esse mórtuom,
Áuos noster mutáuit: quod tibi nómen est, fecít mihi.
ME. I. Crédo ita esse fáctum ut dicis. séd mihi hoc respondé. ME. II. Roga. 1130
⟨ME. I.⟩ Quíd erat nomen nóstrae matri? ME. II. Teúximarc⟨h⟩ae. ME. I. Cónuenit.
Ó salue, insperáte, multis ánnis post quem cónspicor.
ME. II. Fráter, et tu, quém ego multeis míserieis labóribus
Ýsque adhuc quaesíui quemque ego ésse inuentum gaúdeo.
MES. Hóc erat, quod haéc te meretrix huíus uocabat nómine: 1135
Húnc censebat té esse, credo, quóm uocat te ad prándium.
ME. I. Námque edepol †hic mihi hodie iussi prándium adparári⟨er⟩
Clám meam uxorém, quoi pallam súrrupui dudúm domo:

1122. mihi hoc *vel* mihi ‖ 1123. sosiclen: *corr C* ‖ 1126. est factum *vel* est factum est ‖ 1127 sq. *lac sign Ri* ‖ 1129. quod *vel* quid ‖ 1130. ita esse *vel* ita | ME. roga *vel* roga ‖ 1131. Quod *B*[2] | teuxinarce: *corr Ri* | ME. conuenit *vel* conuenit ME. ‖ 1132. annis multis (*sic A*) *vel* multis annis | postquam (*sic A*) *vel* post quem ‖ 1133. ME. Frater et (*sic A*) *vel* Frater. ME. et | MULTEISMISERIEIS: multis miseris ‖ 1135. meretrix *vel* meritrix ‖ 1137. paraui (parari *B*[2]) *vel* adparandum *vel* adprandium: *corr Ca duce Py* ‖ 1138. quia: *corr B*[2] ‖

Eám dedi huic. ME. II. Hanc dícis, frater, pállam quam ego habeo? ME. I. * *
Quómodo haec ad té peruenit? ME. II. Méretrix, ⟨quae⟩ huc ad prándium 1140
Me ábduxit, me síbi dedisse aiébat. prandi pérbene,
Pótaui atque accúbui scortum: pállam et aurum hoc ⏓ ∪ – 1142
ME. I. Gaúdeo edepol, síquid propter mé tibi euenít boni: 1144
Nám illla quom te ad sé uocabat, †me esse crédidit.
MES. Númquid me moráre, quin ego líber, ut iustí, siem? 1146
ME. I. Óptumum atque aequíssumum orat, fráter: fac causá mea.
ME. II. Líber esto. ME. I. Quóm tu's liber, gaúdeo, Messénio.
MES. Séd meliorest ópus auspicio, ut líber perpetuó siem.
* * * * * * * * * * * * * * * 1150
ME. II. Quóniam haec euenére, frater, nóstra | ex senténtia,
Ín patriam redeámus ambo. ME. I. Fráter, faciam ut tú uoles.
Aúctionem hic fáciam et uendam quícquid est. nunc ínterim
Eámus intro, fráter. ME. II. Fiat. MES. Scítin quid ego uós rogo?
ME. I. Quíd? MES. Praeconiúm mihi ut detis. ME. I. Dábitur. MES. Ergo núnciam 1155

1139. DEDEI (*vel* IT) | habeo ME.: *post* HABEO *v. bipart.* || 1140. meretrix *vel* meritrix | *add Ri* || 1142. POTAUI: Dotaui | *lac sign Ca* || 1146. quin (*sic A, ut vid*) *vel* quan *vel* cum iustis eam || 1149. meliore est (*sic A, ut vid*) *vel* melior est || 1150. *lac sign Ri* || 1151. EUENERE: euenerunt | nostra *etiam A* || 1052. AMBOFRATER# | ut tu (*sic A*) *vel* ut || 1153. est nunc (*sic A*) *vel* est || 1154. #FIAT# : fiat MES. (*vel* ME.) || 1155. MES. praeconium mihi ut detis ME. (*sic A*) *vel* MES. mihi praeconium uidetis ME. | #EGO: ergo ||

Vís conclamari aúctionem? ME. I. Fóre quidem die séptimi.
⟨MES.⟩ Aúctio fiét Menaechmi máne sane séptimi.
Vénibunt seruí, su[p]pellex, fúndi | aedes: ómnia
Vénibunt quiquí licebunt, praésenti pecúnia.
Vénibit — uxór quoque etiam, síquis emptor uénerit.
Víx credo auctióne tota cápiet †quinquagesis aes. 1161
Núnc spectatorés ualete et nóbis clare plaúdite.

1156. ‡FORE: fore ‖ 1157. *add Ca* ‖ 1158 sqq. Venibunt (*bis*) *et* Venibit (*sic A*) *vel* Veniebunt *et* Veniebit ‖ 1161. tota auctione: *trai Bo* (*cum A, ut vid*) | QUINQUAGESISAES: quinquageseaes *vel* quinquagesies (quinquagies B^2) ‖ 1162. plaudite (*sic A*) *vel* applaudite ‖

T. MACCI PLAVTI

M E R C A T O R

GRAECA EMPOROS PHILEMONIS

PERSONAE

CHARINVS ADVLESCENS
AC[H]ANTHIO SERVOS
DEMIPHO SENEX
LYSIMACHVS SENEX
LORARIVS
EVTYCHVS ADVLESCENS
PASICOMPSA MERETRIX
DORIPPA MVLIER
SYRA ANVS ANCILLA
COCVS

ARGVMENTVM I

Missús mercatum | áb suo adulescéns patre
Emit átque adportat scíta forma múlierem.
Requírit quae sit, póstquam eam uidít, senex:
Confí⟨n⟩git seruos émptam matri pédisequam.
Amát senex hanc ác se simulans uéndere 5
Tradít uicino. eúm putat uxór sibi
Obdúxe scortum. túm Charinum | éx fuga
Retrahít sodalis, póstquam amicam | ínuenit.

2. Emit atque *vel* Emittat que ‖ 4. Conficit | pedi sequam *vel* pedissequam ‖ 5. ad se simulans *vel* se adsimulans: *corr Gru* ‖ 6. eum *vel* cum ‖ 7. Obduxe scortum *vel* Obduxisti cor tuum ‖

ARGVMENTVM II

Mercátum asotum fílium extrudít pater.
Is péregre missus rédimit ancillam hóspitis,
Amóre captus. †ut uehit, naue éxilit:
Pater áduolat, †uisam ancillam déperit.
Quoiús sit percontátur: seruos pédisequam 5
†Ab adulescente matri emptam ípsius.
Senéx sibi prospíciens, ut amicó suo
Veníret, natum orábat: natus, út suo.
Hic fílium subdíderat uiciní, pater
Vicínum. praemercátur ancillám senex. 10
Eám domi deprehénsam coniunx íllius
Vicíni scortum insímulat, protelát uirum.
Mercátor exspe[r]s pátria fugere déstinat:
Prohibétur a sodále, qui patrem íllius
†Orat cum suo patre, nato ut cederet. 15
[Absente cum lenone perfido.]

---

1. adsotium *vel* ase dum: *corr Ri* ‖ 2. milis: *corr Beroaldus* | hospitis *vel* militis ‖ 3. naue *vel* naui ‖ 5. percunctatur | seruus *vel* serui | pedis aequam *vel* pedissequam ‖ 6. adolescente *vel* adulescentem ‖ 8. Veniret *vel* Venire ‖ 10. Vicinus | praemercatur *vel* promercatur ‖ 11. coniunx *vel* coniux ‖ 13. *del Sarac* ‖ 14. Prohibere ‖ 15. cederet *vel* cederit ‖ 16. *secl Pius cum aliis* ‖

ACTVS I

CHARINVS
ADVLESCENS

Duas rés simul nunc ágere decretúmst mihi:
Et árgumentum et meós amores éloquar.
Non égo item facio, ut álios in comoédiis
Vi ⟨uí⟩di amoris fácere, qui aut nocti aút dii
Aut sóli aut lunae míserias narránt suas: 5
Quos pól ego credo | húmanas querimónias
Non tánti facere, quíd uelint quid nón uelint.
Vobís narrabo pótius meas nunc míserias.
(Graece haéc uocatur Émporos Philémonis:
Eadém latine Mércator Maccí Titi.) 10
Pater ád mercatum hi⟨n⟩c mé meus misít Rhodum:
Biénnium iam fáctumst, postquam abií domo.
Ibi amáre occepi fórma eximia múlierem.
Sed eam út sim inplicitus dícam, si operaest aúribus
Atque áduortendum ad ánimum adest benígnitas. 15
Et hóc parum †esse móre maiorum ínstiti:

---

1. decretumst *vel* ducere ñcst ‖ 3. idem ‖ 4. *add Vss* | qui *vel* quia | noctu aut die (*ex* dii *D*): *corr ex Servio Dan.* ‖ 5. narrant *vel* au narras ‖ 6. humanisque rimonias *vel* humanis querimoniis: *corr Ca* ‖ 7. tanti facere *vel* tacere | qđ uelin uelintq, non uelint *vel* quid uelint aut quid non uelint: *corr Ca* ‖ 9 sq. *secl Osannus* ‖ 9. emporus: *corr Angelius* ‖ 10. mactici *vel* mattici: *corr Ri* ‖ 11. *add Pius* | me meus *vel* meneus | r(h)odus ‖ 13. Abii: *corr Gru* | amare occepit *vel* occepi amare ‖ 14. sim *vel* sit | eam simplicitus dicam *Nonius* | opera est: *corr Bo* ‖ 15. aduortendam | ut: *corr Ac* ‖ 16. Et *vel* Fit | maiorum *vel* matorum ‖

†Per mea perconatus sum uos sumque inde exilico.
Nam amórem haec cuncta uítia sectarí solent:
Cura aégritudo nímiaque elegántia —
Haec nón modo illum quí amat, sed quemque áttigit 20
Magno átque solido múltat infortúnio:
Nec pól profecto quísquam sine grandí malo,
Prae quám res patitur, stúd⟨u⟩it elegántiae —
Sed amóri accedunt étiam haec quae dixí minus:
Insómnia, aerumna, érror, [et] terror ét fuga, 25
Inéptia stultítiaque adeo et témeritas[t],
Incógitantia, éxcors inmodéstia,
Petulántia et cupíditas, maliuoléntia:
Inhaéret etiam auíditas, †residia, iniuria,
Inópia, contumélia et dispéndium, 30
Multíloquium, parumlóquium: hoc ideo fít, quia
Quae nîl attingunt ád rem nec sunt úsui [di]
Tam amátor profert saépe aduorso témpore.
Hoc, paúciloquium, rúrsum idcirco praédico,
Quia núllus usquam amátor adeos⟨t⟩ cállide 35
Facúndus, quae in rem [in]sí⟨n⟩t sua⟨m⟩ ut possít loqui.
Nunc uós mihi irasci ob múltiloquium nón decet:
Eodém quo amorem Vénus mi hoc legauít die.
Illúc reuorti cértum †et conata éloquar.
Princípio †atque animus phoebus aetate éxiit 40
Atque ánimus studio amótus puerilíst meus[t],
Amáre ualide coépi[t] hic meretricem. îlico

---

17. mea *vel* me ‖ 18. uicia sectari *vel* uitias sectare ‖ 19. Cura *vel* Curam ‖ 20. attigit *vel* attingit ‖ 21. solido *vel* solitudo | multat *vel* mutat ‖ 22. grandi *vel* grande ‖ 23. studit *vel* studet: *corr Ca* ‖ 24. quod dixi minus *vel* quae diximus ‖ 25. error et terror et *vel* errore terrore: *corr Ca* | fuga *vel* furga ‖ 28. mali (*vel* male) uolentia ‖ 29. Inhęret *vel* Ineret ‖ 32. suntus uidi *vel* sunt uidi: *corr Ca* ‖ 33. proferri: *corr Py* ‖ 34. *dist Leo* | rursum idcirco *vel* sumit circo ‖ 35 sq. usquam *vel* unquam | adeos callide (*vel* adeo callidus) Facundusque in rem insit: *corr Ca* ‖ 38. mihi hac *vel* hac mihi: *corr Ca* ‖ 39. et *vel* i ‖ 41. puerilest (i *s.* u *scr.*) meust *vel* puerilest meumst (*vel* mecumst): *corr Py* ‖ 42. meretricem *vel* meritricem ‖

Res éxulatum ad íllam ⟨c⟩lam abibát patris:
Leno ínportunus, dóminus eius múlieris,
Vi súm⟨m⟩a[t] quicque ut póterat rapiebát domum. 45
Obiúr⟨i⟩gare páter haec noctes ét dies:
Perfídiam, iniustitiám lenonum exprómere:
Laceréri ualide suám rem, illius augérier.
Summo haéc clamore: intérdum mussa⟨ns⟩ cónloqui,
Abnúere, negitare ádeo me natúm suom. 50
Conclámitare tóta urbe et praedícere,
Omnés timerent mútu⟨i⟩tanti crédere.
Amórem multos ínlexe[t] in dispéndium:
Intémperantem, nón modestum, iniúrium
Trahere éx⟨ha⟩urire mé quod quirem ab sé domo[m]. 55
Ratióne pessumá me ea quae ipsus óptuma
Omnís labores ínuenisset pérfere⟨n⟩s
⟨A⟩móris ui di⟨f⟩fúnditare ac dí[e]dere.
Conuícium tot me ánnos iam se páscere[t].
Quod nísi puderet, né luberet uíuere. 60
Sese éxtemplo ex ephébis postquam excésserit,
Non[ne], út ego, ⟨a⟩mori néque desidiae in ótio
Operám dedisse[t], néque potestatém sibi
Fuísse: adeo arte cóhibitum esse ⟨se⟩ á patre.

---

43. Rex: *corr Pius* | ad *vel* at | iam: *corr Gul* || 45. sumat quoque ut *vel* sumat quicque | rapiebat *vel* rapibus || 46. Obiu(r)gare *vel* Obiurgaret: *corr Ri* || 47. expromere *vel* expromeret || 49. mussa *vel* missa: *suppl Pius* || 50. Abnuere *vel* Abnueret | negitari adeo *vel* necitaria deo || 51. Conclamitare *vel* Conclamitaret | praedicere *vel* praediceret || 52. tenerent: *corr Ri* | mutu tanti *vel* mutuanti || 53. inlexit: *corr Ca duce Py* || 55. Trahere *vel* Traheret | *add Ca* | quirem *vel* querem | domum: *corr Ca* || 56. Rationem pessumam ea eaque *vel* Ratione pessuma eaque: *correximus duce Ca* | ipsus *vel* ipsius || 57. inuenisset *vel* inuenisse perferis: *corr Scal* || 58. Mori sui difunditari *vel* Mores uidi funditari: *corr Gul duce Ca* | diedere *vel* dieheret: *corr Gul* || 59. Conuirium *vel* Coniurium | si: *corr Dousa* || 60. nisi luderet: *corr Pius* | luberet *vel* luderet | uiuere *vel* uiueret uiueret || 61. ex ephebis *vel* exphebis excesseris || 62. desidiae *vel* insidiae || 63. potestatem *vel* potestam || 64. Fuisse *vel* fuisset | esse *vel* esset | *add Ca duce Py* ||

Multo ópere inmundo rústico se exércitum, 65
Neque nísi quinto anno quóque solitum uísere
Vrbem, átque extemplo inde, út spectauissét peplum,
Rus rúsum confestim éxigi[t] solitum á patre.
Ibi múlto primum sé⟨se⟩ familiárium
Labórauisse, quom haéc pater sibi díceret: 70
'Tibi arás, tibi occas[us], tíbi seris: tibi itém metes,
Tibi dénique iste páriet laetitiám labos'.
Postquám recesset uíta patrio córpore,
Agrúm se uendidísse atque ea pecúnia
Nauém, metretas quaé trecentas tólleret,
Parásse atque †eam semper scis uectatum úndique 76. 77
Adeó dum, quae[s] tum habéret, peperissét bona.
Me idém decere[t], si, út deceret mé, forem.
Ego mé ubi inuisum meó patri esse intéllego 80
Atque ódio me esse quoí placere[t] aequóm fuit,
Améns amansque †ut animum offirmó meum:
Dico ésse iturum mé mercatum, sí uelit,
Amórem missum fácere me, dum illi óbsequar.
Agit grátias mihi atque íngenium adlaudát meum, 85
[S]Et méa promissa nón neglexit pérsequi.
Aedíficat nauem cércyrum et mercís emit:
Paráta naui inpónit: praetereá mihi

---

66. Neque nisi *vel* Nequẽ nisi | positum: *corr Ri* | uisere *vel* ẽ ‖ 68. rusum *vel* rursum ‖ 69. *add Py* ‖ 70. Laborauisse *vel* Labor agisse ‖ 71. occasus *vel* occasis: *del Py* | seris *vel* saris *vel* eris | eidem: *corr Guy* | metis ‖ 72. iste *vel* isti | labos *vel* babos *vel* habes ‖ 73. recessit: *corr Lamb* | corpore *vel* corpora ‖ 74. uendidisse *vel* uendidisset ‖ 75. Nauem *vel* Nauim ‖ 76 sq. parasse *vel* parasset | scis uectatum *vel* cis uectatam ‖ 78. questum | peperisset *vel* peperisse ‖ 79. diceret si ut diceret: *corr Py* ‖ 80. esse *vel* esset ‖ 81. esse (*vel* esset) me: *trai Py* | quod placeret: *corr Ca* ‖ 82. amansque *vel* amasque ‖ 83. esse *vel* esset | mercatum *vel* mercatus ‖ 86. Sed: *corr Ri* | non neglexit *vel* non excleit ‖ 87. nauem (*sic Nonius*) *vel* nauim | gubnatorū *vel* gerariam: *corr Ca ex Nonio* (*ubi* cyrcerum) | merces *Nonius* | emit (*sic Nonius*) *vel* sue ‖ 88. Parata naui *vel* Patranaui ‖

Taléntum argenti | ípse sua adnumerát manu:
Seruom úna mittit, qui ólim puero páruolo 90
Mihi paédagogus fúerat, quasi ut míhi foret
Custós. <h>is sic conféctis nauem sóluimus.
Rhodúm uenimus, úbi quas merces uéxeram
Omnís ut uolui uéndidi ex senténtia:
Lucrum íngens facio praéterquam mihi méus pater 95
Dedit aéstimatas mérces. ita pecúlium
Confício grande. séd dum in portu illi ámbulo,
Hospés me quidam adgnóuit, ad cenám uocat.
Venió, decumbo, accéptus hilare atque ámpliter.
Discúbitum noctu ut ímus, ecce ad me áduenit 100
Muliér, qua mulier ália nullast púlcrior:
Ea nócte mecum illa hóspitis iussú fuit.
Vosmét uidete, quám mihi ualde plácuerit:
Postrídie hospitem ádeo, oro ut uendát mihi:
Dico eíus pro meritis grátum me et muném fore. 105
Quid uérbis opus est? <é>mi | atque aduéxi heri.
Eam me áduexisse nólo resciscát pater.
Modo eám reliqui ad pórtum in naui et séruolum.
Sed quíd currentem séruom a portu cónspicor,
Quem náui abire uétui? timeo quíd siet. 110

ACANTHIO. CHARINVS
SERVOS ADVLESCENS

AC. Ex súmmis opibus uíribusque usque éxperire, nítere,
Erus út minor operá tua seruétur. age[n]dum,
Ac[h]ánthio,

---

89. abnumerat ‖ 90. una *vel* uana | a puero D^2 ‖ 92. isset: *corr Bo* | nauem *vel* nauim ‖ 95. facto ‖ 96. peculium *vel* peculum ‖ 101. qua *vel* quam | pulchrior *vel* pulchior ‖ 102. illa *vel* illi ‖ 104. oro *vel* ora ‖ 105. Dicens pro *Nonius* ‖ 106. uerbis opus est *vel* opus uerbis | mi *vel* mihi: *corr Pius* ‖ 107. resciscat *vel* reciscat *vel* rescitat ‖ 110. uetui timeo *vel* uet(it)uite meo | siet *vel* sit ‖ 111 sqq. *turbas dittographiasque reliquimus* ‖

Abige ábs te lassitúdinem: caue pígritiae praeuórteris.
Simul énicat suspíritus: uix súffero hercle anhélitum.
Simul aútem plenis sémitis qui aduórsum eunt aspéllito, 115
Detrúde, deturba ín uiam. haec dísciplina hic péssumast:
†Currenti, properanti haud quisquam dígnum habet decédere.
Ita trés simitu rés agendae súnt, quando unam occéperis:
Et cúrrendum et pugnándum et autem iúrigandumst ín uia.
CHA. Quid illúc est, quod ille tam éxpedite exquírit cursurám sibi? 120
Cura<é>st, negoti quíd sit aut quid núntiet. AC. Nugás ago:
Quam réstito, tam máxume res ín periclo uórtitur.
CHA. Malí nescioquid núntiat. AC. Genua húnc cursorem déserunt.
Perií: seditioném facit lien, óccupat praecórdia.
Perii: ánimam nequeo uórtere: nimis níl<i> tibicén siem. 125
CHA. At tu édepol sume láciniam atque abstérge sudorém tibi.
AC. Numquam édepol omnes bálineae mihi hanc lássitudinem éximent.
Dómin an foris dicam ésse erum Charínum? CHA. Ego animi péndeo.

---

113. Abige *vel* Accepi ‖ 114. enicat spiritus *vel* emicat suspiritus ‖ 115. plenissimetis *vel* plenissime: *corr Ri* ‖ 116. Detrude deturba in *vel* Detrudetur iam in ‖ 117. heu *vel* haud ‖ 118. Ita tres (*sic Nonius*) *vel* Itres | simitu (simetu *vel* simitu *codd Nonii*) *vel* simul | una hoccoeperis *codd Nonii* ‖ 119. iurigandum est *vel* iurgandum est ‖ 120. illuc *vel* illud ‖ 121. *add Bent* | nuntiet *vel* nuntient ‖ 122. resisto: *corr Bent* ‖ 125. *add Ca* ‖ 126. sume *vel* sume tibi ‖ 127. eximent *vel* eximeant ‖ 128. Domin an *vel* Domi nam ‖

Quíd illud sit negóti lubet scire [me] éx hoc †metu
ut sim certus.
AC. Át etiam asto? at étiam cesso fóribus facere
hisc<e> ássulas? 130
Áperite aliquis. úbi Charinus érus, domin est án foris?
Num quísquam adire ad óstium dignum árbitratur?
CHA. Écce me,
Ac[h]ánthio, quem quaéris. AC. Nusquamst dísciplina
ignáuior.
CHA. Quae té malae res ágitant? AC. Multae, ere,
te átque me.
CHA. Quid ést negoti? AC. Péri<i>mus.
CHA. †Principium inimicís dato. 136[a]
AC. At tíbi sortito id óptigit. 136[b]
CHA. Loquere íd negoti quícquid est. AC. Placidé:
uolo adquiéscere.
Tua caúsa rupi rámites: iam dúdum sputo sánguinem.
CHA. Resínam ex melle Aegýptiam uoráto: saluom féceris.
AC. At édepol tu calidám picem bibito: aégritudo
abscésserit. 140
CHA. Hóminem ego iracúndiorem quám te noui né-
minem.
AC. Át ego maledicéntiorem quám te noui néminem.
CHA. Sín saluti quód tibi esse cénseo id consuádeo?
AC. Ápage istiusmodí salutem <cúm> cruciatu quae
áduenit.
CHA. Díc mihi, an boní quid usquamst, quód quis-
quam uti póssi<e>t 145
Síne malo omni aut né laborem cápias, quom illo
utí uoles?

---

129. illuc *vel* illud | *del Ac* | metu ut *vel* metuit ‖ 130. asto *vel* assto *vel* asstro | *add Ca* ‖ 131. charinus erus domin est an foris *vel* charinum seruus domine stant fores: *distinximus* ‖ 134. malę res *vel* res mala | Multę ere te *vel* Multa ecece te ‖ 135. *add Ca* ‖ 138. tui *Nonius* | ramites (*vel* tramites) iam dudum: ramices atrum dum *Nonius* ‖ 141. Hominem ego *vel* Hominem ‖ 144. *add Py* ‖ 145. *add Ca* ‖

AC. Néscio ego istaec: phílosophari númquam didici néque scio.
Égo bonum malúm quo accedit míhi dari haud desídero.
CHA. Cédo tuàm mihi déxt<e>ram: age[n]dum, Ac[h]ánthio. AC. Em, dabitúr: tene.
CHA. Vín tu te mihi óbsequentem esse án neuis? AC. Operá licet 150
Éxperiri, quí me rupi caúsa currendó tua,
Ýt quae scirem scíre actutum tíbi liceret. CHA. Líberum
Cáput tibi faciám <cis> paucos ménsis. AC. Palpo pércutis.
CHA. Egon ausim tibi úsquam quicquam fácinus falsum próloqui?
Quín iam prius quam sum éloqutus scís, si mentirí uolo. AC. Ah, 155. 156
Lássitudinem hércle uerba túa mihi addunt: énicas.
CHA. Sícine mihi obsequéns es? AC. Quid uis fáciam? CHA. Tun? id quód uolo.
AC. Quíd <id> est igitur quód uis? CHA. Dicam. AC. Díce. CHA. At enim placidé uolo.
AC. Dórmientis spéctatores métuis ne ex somno éxcites? 160
CHA. Vaé tibi. AC. Tibi équidem a portu adpórto hoc. CHA. Quid fers? díc mihi.
AC. Vím, metum, cruciátum, curam iúrgiumque atque ínopiam.
CHA. Péri<i>, tu quidém thensaurum huc míhi adportauistí mali.

---

148. quo *vel* quod ‖ 149. tuam mihi *vel* mihi tuam | *add Sarac* | em *vel* hem ‖ 150. obesse sequentem: *trai Scal* ‖ 151. qui *vel* quam ‖ 153. *add Gru duce Ac* | percutit *Nonius* ‖ 155 sq. elocutus *vel* eloquius | scisset *vel* scisse: *corr Ca* | Ha *vel* Ach *vel* Ah ‖ 158—161. *personas permutant libri: corr Angelius* ‖ 158. Sicine *vel* Sitiine | Tun *vel* Tum ‖ 159. *add Bent duce Py* | placide *vel* placidẽ ‖ 161. a *vel* ad ‖ 163. *add Sarac* | thensaurum hunc *vel* thesaurum huc ‖

Núllus sum. AC. Immo es — CHA. Scío iam, miserum díces. AC. Tu dixti: †ego taceo.
CHA. Quíd istuc est malí? AC. Ne rogites: máxumum infortúniumst. 165
CHA. Óbsecro, dissólue iam me: nímis diu animi péndeo.
AC. Plácide: multa exquírere etiam príus uolo quam uápulem.
CHA. Hércle uero uápulabis, nísi iam loquere aut hínc abis.
AC. Hóc sis uide, ut palpátur: nullust, quándo occepit, blándior.
CHA. Óbsecro hercle oróque ut istuc quíd sit actutum índices: 170
Quándoquidem mihi súpplicandum séruolo uideó meo.
AC. Tándem indignus uídeor? CHA. Immo dígnus. AC. Equidem crédidi.
CHA. Óbsecro, num náuis periit? AC. Sáluast nauis: né time.
CHA. Quíd alia armaménta? AC. Salua et sána sunt. CHA. Quin tu éxpedis,
Quíd siet quod mé per urbem cúrrens quaerebás modo?
AC. Túquidem ex ore orátionem míhi eripis. CHA. Taceó. AC. Face. 176
Crédo, si boní quid ad te núntiem, instes ácriter,
Quí nunc, quom malum aúdiendumst, flágitas me ut éloquar.
CHA. Óbsecro hercle te, ístuc ut tu míhi malum faciás palam.
AC. Éloquar: quandóquidem me oras. túos pater — CHA. Quid méus pater? 180

---

164. dixi *vel* dixti | taceo *vel* taces || 166. me *vel* ne || 168. iam *vel* aiam || 169. *iteratur in B post 170* | sis *vel* si | palpatur *vel* palpator || 174. armamenta *vel* ornamenta || 176. Tace: *corr Bo* || 178. audiendumst *vel* audiendum si || 179. ut *vel* uti | palam *vel* palum || 180. oras *vel* ocras ||

AC. Túam | amicam — CHA. Quíd eam? AC. Vidit.
CHA. Vídit? uae miseró mihi.
Quí potuit uidére? AC. Oculis. CHA. Quó pacto?
AC. Hiántibus.
CHA. Ín hinc dieréctus? nugare ín re capitalí mea.
AC. Quí, malum, ego nugór, si tibi quod mé rogas
respóndeo?
CHA. Hóc quod te [inter]rogó responde. AC. Quín
tu siquid uís roga. 185
CHA. Cérten uidit? AC. Tám hercle certe, quám ego
te aut tu mé uides.
CHA. V́bi eam uidit? AC. Íntus intra náuem |, ut
prope ástitit,
Ét cum ea confábulatust. CHA. Pérdidisti mé, pater.
Ého tu, eho tu, quín cauisti, ne eám uideret, uérbero?
Quín, sceleste, <eam> ábstrudebas, né eam conspicerét
pater? 190
AC. Quía negotiósi eramus nós nostris negótiis:
Ármamentis cómplicandis, [et] cómponendis stúduimus.
Dum haéc aguntur, lémbo aduehitur túos pater pauxíl-
lulo,
Néque quisquam hominem cónspicatust, dónec in †naui
super.
CHA. Néquiquam mare súbterfugi †saeuis tempe-
statibus. 195. 196
Équidem me iam cénsebam esse in térra atque in tutó
loco:
Vérum uideo mé<d> ad saxa férri saéuis flúctibus.
Lóquere porro, quíd sit actum. AC. Póstquam aspexit
múlierem,

---

181. Quid eam *vel* Quidam | *sequitur in libris v. 185: trai Ac* || 183. In *vel* I | hinc *vel* hoc | capitali *vel* capitalia || 184. respondeo *vel* respondebo || 185. *cf. ad 181* | *del Bent* || 187. uidit AC. *vel* AC. uidit | nauem *vel* nauim | prope *vel* pror: || 189. tu eho tu quin *vel* tu hoc | ne *vel* neue || 190. *add Bent* || 192. *del Ca* || 193. paxillulo *libri Nonii* || 194. conspicatust *vel* conspicatus || 195. saeuis tempestatibus *vel* subt'atuis temptatib; || 197. me *vel* meo || 198. *add Guy* || 199. Loquere *vel* Loquero | actum *vel* actutum ||

Rógitare occepít, quoia esset. CHA. Quíd respondit? AC. Ílico 200
Óccucurri atque ínterpello: mátri te ancillám tuae
Émisse illam. CHA. Vísun <es>t tibi crédere id? AC. Etiám rogas?
Séd scelestus súbigitare occépit. CHA. Illamne óbsecro?
AC. Mírum quin me súbigitaret. CHA. Édepol cor miserúm meum,
Quód guttatim cóntabescit, quási in aquam indiderís salem. 205
Périi. AC. Em istuc únum uerbum díxisti ueríssumum.
<CHA.> Stúltitia istaec ést. [CHA.] quid faciam? crédo, non credét pater,
Sí illam matri meaé <me> emisse dícam. post autém mihi
Scélus uidetur mé parenti próloqui mendácium.
Néque ille credet néque credibilest fórma eximia múlierem 210
Eám me emisse ancíllam matri. AC. Nón taces, stultíssume?
Crédet hercle: nám credebat iám mihi. CHA. Metuó miser,
Né patrem prehéndat, ut sit gésta res, suspício.
Hóc quod te rogó responde, <quaéso.> AC. Quaeso, quíd rogas?
CHA. Núm esse amicam súspicari uísus est? AC. Non uísus est. 215
Quín quicque ut dicébam mihi credébat. CHA. Verum, ut tíbi quidem
Vísus est. AC. Non, séd credebat. CHA. Vaé mihi misero: núllus sum.

---

200. cui *vel* cuius: *corr Scal* | Ilico *vel* Illico ‖ 201. Occucurri *vel* Occurri | matri te *vel* matrie ‖ 202. uisunt *vel* uisum: *corr Bo* ‖ 203. subigitare *vel* subigitari ‖ 204. quid *Nonius* ‖ 205. Quo *Nonius* | aqua *Nonius* ‖ 206. Em *vel* Hem ‖ 207. *add et del Py* ‖ 208. *add Ac* ‖ 210. eximia *vel* exumia ‖ 214. *add Ri* ‖ 215—217. AC. Non — quidem Visus est *solus habet B* ‖

Séd quid ego hic in lámentando péreo, ad nauem nón eo?
Séquere. AC. Si istac íbis, commodum óbuiam ueniés patri.
†Postea aspicit te timidum esse átque exanimatum, ílico 220
Rétinebit, rogitábit unde illam émeris, quanti émeris:
Tímidum temptabít te. CHA. Hac ibo pótius. iam censés patrem
Ábi⟨i⟩sse a portú? AC. Quin e⟨a⟩ ego huc praécucurri grátia,
Né te opprimeret ínprudentem atque électaret. CHA. Óptume.

ACTVS II

DEMIPHO
SENEX

Mirís modis di lúdos faciunt hóminibus 225
Mirísque exemplis sómnia in somnís danunt.
Velút ego nocte hac quaé praeteriit próxuma
In sómnis egi sátis et fui homo exércitus.
Mercári uisus míhi sum formosám capram.
Ei né noceret quám domi ante habuí capram 230
Neu díscordarent, [ni]si ámbae in uno essént loco,
Postérius quam mercátus fueram, uísus sum

218. nauem *vel* nauim ‖ 220. aspicit te *vel* aspicite | exanimatum *vel* exanimatu ‖ 221. illam emeris *vel* illa meneris ‖ 222. ibo *vel* ibi ‖ 223. Quine ego huc *vel* Quin ego hac: *add Ca* ‖ 224. electaret *vel* eiectaret ‖ 225. di *vel* dii *vel* du: *om Donatus* ‖ 226. omnia *Donatus* | donant *vel* clamant: *corr ex Rud. 594* ‖ 228. In somnis *vel* in somnis In somnis | fui *vel* ful ‖ 231. ambae in uno *vel* ambo nunc ‖

In cústod<e>lam símiae concrédere.
Ea símia adeo póst haud multo ad mé uenit,
Male míhi precatur ét facit conuícium: 235
Ait sése illius ópera atque aduentú caprae
Flagítium et damnum fécisse haud medíocriter:
Dicít capram quam déderam seruandám sibi
Suaé | uxoris dótem ambedisse óppido.
Mihi illúd uideri mírum, ut una illaéc capra 240
Vxóris simiái dotem ambéderit.
Instáre factum símia atque hoc dénique
Respóndet: ni properem íllam ab sese abdúcere,
Ad mé domum intro ad uxórem ducturúm meam.
Atque óppido hercle béne uelle illu<d> uísus sum, 245
Ast nón habere quoí commendarém capram:
Quo mágis, quid facerem, cúra cruciabár miser.
Intérea ad me haedus uísust adgredírier.
Infít mihi praedicáre sese ab símia
Capram ábduxisse et coépit inridére me: 250
Ego ením lugere atque ábductam illam aegré pati.
Hoc quam ád rem credam pértinere sómnium
Nequeo ínuenire: nísi capram illam súspicor
Iam me ínuenisse quaé sit aut quid uóluerit.
Ad pórtum hinc abii máne cum lucí semul. 255
Postquam íd quod uolui tránsegi, atque ego cónspicor
Nauem éx Rhodo quast héri | aduectus fílius.

---

233. custodiam: *corr Gru* | simiae (*vel* si////miae) concredere *vel* si aecongredere ‖ 236. sese illius opera *vel* se illius caprã opera ‖ 239. ambedisse *vel* ambededisse ‖ 240. illaec *vel* ancilla et una ‖ 241. simiae dotem ambederit *vel* simia dote dederit: *corr Mue* ‖ 244. meam *vel* meum ‖ 245. 246. *ordine inv libri: trai Gul* ‖ 245. illi: *corr Bo* ‖ 247. QUAMAGIS: Quod agis: *corr Ca* ‖ 248. ADMEHAEDUS: ad me hedus *vel* hedus ad me | uisust (*sic A*) *vel* uisus est *vel* uis ⌗ ‖ 249. SESSE ‖ 250. ADDUXISSE | INRIDERI ‖ 251. lugere *vel* ludere: LUḂERE (*vel* Ḍ) | ABDUCTAMILLAMAEGREPATI: illam abductam conqueri *vel* abductam conquiri ‖ 252. quam (*sic A*) *vel* quod ‖ 255. luce: *corr Ca* (*fort. cum A*) | simul (*sic A*) *vel* semul ‖ 256. IDQUỌḌUOLUI: id hic (*vel* hic id) quod uolui (*vel* uoluit) | atque: IBI ‖ 257. Nauem (*sic A, Priscianus*) *vel* Nauim ‖

Conlúbitumst illuc míhi nescioqui uísere.
Inscéndo in lembum | átque ad nauem déuehor:
Atque íbi ego aspicio fórma eximia múlierem, 260
Filíus quam aduexit méus matri ancillám suae.
Quam ego póstquam aspexi, nón ita amo ut saneí solent
Hominés, sed eodem pácto ut insaneí solent.
Amáui equidem hercle ego ólim in adulescéntia:
Verum ád hoc exemplum númquam, ut nunc insánio. 265
Vnúm quidem hercle iám scio, periísse me.
Vosmét uidete céterum quantí siem.
Nunc hóc profecto seíc est: haec illást capra.
Verum hércle simia ílla atque haedus m<íhi mal>um
Adpórtant. atque eos ésse quos deicam haúscio. 270
Sed cónticiscam: nam éccum it uicinús foras.

LYSIMACHVS. DEMIPHO. LORARIVS
SENES II

LY. Profécto ego illunc <h>írcum castrarí uolo
Rurí qui uobeis éxhibet negótium.
DE. Nec ómen illud míhi nec auspiciúm placet:
Quasi híreum metuo ne úxor me castrét mea, 275
Ac métuo ne illaec símiae partís ferat.

---

258. CONLIBITUNST | ILLUCMIHI: illud mihi *vel* mihi | uisere (*sic A*) *vel* miser ‖ 259. INSCENDOIN: Ascendi in *vel* escendum lembum (*sic A*) *vel* limbum | nauem (*sic A, ut vid*) *vel* nauim | DEUEHOR: aduehor *vel* adueor ‖ 260. IḄỊẸGO: ego illam (*vel* illic) eximiam *vel* exumia: *corr* D^2 *cum A* ‖ 262. amo (*sic A*) *vel* amarem ‖ 264. EQUIDEMHERCLE: hercle equidem ‖ 266. PERIEI(SSE) ‖ 267. QUANTISIEM: quanti sim *vel* qui siem ‖ 269. UERUMHERCLE: Sed | M******ỤṂ (*suppl Ri*): timeo quid uelint ‖ 270. *solus A habet* ‖ 271. conticiscam (*sic A*) *vel* conticescam | NAMECCUMITUICINUS: uicinum eccum exit ‖ 272. illuncircum (*sic A*) *vel* illum circum ‖ 273. Ruri qui (*sic A*) *vel* Rura que | ỤOBEIS: nobis | exhibet (*sic A*) *vel* exibent ‖ 274. illud (*sic A*) *vel* illuc | mihi nec (*sic A*) *vel* mihi ‖ 275. hircum (*sic A*) *vel* yrcum *vel* id qm̃ | NEMEUXORCASTRET ‖ 276. ACMETUONEILLAEC: Atque illius haec nunc ‖

LY. I tu hínc ad uillam atque ístos rastros uílico
Pisto ípsi facito ut córam tradas ín manum.
Vxóri facito ut núnties negótium
Mihi ésse in urbe, né me expectet: nám mihi 280
Tris hódie leiteis iúdicandas deícito.
Ei et hóc memento †dicere. LO. Numquid ámplius?
LY. Tantúmst. DE. Lysimache, sálue. LY. Eugae, Démipho,
Saluéto. quid agis? quíd fit? DE. Quod misérrumus.
LY. Dei mélius faxint. DE. Dei hóc quidem faciúnt. LY. Quid est? 285
DE. Dicám, si uideam tíbi | esse operam aut ótium.
LY. Quamquám negotiúmst, siquid ueis, Démipho,
Non sum óccupatus úmquam amico operám dare.
DE. Benígnitatem tuám mihi experto praédicas.
Quid tíbi ego aetatis uídeor? LY. Acherúnticus, 290
Senéx uetus, decrépitus. DE. Peruorsé uides:
Puer súm, Lysimache, séptuennis. LY. Sánun es
Qui púerum te esse dícas? DE. Vera praédico.
LY. Modo hércle in mentem uénit, quid tu deíceres:
Senéx quom extemplost, iám nec sentit néc sapit, 295
Aiúnt solere eum rúrsum repueráscere.
DE. Immó bis tanto uáleo quam ualuí prius.
LY. Bene hércle factum et gaúdeo. DE. Immo sí scias,
Oculeís quoque etiam plús iam uideo quám prius.
LY. Benést. DE. Malae re deíco. LY. Iam istuc nón benest. 300
DE. Sed aússimne ego tibi éloqui fidéliter?

---

278. UTCORAM: coram ut ‖ 283. TANTUMSTLYSIMACHE ‖ 284. SALUETO: Salueo *vel* salue.o ‖ 285. faxint *vel* faxim: FACIENT | faciunt (*sic A*) *vel* faciant | QUIDST ‖ 289. EXPORTO ‖ 290. acheruntícus (*sic A*) *vel* acheruntícas ‖ 292. lysimache (*sic A*) *vel* lusimache ‖ 293. praedico (*sic A*) *vel* praedio ‖ 294. ERCLE ‖ 296. rursum (*sic A*) *vel* rusum ‖ 298. ERCLE | SISCIAS: scias ‖ 300. mala ere *vel* mala re (malae rei *in A quadrat*) | BENEST: bonum est ‖ 301. AUSSIMNE: ausimne | FIDELITER: siquid uelim ‖

LY. Audácter. DE. Animum aduórte. LY. Fiet sédulo.
DE. Hodie eíre occepi in lúdum litterárium:
Lysímache, ternas scío iam. LY. Quid ternás? DE
Amo.
LY. Tun cápite cano amás, senex nequíssume? 305
DE. Si cánum seu istuc rútilum siue atrúmst, amo.
LY. Ludíficas nunc tu me heíc, opinor, Démipho.
DE. Decíde collum stánti, si falsúm loquor:
Vel út scias me amáre, cape cultrum ác seca
Digitúm uel aurem uél tu nassum uél labrum: 310
Sei móuero me seú secari sénsero,
Lysímache |, auctor sum út me amando | énices.
LY. Si umquám uidistis píctum amatorem, ém illic est.
Nam meó quidem animo uétulus, decrepitús senex
Tantídemst, quasi sit sígnum pictum in páriete. 315
DE. Nunc tú me, credo, cástigare cógitas.
LY. Egon té? DE. Nil est iam quód tu mihi sus-
cénseas:
Fecére tale ante áliei spectatí uirei.
Humánum amarest átque id uei optingít deum. 319. 320
Ne sís me obiurga: hoc nón uoluntas me ímpulit.
LY. Qui<n> nón obiurgo. DE. At né deteriorém
tamen
Hoc fácto ducas. LY. Égon[e] te? a[t]h[e], ne di
síuerint.

---

303. OCCEPIINLUDUM: inludum occepi | LITTERARIUM: literarum || 304. lysimache (*sic A*) *vel* lusimache | amo: SCIO || 305. SENEXNEQUISSIMEHOMO || 306. RUTILUNST | ATRUNST || 308. STANTISISIFALSUM: si falsum stati *vel* si falsum ad te | LOQUOR: loquar || 309. ACSECA: seca || 310. NASSUM (*ut vid.*): nasum || 311. secari sensero (*sic A*) *vel* secare censeor || 312. enices (*sic A*) *vel* hic ē || 313. uidistis (*sic A*) *vel* uidisti | em (*sic A*) *vel* hem || 314. uetulus: PLANE || 315. Tantidem (*vel* Tam idem) est: TANTIDEST || 318. Fecere (*sic A*) *vel* Facere || 319 sq. amarest (*sic A*) *vel* amare si | ATQ·IDUELOPTINGITDEUM (*ubi* uei *Gertzius*): humanum autem ignoscere est || 321. NESISME: Nescis me (*vel* ne) | obiurga (*sic A*) *vel* obiurgare || 322. *add Py* || 323. *del Bo* athene desiuerint: *corr Ca* ||

DE. Vide sís modo etiam. LY. Vísumst. DE. Certen? LY. Pérdis me.
Hic homo éx amore insánit. numquid uís? DE. Vale. 325
LY. Ad pórtum propero: nám ibi mihi negótiumst.
DE. Bene ámbulato. LY. Béne uale[to]. DE. Bene sít tibi.
Quin míhi quoque etiamst ád portum negótium:
Nunc ádeo ibo illuc. séd optume gnatúm meum
Video, éccum. opperiar hóminem. hoc †nunc mihi uisost opus, 330
Huic pérsuade⟨re⟩ quó modo potís si⟨e⟩m,
Vt íllam uendat néue det matrí suae:
Nam ei dóno aduexe audíui. †sed praecautost opus,
Ne hic íllam me animum adiécisse aliqua séntiat.

CHARINVS. DEMIPHO
ADVLESCENS SENEX

CHA. Homo mé miseriór nullus ést aeque, opínor, 335
Neque áduorsa quoí plura sínt sempitérna.
Satin quícquid est quam rem agere óccepi,
Proprium nequit mihi euenire quod cupio?
Ita míhi mala res aliqua óbicitur,
Bonum quaé meum conprimit cónsilium. 340
Míser amicam míhi paraui ánimi causa, prétio eripui,
Ratús clam patrém ⟨me⟩ meúm posse habére:
Is résciuit ét uidit ét perdidít me.
Neque ís quom rogét quid loquár cogitátumst:
Ita ánimi decem ín pectore íncerti cértant. 345

---

327. ualeto *vel* ualete: *del Guy* ‖ 328. etiamst *vel* etiam si ‖ 329. optume gnatum *vel* optum ec natum ‖ 331. re *add* D^2 | e *add Ca* ‖ 332. neue det *vel* ne uendat ‖ 333. ei dono (*vel* domo) *vel* idoneo ‖ 335. aeque *vel* atque ‖ 337. occepi *vel* occepit ‖ 338. *cf. ad Men. 110* | nequit *vel* nequid ‖ 342. clam *vel* dam | *add Bent* ‖ 344. Neque is *vel* Nequis | cogitatumst *vel* cogitat unde est ‖

Nec quíd corde núnc consilí capere póssim,
Sció: tantus cúm cura meóst error ánimo:
Dum sérui meí perplacét mihi consílium,
Dum rúrsum haud placét nec patér potis uidétur
Indúci, ut putét matri ancíllam emptam esse íllam. 350
Nunc sí dico ut rés est atque íllam mihí me
Emísse indicó, quem ad modum éxistumét me?
* * * * * * * * * * * * * *
Atque íllam abstrahát, trans mare hínc uenum aspórtet.
Sció saeuos quám sit domó doctus †igitur. 355
Hócinest amáre? arare máuelim quam síc amare.
Iam hinc ólim ⟨me⟩ inuítum domo éxtrusit áb se:
Mercátum ire iússit: ibi hóc malum ego inuéni.
V́bi uoluptatem aégritudo uíncat, quid ibi inést amoeni?
Nequíquam abdidi, ábscondidi, ábstrusam habébam: 360
Muscást meus patér, nil potést clam illum habéri,
Néc sacrum nec tám profanum quícquamst, quin ibi ílico adsit.
Néc qui rebus meís confidam, míhi ulla spes in córde certast.
DE. Quíd illuc est quod sólus secum fábulatur fílius?
Sóllicitus mihí nescioqua ré uidetur. CHA. Áttatae, 365
Méus pater hicquidémst quem uideo. ibo, ádloquar. quid fít, pater?
DE. V́nde incedis? quíd festinas, gnáte mi? CHA. Recté, pater.
DE. Íta uolo. sed istúc quid est, tibi quód commutatúst color?

---

347 sq. meost error *vel* meus terror | *dist Ribbeckius* | serui mei *vel* mei serui ‖ 352. *lac sign Ri* ‖ 357. *add Ri* | extrusit *vel* extruxit ‖ 358. *ab* ACM *v. initium cepit in A, ut vid* ‖ 360. abscondidi *vel* abscondi | abstrusam *vel* abstruxsam ‖ 362. quicquamst *vel* quicquam si | quin *vel* quid ‖ 363. in corde certast *vel* in corde est *vel* est in corde ‖ 364. illuc est *vel* illuc | solus *vel* solum | fabulatur *vel* fabuletur ‖ 365. At tace *vel* atate: *corr Palm* ‖ 366. pater hicquidem est (*sic A, ut vid*) *vel* quidem hic pater est | uideo ibo *vel* uideo ‖

Númquid tibi dolét? CHA. Nescioquid méo animost aegré, pater.
Póste hac nocte nón quieui sátis me⟨a⟩ ex senténtia. 370
DE. Pér mare ut uectú's, nunc oculi térram mirantúr tui.
CHA. †Magis opinor. DE. Íd est profecto: uérum actutum abscésserit.
Érgo edepol pallés: si sapias, eás ac decumbás domi.
CHA. Ótium non ést: mandatis rébus praeuortí uolo.
DE. Crás agito, peréndie agito. CHA. Saépe ex te audiuí, pater: 375
Reí mandatae omnís sapientis prímum praeuortí decet.
DE. Áge igitur: nolo áduorsari tuam áduorsum senténtiam.
CHA. Sáluos sum, siquidem ísti dicto sólida et perpetuást fides.
DE. Quíd illuc est, quod ille á me solus se ín consilium séuocat?
[Iam] Nón uereor ne illám me amare hic pótuerit rescíscere: 380
Quíppe ⟨h⟩aud etiam quícquam inepte féci, amantes út solent.
CHA. Rés adhuc quidem hércle in tutost. nam húnc nescire sát scio
Dé illa amica: quód si sciret, ésset alia orátio.
DE. Quín ego hunc adgrédior de illa? CHA. Quín ego hinc me amólior?
Éo ego, ut quae mandáta †amicus amicis tradam. DE. Immó mane: 385
Paúcula etiam scíscitare príus uolo. CHA. Dic quíd uelis.

---

370. Poste *vel* Postea ‖ 371. uectus: *corr Ri* ‖ 372. MAGISO**NORỊ—— ‖ 373. palles *vel* palle ‖ 375. agito perendie *vel* agio pere die ‖ 378. dicto *vel* dicito ‖ 379. illa me *vel* mea me: *corr Angelius* | se *vel* sed | ẸCAT, *ut vid, in fine A* ‖ 380. *del Brixius* | uereor *vel* uereo | resciscere *vel* rescistere ‖ 381. aut | feci amantes *vel* faciam ante ‖ 382. hunc *vel* huc ‖ 385. amicus *vel* amicum ‖ 386. sciscitare *vel* suscitare ‖

DE. V́squene ualuistí? CHA. Perpetuo récte, dum quidem illíc fui:
Vérum in portum huc út sum aduectus, néscioqui animus míhi dolet.
DE. Naúsea edepol fáctum credo: uérum actutum abscésserit.
Séd quid ais? ecquám tu aduexti tuaé matri ancillám Rhodo? 390
CHA. Áduexi. DE. Quid? ea út uidetur múlier? CHA. Non edepól mala.
DE. V́t moratast? CHA. Núllam uidi mélius mea senténtia.
DE. Míhi quidem edepol uísast, quom illam uídi — CHA. Eho, an uidistí, pater?
DE. Vídi: uerum nón ex usu nóstrost neque adeó placet.
CHA. †Qui uero? DE. Quia non nostra fórmam habet dignám domo. 395
Níl opus⟨t⟩ nobís ancilla, nísi quae texat, quaé molat,
Lígnum caedat, pénsum faciat, aédis uerrat, uápulet,
Quaé habeat cottídianum fámiliae coctúm cibum.
Hórunc illa nílum quicquam fácere poterit. ⟨CHA.⟩ Ádmodum.
[CHA.] Eá caussa equidem illam émi, dono quám darem matrí meae.
DE. Né duas neu[e] te áduexisse díxeris. — [CHA.] di me ádiuuant: 401.402
[DE.] Lábefacto paulátim. — uerum quód praeterii dícere,
Néque illa matrem sátis honeste tuám sequi poterít comes,

---

387. Vsquene *vel* Vsque ‖ 388. qui animus *vel* quia nimis ‖ 389. Nausea *vel* Nause ‖ 390. aduexit *vel* aduexti *vel* aduexi | ancillam rohdo *vel* ancillam ancillam e rhodo ‖ 393. *dist Goe* ‖ 394. nostrost *vel* nostro si ‖ 396. *add Ri* ‖ 397. uapulet *vel* ac uapulet *Nonius* ‖ 398. QUAEH— *etiam in A apparuit* | familiae *vel* familia ‖ 399. Horunc illa (*sic A*) *vel* Horum ancilla | quicquam *vel* quam | *add Sey* ‖ 400. *del Sey* | CAUSSA: causa | emi *vel* mi ‖ 401 sqq. Ne duas *vel* Ne tuas: ụịṇṣ— | e *del Ca* | pers *del Spengelius* ‖

Néque sinam. CHA. Qui uéro? DE. Quia illa fórma matrem fámilias 405
Flágitium sit seí sequatur, quándo incedat pér uias.
Cóntemplent, conspíciant omnes, nútent, nictent, síbilent,
Véllicent, uocént, molesti sínt, occentent óstium:
Ímpleantur élegeorum meaé fores carbónibus:
Átque ut nunc sunt máledicentes hómines, uxorí meae 410
Míhique obiectent lénocinium fácere. nam quid eóst opus?
CHA. Hércle qui tu récte dicis ét tibi | adséntior.
Séd quid illa nunc fíet? DE. Recte: ego émero matrí tuae
Áncillam uirágìnem aliquam nón malam, formá mala,
Ýt matrem addecét familias, aút Syram aut Aegýptiam. 415
Éa molet, coquét, conficiet pénsum, pinsetúr flagro:
Néque propter eam quícquam eueniet nóstris foribus flágiti. 417. 418
CHA. Quíd, si igitur reddátur illi unde émptast? DE. Minume géntium.
CHA. Díxit se redhibére, si non pláceat. DE. Nil istóc opust: 420
Lítigari nólo ego u[o]squam, tuam aútem accusarí fidem.
Múlto edepol, siquíd faciendumst, fácere damni máuolo
Quam óbprobramentum aút flagitium múliebre exferrí domo.
Mé tibi illam pósse opinor lúculente uéndere.

---

406. Flagitium sit (*sic A*) *vel* flagitiumst ‖ 407. omnes nutent *vel* nutent | nectent ‖ 408. uocent molesti sint occentent *vel* nocent molestis innocent ‖ 409. meae fores carbonibus elegeorum: *trai Bo* ‖ 411. obiectent *vel* obicient | lenocinium *vel* lenocinum *vel* lenocium ‖ 412. dicis *vel* dices ‖ 414. uiraginem *vel* uiracinem ‖ 415. egyptiam *vel* cypiam ‖ 416. molet coquet *vel* molet | pensetur: *corr Scu* ‖ 417 sqq. *verba* minime gentium *post* flagiti *scripsit et del B omissa v. 419* ‖ 420. redhibere *vel* adhibere | placeat *vel* placet | opust *vel* opus ‖ 421. *del Buechelerus* ‖ 423. exferri (*sic A, ut vid*) *vel* ecferri ‖

CHA. Dúm quidem hercle né minoris uéndas quam ego emí, pater. 425
DE. Táce modo: senéx est quidam, qui †illam mandauít mihi
Ýt emerem ad istanc fáciem. CHA. At mihí quidam adulescéns, pater,
Mándauit, <ut> ád illam faciem, íta ut illast, emerém sibi.
DE. Víginti minís opinor pósse me illam uéndere.
CHA. Át ego si uelím, iam dantur séptem et uigintí minae. 430
DE. Át ego — CHA. Quin ego, ínquam — DE. Ah nescis quíd dicturus súm: tace.
Trís minas accúdere etiam póssum, ut trigintá sient. 432. 433
CHA. Quó uortisti? DE. Ad íllum qui emit. CHA. Ýbinamst is homo géntium?
DE. Éccillum uideó: iubet quinque me áddere etiam

núnc minas. 435
CHA. Hércle illunc di<ui> ínfelicent quísquis est. [DE.] ibidém mihi
Étiam nunc adnútat: addam séx minas. DE. Septém mihi.
Númquam edepol me uíncet hodie. <CHA.> Cómmodis poscít, pater.
DE. Néquiquam poscít: ego habebo. CHA. At íllic pollicitúst prior.
DE. Níli facio. CHA. Quínquaginta póscit. DE. Non centúm datur. 440
Pótine ut ne licitére aduorsum <méi> animi senténtiam?

---

428. *add Vss* ‖ 434. CHA. Quo *et* DE. Ad *vel* Quo *et* Ad | Vbinamstis *vel* Vbi nastis ‖ 435. Eccillum *vel* Ecce illum | quinque *vel* quoque ‖ 436. illunc *vel* illuc | di infelicent *vel* dii felicent: *add Sey* | *del Ri* ‖ 437. CHA.: *corr Goe* ‖ 438. hodie *vel* hodie me uincet hodie | *add Guy* ‖ 439. habeo *vel* habebo ‖ 440. Nihili *vel* Nihil ‖ 441. Potine ut ne *vel* Potinne ut | litigere *vel* liceret: *corr Ca* | *add Scal* ‖

Máxumam hercle habébis praedam: ita íllest quoi emitúr senex.
Sánus non est éx amore illíus: quod poscés, feres.
CHA. Cérte edepol aduléscens ille quoí ego emo efflictím perit
Eíus amore. DE. Múlto hercle ille mágis senex, si tú scias. 445
CHA. Númquam edepol fuít neque fiet ílle senex insánior
Éx amore quam ílle adulescens quoí ego do hanc operám, pater.
DE. Quiésce, inquam: istanc rém ego récte uídero. CHA. Quid a[g]ís? DE. Quid est?
CHA. Nón ego íllam mancúpio accepi. <DE.> Séd ille illam accipi<é>t: [DE.] sine.
CHA. Nón potes tu lége uendere íllam. DE. Ego aliquid uídero. 450
CHA. Póst autem commúnis est illá mihi cum alio: quí scio,
Quíd sit ei animí, uenirene eám uelit an nón uelit?
DE. Égo scio uelle. CHA. Át pol ego esse crédo aliquem qui nón uelit.
DE. Quíd id mea refért? CHA. Quia illi suám rem esse aequomst ín manu.
DE. Quíd ais? CHA. Communís mihi illast cum íllo, is hic nunc nón adest. 455
DE. Príus respondes quám rogo. CHA. Prius tú emis quam uendó, pater:
Néscio, inquam, uélit ille illam nécne abalienárier.
DE. Séd illi qu<o>idam quí mandauit tíbi si emetur, túm uolet:

---

442. cui emitur *vel* q̄m mentitur ‖ 444. Certe *vel* Certo efflictim *vel* efflectim ‖ 448. *del Dousa* ‖ 449. *pers add et del Ac* accepit: *corr Scal* ‖ 451. communis est *vel* communest ‖ 452. non uelit *vel* non ‖ 454. id mea *vel* deme | suam rem *vel* rem suam | manu *vel* naui ‖ 455. hic nunc *vel* nunc hic ‖ 457. ille illam: ILLAM | necne (*sic A*) *vel* necme ‖ 458 sq. SEDILLỊQUI-

Sí ego emo illi quí mandauit, túm ille nolet? níl agis.
Númquam edepol quisquam íllam habebit pótius quam ille quem égo uolo. 460
CHA. Cértumnest? DE. Censén certum esse? quín ad nauem iam hínc eo:
Íbi uenibit. CHA. Vín me tecum illo íre? DE. Nolo. CHA. Nón places.
DE. Méliust te quae súnt mandatae rés tibi praeuórtier.
CHA. Tú prohibes. DE. At me íncusato: té fecisse sédulo.
Ád portum ne bítas, deico iám tibi. CHA. Auscultábitur. 465
DE. Ibo ad portum. ne híc resciscat, caúto opust. non ípse emam,
Séd Lysimacho amíco mandabo: ís se ad portum deíxerat
Íre dudum. mé moror, quom heic ásto. CHA. Nullus sum: óccidi.

CHARINVS. EVTYCHVS
ADVLESCENTES II

CHA. Péntheum dirípuisse aiiunt Bácchas: nugas máxumas
Fuísse credo, praeút quo pacto égo diuorsus dístrahor. 470
Qúr ego ueiuo? qúr non morior? quíd mihist in uitá boni?

DAM: Quid illic quidam | *add Bo* | tibi —mandauit *solus habet A* | tum (*sic A*) *vel* cum ‖ 460. EDEPOLQUISQUAMEDEPOL ‖ 461. CERTUMNEST: Certum est | nauem (*sic A*) *vel* nauim ‖ 462. places (*sic A*) *vel* placet/// (*er.* st) ‖ 463. meliust te *vel* Melius item: MELIUSTE | res (*sic A*) *vel* tres ‖ 464. MEINCUSATO: tu excusato *vel* tu excusatio ‖ 465. BITAS: uitas *vel* bites ‖ 466. PORTUMNE: portum et ne ‖ 467. is se (*sic A*) *vel* esse ‖ 469. AIIUNT: aiunt | bacchas (*sic A*) *vel* bachas ‖ 471. QURERGO: Cur ego | QUR: cur | MIHIESTIMUITA: mihist in uita *vel* mihi sustinuit ‖

Cértumst, ibo ad médicum atque ibi me tóxico mortí dabo:
Quándo id mi adimitúr, qua causa uítam cupio uíuere.
EV. Máne, mane, opsecró, Charine. CHA. Quís me reuocat? EV. Eútychus,
Túos amicus ét sodalis ét uicinus próxumus. 475
CHA. Nón tu scis quantúm malarum rérum sustineám. EV. Scio.
Ómnia ego istaec aúscultaui ab óstio: omnem rém scio.
CHA. Quíd id est quod scis? EV. Túos pater uolt uéndere — CHA. Omnem rém tenes.
EV. Túam | amicam — CHA. Nímium multum scís. EV. tueis ingrátieis.
CHA. Plúrumum tu sceís. sed qui sceis ésse amicam illám meam? 480
EV. Túte heri ipsus míhi narrasti. CHA. Sátine ut oblitús fui
Tíbi me narrauísse? EV. Hau mirumst fáctum. CHA. Te nunc cónsulo:
Résponde, quo léto censes me út peream potíssumum?
EV. Nón taces? caue tu ístuc deixis. CHA. Quíd ueis me igitur deícere?
EV. Vín patri sublínere pulcre me ós tuo? CHA. Sané uolo. 485
EV. Vísne eam ad portúm? CHA. Qui potius quám uoles? EV. Atque éximam
Múlierem pretió? CHA. Qui potius quam aúro expendas? EV. Vnde erit?

---

472. CERTUNST | ibi me (*sic A*) *vel* me ibi ‖ 474. QUIS: Qui ‖ 475. ETUICINUS: simul uicinus ‖ 477. Omnia (*sic A*) *vel* Omni ‖ 480. MEAMESSEAMICAMILLAM ‖ 481. mihi narrasti *vel* mihi: MIHINARRAUISTI | SATINE: satin *vel* statim ‖ 482. HAUMIRUMSTFACTUM: haud mirum factumst ‖ 483. quo loeto censes (*sic A, sed* LETO) *vel* quo uolet occenses ‖ 484. caue tu (*sic A*) *vel* caue ‖ 485. Vim *vel* Vin (*sic A*) | sublinere (*sic A*) *vel* sublimere *vel* sublin(i)ire | meos (*sic A*) *vel* os ‖ 486. Qui: QUIN ‖ 487. ERIṬ: ateritis ‖

CHA. Áchillem orabo, aurum út mihi det Héctor qui expensús fuit.
EV. Sánun es? CHA. Pol sánus sei sim, nón te medicum mi éxpetam.
EV. Tánti quanti póscit, uin tanti íllam emi? CHA. Auctárium 490
Ádicito uel míllе nummum plús quam poscet. EV. Iám tace.
Séd quid ais? unde érit argentum quód des, quom poscét pater?
CHA. Ínuenietur, éxquiretur, áliquid fiet. EV. Enicas.
Iám istuc 'aliquid fíet' metuo. CHA. Quín taces? EV. Muto ímperas.
CHA. Sátin istuc mandátumst? EV. Potin ut áliud cures? CHA. Nón potest. 495
EV. Béne uale. CHA. Non édepol possum príus quam tu ad me rédieris.
EV. Méliust, sanus <sí> sis. CHA. Vale, uince ét me serua. EV. Ego fécero.
Dómi maneto me. CHA. Érgo actutum fáce cum praeda récipias.

ACTVS III

LYSIMACHVS. PASICOMPSA
SENEX MERETRIX

LY. Amíce amico operám dedi: uicínus quod rogáuit,
Hoc émei mercimónium. meá's tu: sequere sáne. 500
Ne plóra. nimis stulté facis: oculós corrumpis tális.

---

488. AURUMUT: aurum ‖ 489. ESS**OL ‖ 491. POSSEṬ | AUCTORARIUM (auctarium *etiam Festus, ut vid*) ‖ 493. FIET-ENICAS ‖ 495. aliud: ALIQUID ‖ 497. MELIUST: melius | *add Ri* ‖ 498. (F̣ẠÇÇỤ)MPRAEDA: face cum praedam ‖

Quin tíbi quidem quod rídeas magis ést quam ut lamentére.
PA. Amábo ecastor, meí senex, elóquere — LY. Exquire quíduis.
PA. Qur émeris me. LY. Téne ego? ut quod ímperetur fácias:
Item †quod tu mihi si ímperes, ego fáciam. PA. Facere cértumst 505
Pro cópia et sapiéntia quae té uelle arbitrábor.
LY. Labóriossi níl tibi quicquam óperis imperábo.
PA. Namque édepol equidem, mí senex, non dídici baiioláre
Nec pécua ruri páscere nec púeros nutricáre.
LY. Bona si ésse ueis, bene erít tibi. PA. Tum pól ego perii mísera. 510
LY. Qui? PA. Quía illim unde huc aduécta sum malís bene esse sólitumst.
LY. Quasi deícas nullam múlierem bonam ésse. PA. Haud equidem deíco:
Nec mós meust ut praédicem, quod ego ómneis scire crédam.
LY. Orátio edepol plúris est huiús, quam quanti haec émptast.
Rogáre hoc unum té uolo. PA. Rogánti respondébo. 515
LY. Quid aís tu: quid nomén tibi deicam ésse? PA. Pasicómpsae.
LY. Ex fórma nomen índitumst. sed quíd ais, Pasicómpsa,
Possín tu, sei ussus uénerit, subtémen tenue nére?

---

502. QUIN: Quid *vel* Qui ‖ 504. QUREMERIS: Cur empris *vel* Curem prius | METENE | facias (*sic A*) *vel* factas ‖ 505. CERTUNST: certum est *vel* certust *vel* certum ‖ 507. LABORIOSSI: Laboriose ‖ 508. Namque (*sic A*) *vel* Nam *vel* Non | BAIIOLARE: baiolare ‖ 509. PECUA (*item Priscianus*): pecula *vel* peculia ‖ 512—514. *hoc ordine A: 513. 514. 512 reliqui* ‖ 512. DEICIS: dicas *vel* dicias ‖ 515. UNUMHOC ‖ 516. quid nomen (*sic A*) *vel* quod nomen ‖ 517. EFORMA | (INDI)TUNST ‖ 518. SEI*SS**: si usus | subtemen tenue nere (*sic A*) *vel* subte mentem tenere ‖

PA. Possúm. LY. Sei tenue sceís, scio te ubérius posse nére.
PA. De lánificio néminem metuo úna aetate quaé sit. 520
LY. Bonae hércle te frugi árbitror, matúra iam inde aetáte
Quom sceís facere officiúm tuom, muliér. PA. Pol docta dídici:
Operam áccusari nón sinam meam. LY. Ém, istaec hercle rés est:
Ouém tibi millám dabo, natam ánnos sexagínta,
Pecúliarem. PA. Meí senex, tam uétulam? LY. Generis graécist: 525
Eam seí curabeis, pérbonast: tondétur nimium scíte.
PA. Honóris causa quícquid est quod dábitur gratum habébo.
LY. Nunc, múlier, ne tu frústra sis, mea nón es, ne arbitrére.
PA. Deic ígitur, quaeso, quóia sum? LY. Tuo eró redempta's rúrsum.
Ego té redemi ⟨illi⟩: ílle mecum oráuit. PA. Animus rédieit, 530
Sei mécum seruatúr fides. LY. Bono ánimo's: liberábit
Ille té homo: ita edepol déperit: atque hódie primum uídit.
PA. Ecástor iam biénniumst, quom mécum rem coépit.
Nunc quándo amicum té scio esse illíus, indicábo.
LY. Quid aís tu? iam biénniumst, quom habét rem tecum? PA. Cérto. 535

---

519. TENUESCEIS: tenue scis *vel* tenues | nere (*sic A*) *vel* tenere ‖ 521. BONAEHERCLETEFRUGẸ: Bonam hercle te et frugi ‖ 522. QUOM: cum *vel* Qm̃ (*ut saepius*) | ‡MULIERPOL: mulier pol: *corr Ca* ‖ 523. em (*sic A*) *vel* hem ‖ 524. OUEM: Quem | MỊLLAM (*vix* ẸC̣ỊLLAM): ecce illam *vel* ancillam (*corr Buggius*) | DATO ‖ 525. GRAECIST: gracist *vel* grãst ‖ 527. habebo: HABẸ-TỤṚ ‖ 528. ne tu (*sic A*) *vel* neu | mea (*sic A*) *vel* me | arbitrere (*sic A*) *vel* arbitrer ‖ 529. QUOIA: cuia *vel* cuius ‖ 530. *add Ri* | MECUM: me ‖ 532. homo ita (*sic A*) *vel* homo ‖ 533. Ecastor iam (*sic A*) *vel* Ecastor lam | BIENNIUNST ‖ 534. INCABO ‖ 535. HABET-REMTECUM: tecum rem habet ‖

Et intér nos coniuráuimus, †ego cúm illo et ille mécum, 536[a]
[Ego cúm uiro et ille cum múliere nisi cum íllo aut ille mécum] 536[b]
Neutér stupri caussá caput limáret. LY. Dei immortáles,
Etiám cum uxore nón cubet? PA. Amábo |, an marítust?
Neque ést neque erit. LY. Nolím quidem. homo hércle periuráuit.
<PA.> Nullum ádulescentem plús amo. LY. Puer ést illequidem, stúlta: 540
Nam illí quidem hau sané diust quom déntes excidérunt.
PA. Quid, déntes? LY. Nil est: séquere sis. hunc mé diem unum oráuit
Vt ápud me praehiberém locum: id[eo] féci, quia uxor rúrist.

DEMIPHO
SENEX

Tandem ímpetraui, ut égomet me — corrúmperem:
Emptást amica clam úxorem et clam fílium. 545
Certúmst: antiqua récolam et seruibó mihi.
Breue iám relicuom uítae spatiumst: quín ego
Voluptáte, uino et amóre delectáuero.

536[a]. ITINTER | AUTILLE ‖ 536[b]. *om. A: secl Ri* ‖ 537. CAUSSA: causa | limaret (*sic A*) *vel* liniaret ‖ 538. ANMARITUST: amaturust ‖ 539. QUIDEMHOMOHERCLEPERIURABIT: quidem. PA. Homo hercle periurauit ‖ 540. *add Ac: cf. v. 539* ‖ 541. HAU: haud | DIUST: diusi *vel* diuisi | exciderunt (*sic A*) *vel* exciderint ‖ 542. ‡ nihil (*sic A*) *vel* PA. nihil | HUNC: huc ‖ 543. APUTME: apud me *vel* apud | PRAEBEREM | IDEQFECI: ideo: *correximus cum Sey* ‖ 544. EGOMETMEUT | corrumperem (*sic A*) *vel* corumperem ‖ 545. empta est (*sic A*) *vel* empst | UXORE | CLAMFILIUM: iam filio ‖ 546. CERTUNST | et seruibo (*sic A*) *vel* et reseruibo *vel* ut seruibo ‖ 547 Decurso in spatio breue quod uitae reliquumst (*vel* relicuumst): *corr ex A* (RELIQUOM) ‖

Nam hanc sé bene habere aetátem nimiost aéquius.
Aduléscens quom seis, túm quomst sanguis ínteger, 550
Rei tuaé quaerundae cónuenit operám dare.
Demum ígitur, quom seis iám senex, tum in ótium
Te cónloces, dum pótes ames: id iám lucrumst,
Quod uíuis. hoc ut deíco facteis pérsequar.
Nunc támen interea ad mé⟨d⟩ huc inuisám domum. 555
(Intérea tamen huc íntro ad me inuisám domum.) 555[b]
Vxór me exspectat iám dudum esuriéns domi:
Iam iúrgio enicábit, si intro rédiero.
Verum hércle postremo útut est, non ibó tamen,
Sed húnc uicinum príus conueniam quám domum
Redeam. út mihi aedis áliquas conducát uolo, 560
Vbi hábitet istaec múlier. atque eccum ít foras.

LYSIMACHVS. DEMIPHO
SENES II

LY. Addúcam ego illum iam ád te, si conuénero.
DE. Me dícit. LY. Quid ais, Démipho? DE. Est muliér domi?
LY. Quid cénses? DE. Quid, si uísam? LY. Quid properás? ◡ _
DE. Quid fáciam? LY. Quod opust fácto, facito ut cógites. 565
DE. Quid cógitem? equidem hercle ópus hoc facto exístumo,
Vt illo íntro eam. LY. Itane uéro, uerbex? íntro eas?

---

550. tum (*sic A*) *vel* tecum ‖ 551. QUAERUNDAE: querendae ‖ 552. SEISIAM: si sim *vel* sis | TUM: tunc ‖ 553. POTESAMESIDIAM: potest aue sidiam *vel* potest uersidiam | LUCRUNST: lucro st ‖ 554. ỤIỤIS: uno (*vel* uni) uis ‖ 555[a]. *add Ri* ‖ 555[b]. *om A, ut vid* ‖ 556. expectat iam *vel* exspectanti an ‖ 561. it *vel* ut ‖ 563. dicit *vel* dicis ‖ 564. *lac sign Py* ‖ 565. facto facito *vel* facto ‖ 566. existimo *vel* exestimo ‖ 567. illuc: *corr Ri* | uerbex *vel* ueruex ‖

DE. Quid áliud faciam? LY. Príus hoc ausculta át-
que ades:
Prius étiamst quod te fácere ego aequom cénseo.
Nam núnc si illo introíeris, amplectí uoles, 570
Confábulari atque aúsculari. DE. Tú quidem
Meum ánimum gestas: scís quid acturús si<e>m.
LY. Peruórse facies. DE. Quódne amem? LY. Tantó
minus.
Iaiúnitatis plénus, anima foétida,
Senéx hircosus tu aúsculere múlierem? 575
Vtíne adueniens uómitum excutias múlieri?
<DE.> Scio pól te amare, quóm istaec praemonstrás
mihi.
[DE.] Quid si ígitur cenam fáciam? hoc si censés,
coquom
Aliquem árripiamus, prándium qui pércoquat
Apúd te hic usque ad uésperum. LY. Em, istuc
cénseo: 580
Nunc tú sapienter lóquere †atque amatori.
DE. Quid stámus? quin ergo ímus atque obsónium
Curámus, pulcre ut símus? LY. Equidem té sequor.
Atque hércle inuenies tú locum illi, sí sapis:
Nullum hércle praeter húnc diem illa apúd me erit. 585
Metuo égo | uxorem, crás si rure rédierit,
Ne illam híc offendat. DE. Rés paratast: séquere me.

---

568. hoc ausculta atque *vel* hoc ausculta atque hoc ‖ 569. quo *vel* q̃m ‖ 570. illuc introieris *vel* illo introiris ‖ 571. ausculari *vel* auscultari ‖ 572. *add Py* ‖ 573. ames: *corr Scal* ‖ 574. Iam etatis *vel* Ianutatis (ieiunitatis *Nonius*): *corr Skutschius* ‖ 575. ircosus *vel* uir quosus ‖ 578. DE. Quid *vel* Quid | unam (*vel* unum) factam (*vel* factum): *corr Pius* ‖ 583. Curemus: *corr Ca* ‖ 584. illi *vel* illic ‖ 585. Nullum hercle *vel* Nullum ‖

ACTVS IV

CHARINVS. EVTYCHVS
ADVLESCENTES II

CHA. Súmne ego homo misér, qui nusquam béne queo quiéscere?
Sí domi sum, fóris est animus: sín foris sum, animús domist.
Íta mihi in pectore átque in corde fácit amor incéndium: 590
Ni éx oculis lacrumaé defendant, iam árdeat, credó, caput.
Spém teneo, salútem amisi: rédeat an non, néscio.
Si ópprimit patér, quod dixit, éxsolatum abiít salus:
Seín sodalis quód promisit fécit, non abiít salus.
Séd †tamen demsi podagrosis pédibus esset Eútychus, 595
Iam á portu redísse potuit. íd illi uitium máxumumst,
Quód nimis tardus ést aduorsum méi animi senténtiam.
Séd isnest quem curréntem uideo? ípsus est. ibo óbuiam.
Núnc quid restat? [et] eí, disperii. uóltus neutiquam huiús placet.
Trístis [in]cedit: péctus ardet: haéreo: quassát caput. 600
Eútyche. EV. Eu, Charíne. CHA. Prius quam récipias anhélitum,
V́no uerbo elóquere: ubi ego sum? hícine an apud mórtuos?
EV. Néque apud mortuós neque hic es. CHA. Sáluos sum: inmortálitas

---

589. foris sum *vel* foris ẽ sum ‖ 591. ex oculis *vel* oculos | defendant *vel* defendat ‖ 592. SPEMTEN— ‖ 593. exsolatum *vel* exsulatum ‖ 595. demsipo dragosis *vel* dempsi podagrosis ‖ 596. a *vel* ad ‖ 597. mei animi *vel* animi ‖ 598. Sed inest: SEDISNE— | *secuntur v. 842 sq.* (*etiam in A*) *suo loco repetiti: del Ac* ‖ 599. NUNCQ— *et sub f. v.* QU**, *sequente novo v.* (ṢẸ*Q—) | quod *vel* quid | *del Sarac* ‖ 600. *del Bo* | *post h. v. nova scaena est in A, ut vid* ‖ 602. hicine an (*sic A, ut vid*) *vel* hinceam (hic an *B ras*) ‖

Míhi datast. hic émit illam: púlcre os subleuít patri.
Ímpetrabiliór qui uiuat núllus est. dic, óbsecro: 605
Seí neque hic neque Ácherunti sum, úbi sum? EV. Nusquam géntium.
CHA. Dísperii: illaec ínteremit mé modo | orátio.
†Odio sane oratio quom rém agas, longinquóm loqui.
Quícquid est, ad cápita rerum pérueni. EV. Primum ómnium
Péri⟨i⟩mus. CHA. Quin tu íllud potius núntias quod néscio? 610
EV. Múlier alienátast abs te. CHA. Eútyche, capitál facis.
EV. Quí? CHA. Quia aequalem ét sodalem líberum ciuem énicas.
EV. Né di sirint. CHA. Démisisti gládium in ⟨iu⟩gulum: iám cadam.
EV. Quaéso hercle, animum né desponde. CHA. Núllust quem despóndeam.
Lóquere porro aliám malam rem: quói⟨i⟩st empta? EV. Néscio: 615
Iam áddicta atque abdúcta erat, quom ad pórtum uenio. CHA. Vaé mihi:
Móntis tu quidém mali in me ardéntis iam dudúm iacis.
Pérge, excrucia, cárnufex, quandóquidem occepistí semel.
EV. Néc tibi istuc magís diuidiae ést quam mihi hodié fuit.
CHA. Díc, quis emit? EV. Néscio hercle. CHA. Em, istúcinest operám dare 620

---

604. pulchreos *vel* pulchros ‖ 605. Impetrabilior *vel* Impenetrabilior | dico: *corr B* ‖ 606. acherunti *vel* acheronti ‖ 608. Hodie sat st oratio *vel* odio sane oratio (*ab* OD *incipit in A*) | longinquum *vel* longinquam ‖ 609. Primum omnium (PRIMUMIOMNIŨ) *vel* Primum ‖ 610. *add Py* ‖ 611. Eutiche *vel* Eutiche hec ‖ 612. liberum ciuem *vel* ciuem liberum | ENECAS ‖ 613. desierint *vel* deserint: *corr Ca* | *add Ca* (*cum A, ut vid*) ‖ 615. malam rem *vel* rem malam | *addidimus* ‖ 616. abducta *vel* adducta ‖ 618. carnufexa *vel* carnifexa: *corr D cum A, ut vid* ‖ 619. Non *et* diuidia est *Varro* ‖

Bónum sodalem? EV. Quíd me facere uís? CHA. Idem quod mé uides:
Ýt pereas. quin pércontatu's, hóminis quae faciés foret
Quí illam emisset: eó si pacto pósset indagárier
Múlier? heu me míserum. EV. Flere omítte: istuc quod núnc agis.
[CHA.] Quíd ego feci? CHA. Pérdidisti me ét fidem mecúm tuam. 625
⟨EV.⟩ Dí sciunt culpám meam istanc nón esse ullam. CHA. Eugaé, papae.
Deós absentis téstis memoras: quí ego istuc credám tibi?
EV. Quía tibi in manúst quod credas: égo quod dicam, id míhi [ea] in manust.
CHA. Dé istac re | argútus es, ut pár pari respóndeas:
Ád mandata claúdus, caecus, mútus, mancus, débilis. 630
Prómittebas te ós sublinere meó patri: ego me[t] crédidi
Hómini docto rém mandar⟨e⟩, is lápidi mando máxumo.
EV. Quíd ego facerem? CHA. Quíd tu faceres? mén rogas? requíreres,
Rógitares quis ésset aut unde ésset, qua prosápia:
Cíuisne esset án peregrinus. EV. Cíuem esse ai[e]bant Átticum. 635
CHA. Ýbi habitaret ínuenires sáltem, si nomén nequis.
EV. Némo aiebat scíre. CHA. At saltem hóminis faciem exquíreres.
EV. †Feci. CHA. Qua forma esse aiebant? EV. Ego dicám tibi:
Cánum, uarum, uéntriosum, búcculentum, bréuiculum,

622. percunctatus *vel* percuntatus: *corr Ri* | pacies: *corr* D^2 ‖ 623. eo si *vel* eos si ‖ 624. fiere: *corr Ca* ‖ 625. EV. Perdidisti ‖ 626. *add* D^2 | euge pape *vel* eugipe ‖ 628. *del Bo* ‖ 631. sublinere *vel* sublimere | *del Ri* ‖ 632. *add Ca* | lapidi *vel* lepidi | mando maximo *vel* maximo ‖ 633. tu faceres *vel* faceres | *distinximus* | men *vel* me non | requireres *vel* requereres ‖ 635. *del Guy* ‖ 638. forma *vel* fora ‖ 639. uarum *vel* uiarum ‖

Súbnigris oculís, oblongis mális, pansam aliquántulum. 640
CHA. Nón hominem mihi, séd thensaurum néscioquem memorás mali.
Númquid est quod dícas aliud dé illo? EV. Tantum quód sciam.
CHA. Édepol ne ille oblóngis malis míhi dedit magnúm malum.
Nón possum duráre: certumst éxulatum hinc íre me.
Séd quam capiam cíuitatem cógito potíssumum: 645
Mégares, Eretriám, Corinthum, Chálcidem, Cretám, Cyprum,
Sícyonem, Cnidúm, Zacynthum, Lésbiam, Boeótiam.
EV. Cúr istuc coeptás consilium? CHA. Quía enim me adflictát amor.
EV. Quíd tu ais? quid quóm illuc quo nunc íre paritas uéneris,
Sí ibi amare fórte occipias átque item eius sit ínopia, 650
Iam índe porro aufúgies? deinde item íllinc, si item euénerit?
Quís modus tibi exílio tandem euéniet? qui finís fugae?
Quaé patria aut domús tibi stabilis ésse poterit? díc mihi.
Cédo, si hac urbe abís, amorem te híc relicturúm putas?
Si íd fore ita sat ánimo acceptumst, †certum id pro certo si habes: 655
Quánto te satiúst rus aliquo abíre, ibi esse, ibi uíuere,
Ádeo dum illius té cupiditas átque amor missúm facit?
CHA. Iám dixisti? EV. Díxi. CHA. Frustra díxti: hoc mihi certíssumumst.

---

640. pansam *vel* pansum ‖ 641. thensaurum *vel* thesaurum ‖ 646. Megare seretriam *vel* Megare feretriam: *corr Ri* | chalcitam *vel* calchitam ‖ 647. zacingthum *vel* zagcintum ‖ 648. boiotiam *vel* boetiam ‖ 650. Si ibi *vel* Sibi | forte *vel* forti ‖ 655. fore *vel* forte | sat *vel* sit ‖ 656. satius est (*vel* satiu st) rus *vel* stat lustrus ‖ 658. *dist Gru* ‖

Éo domum, patrem átque matrem ut meós salutem: póstea
Clám patrem patria hác effugiam aut áliquid capiam cónsili. 660
EV. Vt corripuit sé repente atque ábiit. heu miseró mihi:
Sí ille abierit, meá factum omnes dícent esse ignáuia.
Cértumst praeconúm iubere iám quantumst condúcier,
Quí illam inuestigént, qui inueniant: póst ad praetorem ílico
Íbo, orabo ut cónquis[i]tores dét mihi in uicis ómnibus. 665
Nám mihi nil rélicui quicquam áliud iam esse intéllego.

DORIPPA. SYRA
MVLIER ANVS

DO. Quoniam á uiro ad me rús aduenit núntius
Rus nón iturum, féci ego ingeniúm meum:
Reuéni, ut illum pérsequar qui mé fugit.
Sed anúm non uideo cónsequi nostrám Syram. 670
Atque éccam incedit tándem. quin is ócius?
SY. Nequeó mecastor: tántum hoc onerist quód fero.
DO. Quid óneris? SY. Annos óctoginta et quáttuor:
Et eódem accedit séruitus, sudór, sitis.
Simul haéc quae porto déprimunt. DO. Aliquíd cedo, 675
†Qui hanc uicini nostri aram auge[r]am.
[SY.] Da sáne hanc uirgam laúri. abi tu intró. SY. Eo.
DO. Apóllo, quaeso te, út des pacem própitius,
Salútem et sanitátem nostrae fámiliae,
Meóque ut parcas gnáto †pace propitius. 680

662. mea factum *vel* mea ‖ 663. iubere *vel* lubere ‖ 665. Ibo orabo *vel* Orabo | *del Lachm* ‖ 666. relicti: *corr Angelius* ‖ 670. syram *vel* syriam ‖ 671. incedit eccam: *trai Ca* ‖ 672. oneri st *vel* oneris est ‖ 677. *del Ac* | Da *vel* De | DO. (*vel* ♯) Eo ‖ 678. DO. Apollo *vel* Apollo ‖ 680. pace *vel* parce ‖

SY. Dispérii: perii mísera: uae miseraé mihi.
DO. Satín tu sana's, óbsecro? quid éiulas?
SY. Doríppa, mea Doríppa. DO. Quid †clamas obsecro?
SY. Nescíoquaest mulier íntus hic in aédibus.
DO. Quid, múlier? SY. Mulier méretrix. DO. Veron sério? 685
SY. Nimiúm scis sapere, rúri quae non mánseris.
Quamueís insipiens póterat persentíscere
N * * * * * * * * * * * *
Illam ésse amicam tuí uiri bellíssumi.
DO. Credó mecastor. SY. Ei hác mecum, ut uideás semul
Tuam Álcumenam paélicem, Iunó mea. 690
DO. Ecástor uero istúc eo quantúm potest.

LYSIMACHVS
SENEX

Parumne ést malai réi quod amat Démipho,
Ni súmptuosus ínsuper etiám siet?
†Decem si ad cenam uocasset summos uiros,
Nimium ópsonauit. séd coquos, quasi ín mari 695
Solét hortator rémiges hortárier,
Ita hórtabatur. égomet conduxí coquom:
Sed eúm demiror nón uenire ut iússeram.
Sed †quinam hinc a nobis éxit? aperitúr foris.

---

681. Dispersi ‖ 682. quid eiulas *vel* quod uolebas ‖ 684. qua est mulier inthus *vel* mulier quae est intus ‖ 685. serio (*sic A, ut vid*) *vel* serie ‖ 687. QUAMUẸIS: Quam uis *vel* Quam ‖ 688. *solus habuit A* ‖ 692. malae: *corr Blasius* ‖ 697. coquam: *corr D*² ‖

DORIPPA. LYSIMACHVS. (SYRA)
MVLIER SENEX ANVS

DO. Misérior mulier mé nec fiet néc fuit, 700
Talí uiro quae núpserim. heu miseraé mihi.
Em, quoí te et tua quae tu hábeas commendés uiro.
Em, qu<o>í decem talénta[m] dotis détuli,
Haec út uiderem, ut férrem has contumélias.
LY. Perii hércle: rure iám rediit uxór mea. 705
Vidísse credo múlierem | in aédibus.
Sed quaé loquatur éxaudire hinc nón qu<e>o.
Accédam propius. DO. Vaé miserae mihi. LY. Immó mihi.
DO. Dispérii. LY. Equidem hercle óppido perií miser;
Vidít. ut te omnes, Démipho, di pérduint. 710
DO. Pol hóc est, ire quód rus meus uir nóluit.
LY. Quid núnc ego faciam nísi uti | adeam atque ádloquar?
Iubét saluere súos uir uxorém suam.
Vrbáni fiunt rústici? DO. Pudícius
Faciúnt quam | illi quí non fiunt rústici. 715
LY. Numquíd delinquont rústici? DO. Ecastór minus
Quam urbáni: et multo mínus mali quaerúnt sibi.
LY. Quid aútem urbani déliquerunt? díc mihi.
DO. Qu<o>ia ílla mulier íntust? LY. Vidistíne eam?
DO. Vidí. LY. Quoia ea sit, rógitas? DO. Resciscám tamen. 720
LY. Vin dícam? quoiast? ílla — illa edepol — uaé mihi —
DO. Cupio hércle scire: séd tu me temptás sciens.

---

700. Miserior *vel* Misereor ‖ 707. *add Py* ‖ 710. ut te *vel* ut | perdiunt *vel* perdunt: *corr Pius, fort. cum A* ‖ 711. DO. Pol *vel* Pol ‖ 712. LY. Quid *vel* Quid | ỤṬỊ: ut ‖ 713. B***Ạ— | saluere *vel* saluare ‖ 716. delinqunt *vel* delinquon *vel* delinquunt ‖ 719. *add Gul* | intust *vel* intus st ‖ 720. Resciscam *vel* Resiscam ‖ 721. *distinximus* | cuia est *vel* cui est ‖

LY. Nescío quid dicam. DO. Haéres. LY. Haud uidí
magis.
DO. Quin dícis? LY. Quin si líceat — DO. Dictum
opórtuit.
LY. Non póssum, ita instas: úrges quasi pro nóxio. 725
DO. Scio, innóxiu's. LY. Audácter quamuis dícito.
DO. Dic ígitur. LY. Dicam? DO. Átqui dicundúmst
tamen.
LY. Illás[un]t — etiam uis nómen dicam? DO. Níl agis.
Manufésto teneo in nóxia [es]. LY. Qua nóxia?
Istáquidem illast — DO. Quae | íllast? LY. Illa —
DO. Ióhia. 730
LY. †Iam, sí nil usus ésset, iam non dícerem.
DO. Non tú scis quae sit ílla? LY. Immo iám scio: 732—734
De istác sum iudex cáptus. DO. Iudex? iám scio:
Nunc tu ín consilium istam áduocauistí tibi.
LY. Immó sic sequestro míhi datast. DO. Intéllego.
LY. Nil hércle istius quícquamst. DO. Numero pú-
r⟨i⟩gas.
LY. Nimiúm negoti répperi. enim uero haéreo. 739. 740

COCVS. LYSIMACHVS. DORIPPA. SYRA
SENEX MVLIER ANVS

CO. Agite íte actutum: nám mihi amatorí seni
Coquéndast cena |: átque quom recógito,
Nobís coquendast, nón ⟨quoi con⟩ductí sumus.
Nam quí amat quod amat sí habet, id habet pró cibo:
Vidére, amplecti |, aúsculari |, álloqui. 745
Sed nós confido onústos reditúrós domum.
Eite hác. sed eccum quí nos conduxít senex.

---

726. innoxius: *corr Bo* ‖ 727. Atqui *vel* At quid ‖ 728. *del Bo duce Ca* | *dist Bo* ‖ 729. *in A unus ex sequentibus praecedit, ut vid, unoque intermisso incipit a* DIC**C— (*vix* DEISTAC) | *del Dousa* ‖ 736. aduocauisti *vel* aduocasti ‖ 738. *add Ri* ‖ 742. recogito *vel* regito ‖ 743. *add Ca* ‖ 745. ausculari *vel* auscultare |

LY. Ecce aútem perii: cóquos adest. CO. Aduénimus.
LY. Abí. CO. Quid, abeam? LY. Sť, abi. CO. Abeám?
LY. Abei.
CO. Non éstis cenatúri? LY. Iam saturí sumus. 750
Sed intérii. DO. Quid ais tu? étiamne haec illí tibi
Iussérunt ferri quós inter iudéx datu's?
CO. Haecín tuast amíca, quam dudúm mihi
Te amáre dixtei, quom óbsonabas? LY. Nón taces?
CO. Satis scítum filum múlieris: uerum hércle anet. 755
LY. Abin díerectus? CO. Haúd malast. LY. At tú malu's.
CO. Scitam hércle opinor cóncubinam hanc. LY. Quín abis?
Non égo sum qui te dúdum conduxí. CO. Quid est?
Immo hércle tu istic ípsus. LY. Vae miseró mihi.
CO. Nempe úxor rurist túa, quam dudum deíxeras 760
Te odísse atque anguis. LY. Égone istuc dixí tibi?
CO. Mihí quidem hercle. LY. Íta me amabit Iúppiter,
Vxór, ut ego illud númquam deixi. DO. Etiám negas?
Palam ístaec fiunt té me odisse. LY. Quín nego.
CO. Non nón te odisse aiébat, sed uxorém suam: 765
Et uxórem suam ruri ésse aiebat. LY. Haéc east.
Quid míhi molestu's? CO. Quía nouisse mé negas.
Nisi métuis tu istanc — LY. Sápio: nam mihi únicast.

---

749. Abeam LY. Abei (*vel* Abii: Abi *B*²*D*²) ‖ 752. inter (*sic A, ut vid*) *vel* interii | datus: *corr Ri* ‖ 753. Haecin tua est amica: HAECIN***PỌṚ************SSE* ‖ 754. DIXṬẸỊ: dixisti ‖ 755. SATIN | filium: *corr Pius cum A, ut vid* | anet (*sic A*) *vel* amet ‖ 756. malus: *corr Ri* ‖ 757. OPINOR: opinor sane | QỤỊṆ: non ‖ 759. istuc (*etiam A, ut vid*): *corr Py* ‖ 760. rurest *vel* rus est: *corr ex A* ‖ 761. aeque (*sic A, ut vid*) *vel* aeque atque: *corr Sey* | ANGUẸS: anguis *vel* angis ‖ 764. 765. *hoc ordine A: inv reliqui* ‖ 765. Non non (*sic A*) *vel* Non | SEDUXOREM: uxorem uerum ‖ 766. uxorem suam: SUAMUXOREM ‖ 767. molestus (*sic A*) *vel* molestus es | NOUISSEMEṆẸGAS: me non nouisse ais ‖ 768. NISI: ni | *dist Goe* ‖

CO. Vein me éxperirei? LY. Nólo. CO. Mercedém cedo.
LY. Cras pétito: dabitur. núnc abi. DO. Heu miseraé mihi. 770
⟨LY.⟩ Nunc égo uerum illud uérbum esse experiór uetus,
Aliquíd mali esse própter uicinúm malum.
CO. Qur heíc astamus? queín abimus? †incommodi
Siquíd tibi euenit, íd non est culpá mea.
LY. Quein me éradicas míserum. CO. Scio iam quíd ueleis: 775
Nempe me hínc abire ueís. LY. Volo inquam. CO. Abíbitur:
Drachmám dato. LY. Dabitúr. CO. Darei ergo seís iube:
Darei pótest interea, dum íllei ponunt. LY. Quín abis?
Potine út molestus né seis? CO. Agite appónite
Opsónium istuc ánte pedes illí seni. 780
Haec uássa aut mox aut crás iubebo abs té peti.
Sequimínei. LY. Fortasse té illum mirarí coquom,
Quod uénit atque haec áttulit. dicam íd quid est.
DO. Non míror, seiquid dámnei facis aut flágiti,
Nec pól ego patiar seíc me nuptam tám male 785
Meásque in aedeis seíc scorta obductárier.
Syra, eí, rogato meúm patrem uerbeís meeis,
Vt uéniat ad me iám semul tecúm. SY. Eo.
LY. Nesceís negoti quíd sit, uxor. óbsecro:

---

769. NOLO: Volo | cedo (*sic A*) *vel* dabo ‖ 770. HEU: Eu ‖ 771. *add Py* ‖ 772. esse (*sic A*) *vel* esset ‖ 773. QUR: Cur | abimus (*sic A*) *vel* habimus ‖ 774. tibi: SECUSTIBI ‖ 775. MEERRADICAS: me radicas ‖ 776. hinc (*sic A*) *vel* hic | Abibitur (*sic A*) *vel* Adibitur ‖ 777. DRACHMAMDATO: dragmam dato *vel* Drachmandato ‖ 778. Quin (*sic A*) *vel* Qui ‖ 781. HAEQUASSA: Haec uasa ‖ 782. SEQUIMINEI: Sequimini *vel* Sequiminin ‖ 783. IDQUID: quid ‖ 787. UERBEISMEEIS: uerbis meis SY. Eo (*cf. 788*) *vel* meis uerbis ‖ 788. ad me (*sic A*) *vel* ad te | SIMUL | TECUM‡EO: tecum. SY. Eo *vel* tecum (*cf. 787*) ‖

Concépteis uerbeis iám ius iurandúm dabo, 790
Me númquam quicquam cúm illa — iamne abiít Syra?
Perii hércle. ecce autem haec ábiit. uae miseró mihi.
At té, uicine, dí deaeque pérduint
Cum túa | amica cúmque amatiónibus.
Suspícione impléuit me indigníssume: 795
Concíuit hostis †domi uxor acerrumast.
Ibo ád forum atque haec Démiphoni | éloquar,
Me istánc capillo prótracturum esse ín uiam,
Nisi hínc abducit quó uolt ex hisce aédibus.
Vxór, heus uxor, quámquam tu iratá's mihi, 800
Iubeás, si sapias, haéc ⟨hinc⟩ intro auférrier:
Eadém licebit móx cenare réctius.

ACTVS V

SYRA. EVTYCHVS
ANVS ADVLESCENS

SY. Era quó me misit, ád patrem, non ést domi:
Rus ábisse aiebant. núnc domum renúntio.
EV. Deféssus sum urbem tótam peruenárier: 805
Nil ínuestigo quícquam de illa múliere.
Sed máter rure rédiit: nam uideó Syram
Astáre ante aedis. Sýra. SY. Quis est qui mé uocat?
EV. Erus átque alumnus túos sum. SY. Salue, †alumne.
EV. Iam máter rure rédiit? respondé mihi. 810
SY. Cum quídem salute [a] fámilia⟨i⟩ máxuma.

---

793. perdunt *vel* perd$\overset{i}{u}$nt: *corr Py* ‖ 795. Suspicione *vel* Suspitionibus ‖ 798. istanc *vel* istac | protracturum *vel* protacturum ‖ 799. hisce *vel* hisc ‖ 801. sapias *vel* sapeas | *add Ri duce Py* ‖ 803. quo me *vel* q̄m me ‖ 805. Defessus sum (*vel* su) *vel* Defessum ‖ 806. inuestigo *vel* inuestigio *vel* inuenisti $\overset{o}{g}$ ‖ 811. *del Guy* | *add Bent* ‖

EV. Quid istúc negotist? SY. Túos pater bellíssumus
Amícam adduxit íntro in aedis. EV. Quó modo?
SY. Aduéniens mater rúre eam offendít domi.
EV. Pol haúd censebam istárum esse operarúm patrem. 815
Etiám nunc mulier íntust? SY. Etiam. EV. Séquere me.

SYRA
ANVS

Ecástor lege dúra uiuont múlieres
Multóque iniquióre miserae quám uiri.
Nam sí uir scortum dúxit clam uxorém suam,
Id sí resciuit úxor, inpunést uiro: 820
Vxór uiru<m> si clám domo egressást foras,
Viró fit causa, exígitur matrumónio.
Vtinám lex esset éadem quae uxoríst uiro.
Nam uxór contentast quaé bonast unó uiro:
Qui mínus uir una uxóre contentús siet? 825
Ecástor faxim, si ítidem plectantúr uiri,
Siquís clam uxorem dúxerit scortúm suam,
Vt illa<e> éxiguntur quae ín se culpam cómmerent,
Plurés uiri sint uídui quam nunc múlieres.

CHARINVS
ADVLESCENS

Límen superum<que> ínferumque, sálue, simul autém
uale: 830
Húnc hodie postrémum extollo meá domo patriá pedem.

---

812. bellisumus: *corr* CD^2 ‖ 816. nunc mulier *vel* mulier nunc ‖ 817. uiuunt *vel* uiuolunt ‖ 821. uiro: *corr Pareus* ‖ 822. matrumonio *vel* matrimonio ‖ 823 sq. uiro — bona est *om B* ‖ 828. inse culpam commerent *vel* insculpam conuenirent ‖ 830. superum *vel* superam: *add Ri* | autem uale (*vel* uabe) *vel* autem salue ‖

V́sus, fructus, uíctus, cultus iám mihi harunc aédium
Ínteremptust, ínterfectust, álienatust. óccidi.
Dí penates meúm parentum, fámiliai Lár pater,
Vóbis mando meúm parentum rém bene ut tutémini. 835
Égo mihi alios deós penatis pérsequar, aliúm Larem,
Áliam urbem, aliam cíuitatem: ab Átticis abhórreo.
Nám ubi mores déteriores íncrebrescunt ín dies,
V́bi qui amici, qui ínfideles sí[e]nt nequeas pernóscere,
V́biqu<e>id eripiátur animo tuó quod placeat máxume, 840
Íbi quidem si régnum detur, nón cupitast cíuitas.

EVTYCHVS. CHARINVS
ADVLESCENTES II

EV. Díuom atque hominum quaé s<u>peratrix átque era eadem es [h]óm[i]nibus,
Spé speratam quom óptulisti hánc mihi, tibi gratés ago.
Ecquisnam deus ést, qui mea nunc laétus laetitiá fuat?
Dómi | erat quod quaéritabam. séx sodales répperi: 845
Vítam, amicitiam, †ciuitatem, laétitiam, ludúm, iocum.
Eórum inuentu rés simitu péssumas pessúm dedi:
Íram, inimicitiám, maerorem, lácrumas, exilium, ínopiam,
Sólitudiném, stultitiam, exítium, pertináciam.
* * * * * * * * * * * * * * *

---

832. harum *Nonius* ‖ 833. Interitus *Nonius* ‖ 834. familiae: *corr Bent* ‖ 839. Vbique: *corr Palm duce Pio* | *del Ca* ‖ 840. Vbi qui deripiatur: *corr Scioppius* ‖ 841. est cupita (*vel* cupida): *trai Weisius* ‖ 842 sq. *cf. ad 598* ‖ 842. Diuum *vel* Dium | *add Ribbeckius* | era eadem *vel* era | *del Ribbeckius* ‖ 843. Spem speratam quam (*vel* sperat aequom *vel* sperata cum): *correximus duce A* (SPES—) | hunc mihi tibi *vel* hanc mihi ‖ 844. fiat *vel* fiet: *corr Ca* ‖ 845. quaeritabam *vel* querit abiam ‖ 847. inuentũrus (*vel* inuentũrus) *vel* inuentu st: *corr Guy* | simitu *vel* sim tu ‖ 848 sq. merorem lacrumas *vel* stultitiam exitium pertinatiam merorem lacrumas | *lac sign Ri* ‖

Dáte, di, quaeso, cónueniundi mi éius celerem cópiam. 850
CHA. Ápparatus sum, út uidetis. ábicio supérbiam:
Égomet mihi comés, calator, équos, agaso |, ármiger:
Égomet sum mihi ímperator, ídem egomet mihi oboédio:
Égomet mihi feró quod usust. ó Cupido, quántus es.
Nám tu quemuis cónfidentem fácile tuis factís facis, 855
Eúndem ex confidénte actutum díffidentem dénuo.
EV. Cógito quonam égo illum curram quaéritatum. CHA. Cérta rest
Me úsque quaerere íllam quoquo hínc abductast géntium
Néque mihi ulla obsístet amnis néc mons neque adeó mare,
Néc calor nec frígus metuo néque uentum neque grándinem: 860
Ímbrem perpetiár, laborem súfferam, solém, sitim:
Nón concedam néque quiescam úsquam noctu néque dius
Príus profecto quam aút amicam aut mórtem inuestigáuero.
EV. Néscioquoia uóx ad auris míhi aduolauit. CHA. Ínuoco
Vós, Lares uiáles, ut me béne tutetis. EV. Iúppiter, 865
Éstne illic Charínus? CHA. Ciues, béne ualete. EV. Ílico
Stá, Charine. CHA. Quí me reuocat? EV. Spés, Salus, Victória.
CHA. Quíd me uoltis? EV. Íre tecum. CHA. Álium comitem quaérite.

---

850. conueniumdi *vel* conueniundi ‖ 851. ut *vel* ut ut ‖ 852. calator *vel* caltor | agaso *vel* agas | armier *vel* armiger ‖ 854. occupido *vel* cupido: *corr Ca* ‖ 857. ego illum *vel* illum | certarest *vel* certa res est ‖ 859. ulla mihi obstauit *et* atque adeo *Nonius* ‖ 860. Neque frigus neque calorem *Nonius itemque, sed* calor, *Pseudoservius* ‖ 862. dius *vel* dnis *vel* uis ‖ 864. cuia uox *vel* cui noxa ‖ 865. diales *Nonius* | bene tutetis *vel* bene uiuetis: tutetis *Nonius* ‖

Nón amittunt hí me comites quí tenent. EV. Qui
sínt ei?
CHA. Cúra, miseria, aégritudo, lácrumae, lamentátio. 870
EV. Répudia istos cómites atque hoc réspice et re-
uórtere.
CHA. Síquidem mecum fábulari uís, subsequere. EV.
Sta ílico.
CHA. Mále facis properántem qui me cómmorare:
sól abit.
EV. Si húc item properés ut istuc próperas, facias
réctius.
Húc secundus uéntus nunc est: cápe modo uorsóriam. 875
Híc fauoniús serenust, ístic auster ímbricus:
Híc facit tranquíllitatem, iste ómnis fluctus cónciet.
Récipe te ad terrám, Charine, huc: †non me ex ad-
uorsó uides
†Nubis ater imberque instat. aspice non ad sinisteram
atque detis
†Caelum ut est splendore plenum ex aduorso uides. 880
CHA. Réligionem †ilic obiecit: récipiam me illúc. EV.
Sapis.
Ó Charine, cóntra pariter fér gradum et confér pedem.
Pórrige bracchiúm. <CHA.> Pre<he>nde. iám tenes? EV.
Teneó. CHA. Tene.
<EV.> Quó nunc ibas? CHA. Éxulatum. EV. Quíd ibi
faceres? CHA. Quód miser.
EV. Né paue: restítuam iam ego te †in gaudiantique
ut sis. 885

---

870. lacrume *vel* lacrum uel ‖ 875. ⌗ Cape ‖ 876. fauonius serenust istic *vel* serenus fauonius est hic ‖ 877. conciet *vel* coniciet ‖ 878. Recipite: *corr Ca* | me *vel* ne ‖ 879. imberque *vel* inberque | aspice non ad sinisteram *vel* aspiciae non adsinistram | atque *vel* atque ut ‖ 880. est splendore *vel* splendore est ‖ 881. Religionem *vel* Relligionem | ilic *vel* illi ‖ 882. garine: *corr D* ‖ 883. *pers add Ri* | prende *vel* pende: *corr Py* | CHA. *et* EV.: *inv Ri* ‖ 884. *add Ri* | Quod: *corr B* | Quid *vel* Quit | ibi facere uis (*vel* facer his) | Quot miserst: *del B* ‖ 885. gaudiantique *vel* gaudiantque ‖

Máxume quod uís audire, id aúdi<e>s: quod gaúdeas
†Sta ilico amicus atuenio multum béneuole<n>s.
Túam | amicam — CHA. Quíd eam? EV. Vbi sit égo
scio. CHA. Tune, óbsecro?
EV. Sánam et saluam. CHA. Vbi eam saluam? EV.
Égo scio. CHA. Ego me máuelim.
EV. Pótin ut animo sís tranquillo? CHA. Quíd si mi
animus flúctua[n]t? 890
EV. Égo istum in tran<quilló> quieto túto sistam,
né time.
CHA. Óbsecro te, †loquere ubi sit, ubi eam uíderis.
Quíd taces? dic: énicas me míserum tua re<ti>céntia
EV. Nón longe hinc abést a nobis. CHA. Quín [ergo]
commostras, sí [ut] uides?
EV. Nón uideo hercle núnc, sed uidi módo. CHA. Quin
†ego uideo facis? 895
EV. Fáciam. <CHA.> Longum istú[n]c amantist. <EV.>
Étiam muttis? ómnia
[CHA.] Cónmostrabo[r]. amícior mihi núllus uiuit át-
que is est
Qui íllam habet: nequést qu<o>i magis me mélius uelle
aequóm sie[n]t.
<CHA.> Nón curo istu<n>c: dé illa quaero. EV. De
ílla ergo ego dicó tibi.
Sáne hoc non in méntem uenit dúdum, ut ob * * * * 900
CHA. Díc igitur, ubi illást? EV. In nostris aédibus
CHA. Aedís probas.

---

886. audire id (*vel* it) *vel* audire | *add Ca* ‖ 888. Tuine *vel* tume atumne: *corr B* ‖ 889. Ego scio *vel* quo ego scio | mauetim *vel* malim ‖ 890. tranquillam: *corr B* | sint antimus (animus *corr D*): *corr Buechelerus* ‖ 891. in transquieto tuto *vel* in tranquietu o: *suppl Sey* ‖ 894. Quin *vel* Cum | *del Guy* | set | *del Bo* ‖ 895. sit uidim *vel* si uidit | Quem | uideo *vel* uidea ‖ 896. Faciam lon ⌗ Cum (*vel* cum): *corr Pareus* | emutuis *vel* metuis: *corr Stu* ‖ 897. Conmonstrabor *vel* Cum monstrabor ‖ 898. qui *vel* cum: *corr Pius* | me uelle me melius: *corr Guy* ‖ 899. Non *vel* Nunc | curam de istuc ulla (*vel* ullam): *corr Ri duce Ac* ‖ 900. ob *vel* tibi ‖

Sí tu uera dícis, pulcre aédificatas árbitro.
Séd qui[d] ego istuc crédam? uidisti[s] án de audito [i]nú⟨n⟩tias?
EV. Égomet uidi. CHA. Quís eam adduxit ád uos? EV. †Inique rogas?
CHA. Véra dicis? EV. Níl, Charine, té quidem quicquám pudet. 905
Quíd †ama refért, quicum istuc uénerit, dum istíc si⟨e⟩t?
[CHA.] Est profecto. CHA. Opta érgo ob istunc núntium quiduís tibi.
EV. Quíd, si optabo? CHA. Deós orato, ut éius faciant cópia⟨m⟩.
EV. Dérides? ⟨CHA.⟩ Seruáta res est démum, si illa⟨m⟩ uídero.
Séd quin ornatum húnc reicio? heus, áliquis [est] actutum hú[n]c foras 910
Éxite, illinc pállium mihi [ha]ecférte. EV. [H]Em, nunc tu míhi [ut] places.
CHA. Óptume aduení[en]s: puere, cape c⟨h⟩lámydem atque [haec] isti[nc] ⟨a⟩sta ílico,
Vt, si haec non sint uéra, inceptum hoc ítiner[e] perficere éxsequar.
EV. Nón mihi credis? CHA. Ómnia equidem crédo quae dicís mihi:
Séd quin intro dúcis me ad eam, ut uídeam? EV. Paulispér mane. 915
CHA. Quíd, manebo? EV. Témpus non est íntro eundi. CHA. Énicas.

---

903. *del Py* | uidistis ante audito: *corr Guy* | inotias *vel* inocias || 904. Egomet *vel* Egomes | ad uos *vel* uos || 905. charine *vel* carine || 906. amare fert *vel* ima refert | istac: *corr Ri* | istuc: *corr Ac* | *add Ca* || 907. *del Ca* | EV.: *corr Ca, idem v. 908 sq. pers permutans* | opta *vel* obta || 908. si *vel* sit || 909. Deridis seruata | uideor || 910. quin *vel* cum | *del Py* || 911. *del Scioppius* (ha///c *B*) | H *del Ri* | ut *del Ac* || 912. en *del Ac* | haec *del Bo* | istinc sat: *corr Sey duce Ca* || 913. sint *vel* sit || 914. quia edicis | mihi *vel* tibi || 915. quin *vel* cum ||

EV. Nón opus est, inquám, nunc intro te íre. CHA. Respondé mihi:
Quá causa? EV. Operae nón est. CHA. Cur? EV. Quia nón est illi cómmodu<m>.
CHA. Ítane? commodum ílli non est, quaé me amat, quam ego cóntra am<o>?
Ómnibus hic lúdificatur mé modis. ego stúltior, 920
Quí isti credam: cómmoratur. c<h>lámydem sumam dénuo.
EV. Máne parumper átque haec audi. CHA. Cápe sis, puer, hoc pállium.
EV. Máter iratást patri uehe̍ménter, quia scortúm sibi
Ób oculos addúxerit in aédis, dum ruri ípsa abest:
Súspicatur íllam amicam esse ílli. CHA. Sonam sústuli. 925
EV. Eám rem nunc exquírit intus. CHA. Iám machaerast ín manu.
<EV.> Núnc si eo te<d> íntro ducam — CHA. Tóllo ampullam atque hínc eo.
EV. Máne, mane, Charíne. CHA. Érras: me decipere | haúd potes[t].
EV. Néque edepol uolo. CHA. Quín tu ergo itiner éxsequi meum mé sinis?
EV. Nón sino. CHA. Ego mé moror. tu, púere, abi hinc intro ócius. 930
Iam ín currum escendí, iam lora ín manus cepí meas.
EV. Sánus non es. CHA. Quín, pedes, uos ín curriculum cónicitis

917. te ire *vel* ire | res CHA. Ponde: *corr D*² ‖ 918. commodi ‖ 919. contra iam *vel* contraham ‖ 920. stultior *vel* stultitior ‖ 921. Qui *vel* Quid | istic redam *vel* istic reddam ‖ 923. Mater *vel* Mane *vel om* ‖ 924. Oboculis ‖ 925 sq. *pers add Pius pro spatiis* | macharast *vel* macharest ‖ 927. Nam si eo (*vel* scio): *corr Ri* | *add Bo* | ampullam *vel* ampullum ‖ 928. potest: *corr D* ‖ 929. edepol uolo *vel* uolo edepol | itiner *vel* iter | sines *vel* sine *Nonius* ‖ 930. Egomet memor *Priscianus* | puere (*sic Priscianus*) *vel* puer ‖ 931. currum escendi *vel* cursum uescendi | lora *vel* hora ‖

In Cyprum rectá, quandoquidem páter mihi exiliúm parat?
EV. Stúltus es: noli ístuc, quaeso, dícere. CHA. Certum éxsequist,
Óperam ut sumam ad péruestigandum úbi sit illaec. <EV.> Quín domist. 935
<CHA.> Nam híc quod dixit íd mentitust. EV. Véra dixi equidém tibi.
CHA. Iám Cyprum uení. EV. Quin sequere, ut íllam uideas quam éxpetis.
CHA. Pércontatus nón inueni. EV. Mátris iam iram néglego.
CHA. Pórro proficiscór quaesitum. núnc perueni Chálcidem.
Vídeo ibi hospitém Zacynt<h>o: díco quid eo aduénerim: 940
Rógito quis eam <a>uéxerit, quis hábeat, si íbi ind[e]audíuerit.
EV. Quín tu istas omíttis nugas ác mecum huc intro ámbulas?
CHA. Hóspes respondít Zacynthi fícos fieri nón malas.
<EV.> Níl mentitust. CHA. Séd de amica se índaudi<u>isse aútuma[n]t
Híc Athenis ésse. EV. Calc<h>as ístequidem Zacýnt<h>iust. 945
<CHA.> Náuem conscendó, proficiscor ılico: ia<m> súm domi,
[EV.] Iám redi<i de> exílio. [CHA.] salue, mí[hi] sodalis Eútyc<h>e.

---

935. peruestigandum *vel* uestigandum ‖ 936. *add* D^2 | hic *vel* id | mentitust *vel* mentitumst ‖ 938. Percunctatus | neglego *vel* negleglo ‖ 939. chalcidem *vel* calcidem ‖ 941. Cogito: *corr Pius* | *add Sey* ‖ 942. Quin *vel* Cum | nugas *vel* naugas ‖ 943. # zacintho *vel* zacinto *vel* zaz$\overset{n}{y}$no: *corr Vss* ‖ 944. indaudiissẽ *vel* inaudiissẽ *vel* inaudisse: *corr Ri* ‖ 945. esse # | *add Ca* | zacyntiust *vel* zacyntust *vel* zacinctust ‖ 946. ea sum ‖ 947. *add Ri* | hi *del Guy* ‖

Ýt ualuisti? quíd parentis †metuat mater dati:
Béne uocas, benígne dicis. crás apud te, nún<c> domi.
Sí<c> decet, sic fíeri oportet. EV. †Eloqueni sómnias. 950
Híc homo non sanús<t>. CHA. Medicari amícus quin properás <mihi?>
<EV.> Séquere sis. CHA. Sequór. EV. Clementer, quaéso: calces déteris.
Aúdin tu? CHA. Iam dúdum audiui. EV. Pácem componí uolo
Meó patri cum mátre: nam nunc ést irata — CHA. Í modo.
EV. Própter istanc. CHA. Í modo. EV. Ergo cúra. CHA. Quin tu ergo í modo: 955
Tám propitiam réddam quam quom própitiast Iunó Ioui.

DEMIPHO. LYSIMACHVS
SENES II

DE. Quási tu numquam quícquam adsimile húius facti féceris.
LY. Édepol numquam: cáui nequid fácerem. uix uiuó miser:
Nám mea uxor própte<r> illam tóta in fermentó iacet.
DE. Át e[r]go expur<i>gátionem habébo, ut ne suscénseat. 960
<LY.> Séquere me. sed éxeuntem fílium uideó meum.

---

949. benigne dicis *vel* benigna aedicis | non: *corr Pius* || 950. *add Pius* | fieri *vel* fierit || 951. non sanus *vel* insanus: *corr Py* | # Medicari | *add Ri* || 952. Seque reses || 956. quam cum *vel* quam ////// || 958. 959. *inv libri: trai Ac* || 958. facerem uix uiuum ser *vel* facere multum miser: *corr Ri* || 959. propte (*corr* D^2) ellam *vel* prope illam || 960. *add Ri* || 961. *add Gru* ||

EVTYCHVS. LYSIMACHVS. DEMIPHO
ADVLESCENS SENES II

EV. Ád patrem ibo, ut mátris iram síbi esse sedatám sciat.
Iám redeo. LY. Placét principium. quíd agis? quid fit, Eútyche?
EV. Óptuma op⟨p⟩ortúnitate[m] ambo áduenistis. LY. Quíd reist?
EV. Vxor tibi placida ét placatast. cétte dextras núnciam. 965
LY. Dí me seruant. EV. Tíbi | amicam ésse nullam núntio.
DE. Dí te perdant. quíd negotist nám, quaeso, istuc? EV. Éloquar.
Ánimum aduortite ígitur ambo. LY. Quín tibi ambo operám damus.
EV. Quí bono sunt génere nati, ⟨sí⟩ sunt ingenió malo,
Suápte culpa †genere capiunt, génus ingeni⟨o qu⟩om ímprobant. 970
DE. Vérum hic dicit. LY. Tíbi ergo dicit. EV. Éo illud est uerúm magis.
Nám te istac aetáte[m] haud aequom fílio fuerát tuo
Ádulescenti amánti amicam erípere emptam argentó suo.
DE. Quíd tu ais? Charíni amicast ílla? EV. Vt dissimulát malus.
DE. Íllequidem illam sése ancillam mátri emisse díxerat. 975
EV. Própterea igitur tú mercatu's, nóuos amator, uétus puer?

---

962 sq. *inv libri: trai Py* ‖ 962. Ad patrem *vel* Appatrem ‖ 963. DE. Placet: *corr Sarac* | fit *vel* fiet | eutiche *vel* eutice ‖ 964. EV. Optimam *vel* Optima | ut uenistis *vel* aut uenistis: *corr Ca* ‖ 965. certe: *corr Ca* ‖ 968. DE. | Quin *vel* Quid ‖ 969. *add Ca* ‖ 970. ingenium improbant (*vel* probant): *corr Ri* ‖ 972. fuerat filio: *trai Bo* ‖ 973. emptam argento eripere: *trai Weisius* ‖ 974. charini *vel* charine ‖ 976. mercatus: *corr Ri* ‖

LY. Óptume hercle: pérge *: ego ádsistam hinc altrínsecus.
Quíbus est dictis dígnus, usque onerémus ambo. DE. Núllus sum.
EV. Fílio suo qui ínnocenti fécit tantam iniúriam:
Quém quidem hercle ego †in exilium quom iret, re<d>duxí domum. 980
Nam íbat exulátum. DE. An abiit? EV. Etiam loquere, lárua?
Témperare istác aetate istís decet te<d> ártibus.
DE. Fáteor, deliquí profecto. LY. Etiam loquere, lárua?
†Vacuom esse istac ted aetate his decebat noxiis. 983[b]
<EV.> Ítidem ut tempus ánni, aetate<m> aliam áliud factum cóndecet.
Nám si istuc iuus ést senecta aetáte scortarí senes, 985
Vbi locist res súmma nostra pública? DE. Ei, perií miser.
<LY.> Ádulescentes réi agendae isti mágis solent operá<m> dare.
<DE.> Iam óbsecro hercle habéte uobis cúm porcis, cum físcina.
<EV.> Rédde filió: sibi habeat. DE. Iam, út uolt, per me [sibi] habeát licet.
<EV.> Témpere edepol: quóniam ut aliter fácias non est cópiae. 990
DE. Súpplici sibi súmat quod uolt ípse ob hanc iniúriam.
Módo pacem faciátis oro, ut né mihi iratús s<ie>t.

---

978. alterinsecus: *corr ex gloss. Plaut.* ‖ 981. ibit exulatum *vel* exibat exilium ‖ 982. *add Abraham* ‖ 983[a]. EV. Etiam: *corr Ladewigius* ‖ 983[b]. ted aetate his *vel* aetate diis ‖ 984. *addidimus* | conuenit: *corr Lachm* ‖ 985. iuus *vel* uius ‖ 986. locis tres: *corr Fl* ‖ 987. *addidimus* | agendae *vel* agenda est ‖ 988. *addidimus* | uobis habete: *trai Ac* ‖ 989. *add* D^2 | filio sibi habeas. EV. Iam ut (*vel* habeas iam): *corr Ca* | *del Guy* ‖ 990. *add* D^2 | Temper edepol *vel* Temperare edepol: *corr Buechelerus duce Ac* ‖ 991. sibi sumat *vel* sumat | quid: *corr Bo* ‖ 992. faciatis oro *vel* faciat misero | iratus est: *corr Py* ‖

Si hércle sciuissém siue adeo ióculo dixissét mihi,
Sé illam amare, númquam facerem ut íllam amanti abdúcerem.
Eútyche, te<d> oró — sodalis eíus es — serua et súbueni. 995
Húnc senem para mé clientem: mémorem dices béneficí.
<LY.> Óra, ut ignoscát delictis tuís atque adulescéntiae.
DE. Pérgin tu autem? †hia superbe inuéhere. spero ego míhi quoque
Témpus tale euénturum, ut tibi grátiam referám parem.
<LY.> Míssas iam ego istas árti<s> feci. <DE.> Et quídem ego dehinc iam — LY. Níl <agis:> 1000
Cónsuetudine ánimus rursus te húc inducet. DE. Óbsecro,
Sátis iam ut habeatís. quin loris caédite etiam, sí lubet.
LY. Récte dicis: séd istuc uxor fáciet, quom hoc rescíuerit.
DE. Níl opust rescíscat. EV. Quid istic? nón resciscet: né time.
Eámus intro: nón utibilest híc locus, factís tuis, 1005
Dúm memoramus, árbitri ut sint quí praetereant pér uias.
DE. Hércle qui tu récte dicis. eádem breuior fábula
Erit. eamus. EV. Híc est intus fílius apud nós tuos.
DE. Óptumest. illác per hortum nós domum transíbimus.
LY. Eútyche, hanc uoló prius rem agi quám meum intro referó pedem. 1010
EV. Quíd istuc est? LY. Suám quisque homo rem méminit. respondé mihi:

---

993. loculo ‖ 995. *add Guy* | esse rua *vel* esse rura ‖ 996. benefici *vel* EV. (*s. v.*) bene fiet ‖ 997. *add Ca* | deliciis ‖ 998. LY.: *corr Ca* | hia *vel* huc ‖ 1000. *pers add Ca* | Missus | artificiet | *add Ca* | iam ♯: *corr Ca* | agis *add Lachm* ‖ 1004. LY. Quid *vel* ♯ Quid: *corr Sarac* ‖ 1005. utibile si *vel* ut si: *corr Ri* ‖ 1006. arbitri ut *vel* arbitrium ‖ 1010. rem agi *vel* rem magis | intro refero *vel* introire fero ‖ 1011. homo rem *vel* honorem ‖

Cérton scis non súscensere míhi tuam matrém? EV. Scio.
†Video me fide. LY. Satis habeo. íd, quaeso, hercle etiám uide.
EV. Nón mihi credis? LY. Ímmo credo: séd tamen metuó miser.
DE. Eámus intro. EV. Immó dicamus sénibus legem [LY.] cénseo 1015
Príus quam [h]abeamus, quá se lege téneant contentíque sint.
Ánnos gnatus séxaginta quí erit siquem scíbimus
Seú maritum síu<e> hercle adeo caélibem scortárier,
Cúm eo nos hac lége agemus: ínscitum arbitrábimur,
Et per nos quidem hércle egebit quí suom prodégerit. 1020
Neú quisquam posthác prohibeto ádulescentem fíliu<m>
Quín amet et scórtum ducat, quód bono fiát modo.
Síquis prohibuerít, plus perdet clám <qua>si praehibuerít palam.
Haéc †adeo ut éx hac nocte prímum lex teneát senes.
Béne ualete: atque, ádulescentes, haéc si uobis léx placet, 1025
Ób senum hercle indústriam uos aécumst clare plaúdere.

1012. Certon *vel* Certen ‖ 1015. leges LY. Censeo *vel* leges # censeo: *corr Guy* ‖ 1016. EV. Prius *vel* Prius | quas elege: *corr Gul* ‖ 1017. LY. Annos *vel* Annos | querit *vel* qui erit ‖ 1018. seu hercle: *corr Py* | scortarier *vel* scotarier ‖ 1019. hic: *corr Bo* ‖ 1021. filia ‖ 1023. *add Sey duce Guy* | prohibuerit: *corr Ca* ‖

Gloss. Plaut. (inter v. 444 et 977) excerptum habet dissimulanter *adverbium*

T. MACCI PLAVTI
MILES GLORIOSVS
GRAECA ALAZON

PERSONAE

PYRGOPOLINICES MILES
ARTOTROGVS PARASITVS
PALAESTRIO SERVOS
PERIPLEC[T]OMENVS SENEX
SCELEDRVS SERVOS
PHILOCOMASIVM MVLIER
PLEVSICLES ADVLESCENS
LVRCIO PVER
MILPHIDIPPA ANCILLA
ACROTELEVTIVM MERETRIX
SERVI
PVER
CARIO COCVS
LORARII

ARGVMENTVM I

Meretrícem Athenis Éphesum miles áuehit.
Id dúm ero amanti séruos nuntiáre uolt
Legáto peregre |, ípsus captust ín mari
Et éidem illi míliti donó datust.
Suom arcéssit †erum Athenis ét forat 5
Geminís communem clám parietem in aédibus,
Licére[t] ut quiret cónuenire amántibus.
Obérrans custos hós uidet de tégulis:
Ridículis autem, quási sit alia, lúditur.
Itémque impellit mílitem Palaéstrio 10
Omíssam faciat cóncubinam, quándo ei
Senís uicini cúpiat uxor núbere.
Vltro ábeat orat, dónat multa. ipse ín domo
Senís prehensus poénas pro moechó luit.

---

5. arcessit erum athenis *vel* ars cessit erumna thenis || 6. ciam *vel* sciam: *corr* B^2 || 7. *del Pius* || 8. Obherentis: *corr Ri* | uidet *vel* uidit || 9. luditur *vel* deluditur || 11. quando cel (*vel* celi): *corr* B^2 || 13. in modo: *corr* B^2 ||

ARGVMENTVM II

Meretrícem ingenuam déperibat mútuo
Athéniensis iúuenis. Naupact<um> ís domo
Legátus abiit: míles in eandem íncidit,
Depórtat Ephesum inuítam. seruos Attici
Vt núntiaret dómino factum náuigat: 5
Capitúr, donatur ílli captus míliti.
Ad erum út ueniret Éphesum scribit. áduolat
Aduléscens atque in próxumo deuórtitur
Apud hóspitem patérnum. medium párietem
Perfódit seruos, cómmeatus clánculum 10
Qua fóret amantum: géminam fingit múlier<is>
Sorórem adesse. móx ei dominus aédium
Suám clientam sóllicitandum ad mílitem
Subórnat. capitur ílle: sperat núptias,
Dimíttit concubínam et moechus uápulat. 15

---

1. Meretricem *vel* Meritricem ‖ 2. *add Py* | domum: *corr Sarac* ‖ 3. eandem incidit *vel* eadem incedit ‖ 4. ephesum *vel* epessum | inuitat *vel* inuita: *corr Sarac* ‖ 5. facto: *corr* B^2 ‖ 6. illi *vel* illic ‖ 7. Ad uerum: *corr B ras* | ephesum *vel* epessum ‖ 8. reuortitur: *corr Bo duce Sarac* ‖ 10. clanculum *vel* clancilum ‖ 11. geminat: *corr Scu* | *add Ca* ‖ 12. ait esse: *corr Py* ‖ 13. clientam *vel* dientam ‖ 14. spernat: *corr B ras* ‖ 15. uapulat *vel* uabulat ‖

ACTVS I

PYRGOPOLINICES. ARTOTROGVS
MILES PARASITVS

PY. Curáte ut splendor meó sit clipeo clárior,
Quam sólis radii esse ólim quom sudúmst solent:
Vt, ubi úsus ueniat, cóntra consertá manu
Praestríngat oculorum áciem in acie | hóstibus.
Nam ego hánc machaeram míhi consolarí uolo, 5
Ne lámentetur néue animum despóndeat,
Quia sé iam pridem f[i]ériat[t]am géstitem,
Quae mísera gestit [et] †fratrem facere ex hóstibus.
Sed ubi Ártotrogus híc est? AR. Stat proptér uirum
Fortem átque fortunátum et forma régia. 10
Tam béllatorem Márs ⟨se⟩ haud ausit dícere
Neque aéquiperare suás uirtutes ád tuas.
PY. Quemne égo seruaui in cámpis Curculiónieis,
Vbi Búmbomachides Clútomestoridysárchides
Erat ímperator súmmus, Neptuní nepos? 15
AR. Meminí: nempe illum dícis cum armis aúreis,
Quoius tú legiones dífflauisti spíritu

---

1. meus *Priscianus* ‖ 2. cum solis *Nonius* | sudust: *corr* B^2 *cum Prisciano et Nonio* ‖ 7. *del Sarac* ‖ 8. QUAEMISERẸ (*vix* Ạ): Quem misera | gestitet *vel* gestat et: *del Ca* | fratrem *vel* fratri: FREṬIṢ (?) ‖ 11. Tum (ṬUṂ): *corr Bo* | (MA)RS: ars (*corr* B^2) | *add Bo* | ḤẠỤ*: Aut ‖ 12. Nequi *vel* Mequia ‖ 13. *ỤṚC̣ỤḶỊỌ-Ṇ(iei)S: curcus lis donis ‖ 14. bumbomarides: *corr Py* | clutum ista ridis archidis: *corr Ri* (—ṢṬẠṚC̣ḤỊḌỊS) ‖ 16. cum auris ‖ 17. LEG(ỊỌṆỊṢ): egionis (legiones *Nonius*) | difflauisti (*sic A*) *vel* diflauisti | spiritu *vel* spiritum ‖

Quasi uéntus folia ⟨a⟩ut pániculum tectórium.
PY. Istúc quidem edepol níl est. AR. Nil hercle
hóc quidemst,
Praeut ália dicam — quaé tu numquam féceris. 20
Periúriorem hoc hóminem siquis uíderit
Aut glóriarum pléniorem quam íllic est,
Me síbi habeto, ei egó me mancupió dabo:
Nisi únum |: epityrum éstur insanúm bene.
PY. Vbi tú's? AR. Eccum. edepol uél elephanto
in Índia 25
Quo pácto ei pugno praéfregisti brácchium.
PY. Quid, brácchium? AR. Illud dícere uoluí: femur.
PY. At indíligenter íceram. AR. Pol sí quidem
Conísus esses, pér corium, per uíscera
Perque ós elephanti tránsmineret brácchium. 30
PY. Nolo ístaec hic nunc. AR. Ne hércle operae
pretiúm quidemst
Mihi té narrare, tuás qui uirtutés sciam.
Ventér creat omnis hásce aerumnas: aúribus
Per⟨h⟩aúrienda súnt, ne dentes déntiant,
Et ádsentandumst quídquid hic mentíbitur. 35
PY. Quid illúc quod dico? AR. Ehem, scío iam
quid uis dícere:
[AR.] Factum hérclest: memini fíeri. PY. Quid id est?
AR. Quícquid est.

---

18. peniculum: *corr Ri* ‖ 19. *spat om A* | QỤIDEMST: quidem ‖ 20. alia (*sic A*) *vel* aliam | (QU)ẠẸṬU: tu quae ‖ 21. Periuriorem (*sic A*) *vel* peiuriorem | hoc (*sic A*) *vel* huc ‖ 23. habeto et ego *vel* habetot ego: HABETOEGO: *corr Wagnerus* ‖ 24. *dist Schreinerus* | EPIT(YRUMES)TURINSANUM: epytir aut apud illa esturiens (*vel* ẽsturiens) ane (epityra estu[e]r insane *Varro*) ‖ 25. *dist Ac* | uellephanto: *corr B^2 cum A* | INDIAM ‖ 26. Quo (*sic A*) *vel* Qua | PACTOEI: pacto | PRAEF(re)GISTI: praefigisti ‖ 28. ICER(am): hic eram ‖ 30. ELEPHẠ(nti)T(ra)NSMIN(ere)T: elephante (*corr B^2*) transmitteret (tt *ex* n, *ut vid, B^2*) ‖ 31. istaec (*sic A*) *vel* ista hec | QUIDEMST: quidem ‖ 33. HASCE: has ‖ 34. Peraudienda (*sic A*) *vel* Peraurienda: *corr Pareus* ‖ 36. ILLUCQUODDICO#EHEM: illuc AR. quod (*vel* quoe) dico PY. Hem (*vel* Em) ‖ 37. HERCLEEST: st hercle ‖

PY. Habés — AR. Tabellas uís rogare. habeo, ét stilum.
PY. Facéte aduortis túom animum ad animúm meum.
AR. Nouísse mores mé tuos meditaté decet 40
Curámque adhibere, ut praéolat mihi quod tú uelis.
PY. Ecquíd meministi? AR. Mémini: centum in Cílicia
Et quínquaginta, céntum in Scytholátronia,
Trigínta Sardis, séxaginta Mácedones
Sunt hómines quos tu | óccidisti unó die. 45
PY. Quanta ístaec hominum súmmast? AR. Septem mília.
PY. Tantum ésse oportet: récte rationém tenes.
AR. At núllos habeo scríptos: sic meminí tamen.
PY. Edepól memoria's óptuma. AR. Offaé monent.
PY. Dum tále facies quále adhuc, adsíduo edes: 50
Commúnicabo sémper te mensá mea.
AR. Quid ín Cappadocia, úbi tu quingentós simul,
Ni hebés machaera fóret, uno ictu occíderas?
PY. At péditastelli quía erant, siui uíuerent.
AR. Quid tíbi ego dicam quód omnes mortalés sciunt, 55
Pyrgópolinicem te únum in terra uíuere
Virtúte et forma et fáctis inuictíssumum?
Amánt te⟨d⟩ omnes múlieres, neque iniúria,

---

38. ‡ FABELLAS: tabellas AR. ‖ 39. Facete *vel* Facite (*sic A*) | ANIMUMTUUM | at: *corr B*² *cum A* | animum meum (*sic A*) *vel* animam meam ‖ 40. moris me tuos: MORESTUOSME ‖ 41. adhibere (*sic A*) *vel* adhiberet | PRAEOLAT: praeuolat | QUOD: quo ‖ 42. ECQUID: Ec (*vel* et) quide (*corr B*²) | CILICIAM ‖ 43. *dist Lamb* | SCYTHALATRONIAM: sycholatroniae: *corr Geppertus* ‖ 44. SARDIS (*vel* OS) ‖ 46. ISTIC ‖ 49. MEMORIAES: memoriast | MONENT: monet ‖ 50. QUALE: qualem | EDES: edis ‖ 51. semper te (*sic A*) *vel* te semper ‖ 53. OCCIDERAS: occideris ‖ 54. PEDITASTELLI: peditas telu | SIUI: si ‖ 55. mortales (*sic A*) *vel* mortale ‖ 56. PYRGOPOLYNICEN (*vel* M): Pyrigopolinicen ‖ 57. Virtutẽ: *corr B cum A* | INUICTISSIMIS: inuictis sumis: *corr Ri cum al* ‖ 58. *add Bo* | INIURIAM ‖

Qui sís tam pulcer. uél illae quae here pállio
Me réprehenderunt. PY. Quíd eae dixerúnt tibi? 60
AR. Rogitábant: 'hicine Achílles est?' inquít mihi.
'Immo éius frater' ínquam 'est'. ibi illarum áltera
'Ergó mecastor púlcer est' inquít mihi
'Et líberalis: uíde caesaries quám decet.
Ne illaé sunt fortunátae quae cum istó cubant.' 65
PY. Itane aí[e]bant tandem? AR. Quaén me ambae obsecráuerint
Vt te hódie quasi pompam ílla praeterdúcerem?
PY. Nimiást miseria nímis pulcrum esse hominem. AR. Ímmo itasṭ:
Molestaé sunt: orant, ámbiunt, exóbsecrant
Vidére ut liceat: ád sese arcessí iubent: 70
Vt tuó non liceat dáre operam negótio.
PY. Vidétur tempus ésse ut eamus ád forum:
Vt ín tabellis quós consignaui híc ⟨h⟩eri
Latrónes ibus dínumerem stipéndium.
Nam réx Seleucus me ópere orauit máxumo, 75
Vt síbi latrones cógerem et conscríberem.
Regi húnc diem mihi óperam decretúmst dare.
AR. Age eámus ergo. PY. Séquimini, satéllitis.

---

59 Quisistã *vel* Quistã: QUIESTAN | PULCHER: pulcherũ | HERE: hercle || 60. EṚE: ere: *corr Ri* || 61. achillis (*corr ex Servio et A*) | MIHI (*item Servius*): tibi || 62. INQUAMESTIBI (est *etiam Servius*): inquam inuit || 63. pulchere si (*corr ex Servio et A*) || 64. UIDECAESARIES: uida et caesariis || 65. ILLOCUBANT: isto cubat (*corr B*[2]) || 66. AIEBANT: aleuat (e *del Guy*) | QUAEN: quae | OBSECRAUERINT: obsecrauerit || 67. illam (*corr B ras*) praeterducerem: ILLAMPRAETERDUCERENT || 68. NỊMỊAST (Nimia est *Donatus*): Nimis | HOMINEM‡IMMOỊṬAṢṬ: hominem || 69. EXOḄṢẸCRANT: obsecrant || 70. UIDERE: Viderit (t *del B*) | ARCESSI: accersi || 71. non (*sic A*) *vel* no | dare (*sic A*) *vel* adre | NEGOTIO: negotii (*corr B*[2]) || 72. eamus (*sic A*) *vel* eatmus || 73. ḤỊÇERỊ: hic aeri || 74. Latronis (*vel* Latroni)bus: *corr ex Nonio et Placido* | denumerem (*corr B*[2] *cum Placido et Donato*) || 75. res: *corr B*[2] | seleucus *vel* seleuticus || 76. latrones *vel* latranes || 77. Rei *vel* Regi | die: *corr B*[2]*D*[2] | decretus dare: *corr B*[2] || 78. Age temus (*vel* tenemus): *corr B* ||

ACTVS II

PALAESTRIO
SERVOS

Mihi ad énarrandum hoc árgumentumst cómitas,
Si ad aúscultandum uóstra erit benígnitas. 80
Qui autem aúscultare nólet, exsurgát foras,
Vt sít ubi sedeat ílle qui auscultáre uolt.
Nunc qua ádsedistis caúsa in festiuó loco,
Comoédiai quám nos acturí sumus
Et árgumentum et nómen uobis éloquar. 85
Alázon Graece huic nómen est comoédiae:
Id nós Latine glóriosum dícimus.
Hoc óppidum Ephesust: íllest miles méus erus
Qui hinc ád forum abiit, glóriosus, ínpudens,
Stercóreus, plenus périuri atque adúlteri. 90
Ait sése ultro omnis múlieres sectárier.
Is déridiculost quáqua incedit ómnibus.
Itaque híc meretricis, lábiis dum ductánt eum,
Maiórem partem uídeas ualgis sáuiis.
Nam ego haú diu apud hunc séruitutem séruio. 95
Id uólo uos scire, quó modo ad hunc deuénerim
In séruitutem ab eó quoi seruiuí prius:
Date óperam: nam nunc árgumentum exórdiar.
Erat érus Athenis míhi adulescens óptumus.
Is amábat meretricem †matre Athenis Átticis 100

79. comtas: *corr* B^2D^2 ‖ 80. at ‖ 81. auscultabunt: *corr* B^2 | nollet (nolit B^2) ‖ 82. ille *vel* tille ‖ 84. Comediae: *corr Scioppius* | quandos *vel* quando (quam modo B^2): *corr Py* | aucturi: *corr* B^2 ‖ 86. nomen eloquar comediae: *corr Py* ‖ 88. epesum (ph B^2 D^2) est: *corr Ca* | idē miles *vel* miles: *corr Sey* ‖ 90. adulterii *vel* adelterii ‖ 91. ultro ut: *del* B^2 | ectarier: *corr* B^2D^2 ‖ 92. dericulust *vel* deridicust: *corr Ac* ‖ 93. labris *Charisius* | ducant: *corr Beroaldus duce Charisio* ‖ 95. au *vel* aut (haud B^2) ‖ 96. at | deuenerit: *corr* B^2D^2 ‖ 97. habeo: *corr B* | culi *vel* oculis: *corr B D* ‖ 98. exordiat: *corr* B^2D^2 ‖

Et illa íllum contra: quíst amor cultu óptumus.
Is públice legátus Naupactúm fuit
Magnái rei públicai grátia[st].
Intéribi hic miles fórte Athenas áduenit.
Insínuat sese ad íllam amicam eri –́ ⏑ – 105
Occépit eius mátri subpalpárier
Vino, órnamentis ópiparisque obsóniis:
Itaque íntumum ibi se míles apud lenám facit.
Vbi prímum euenit míliti huic occásio,
Sublínit os illi[s] lénae, matri múlieris 110
Quam erus méus amabat. nám is illius fíliam
Conícit in nauem míles clam ⟨m⟩atrém suam
Eamque húc inuitam múlierem in Ephesum áduehit.
Vbi amícam erilem Athénis auectám scio,
Ego quántum uiuos póssum mihi nauém paro: 115
Inscéndo, ut eam rem Naúpactum ad erum núntiem.
Vbi súmus prouecti in áltum, fit quod ⟨dí⟩ uolunt:
Capiúnt praedonis náuem illam ubi uectús fui.
Prius périi quam ad erum uéni quo ire occéperam.
Ille ⟨quí⟩ me cepit dát me hu⟨i⟩c dono míliti. 120
Hic póstquam in aedis me ád se ⟨de⟩duxít domum,
Video íllam amicam erílem Athenis quaé fuit.
Vbi cóntra aspexit me, óculis mihi signúm dedit,
Ne se áppellarem. deínde, postquam occásiost,
Conquéritur mecum múlier fortunás suas. 125
Ait sése Athenas fúgere cupere ex hác domu:

---

101. Vt *Donatus* | amoris cultor *Donatus* ‖ 103. Magna rei publicã (publicae B^2D^2): rei magnai publicai *Victorinus* (*et* gratiai) ‖ 104. Interiuit (Interim ut B^2): *corr Ac* | miles *vel* milis ‖ 105. at | meri *vel* ///eri | *lac sign Ca* ‖ 106. subpalparier *vel* subpalpariter ‖ 108. milis ‖ 110. illis *vel* illos: *corr Scu* ‖ 111. filia: *corr* B^2D^2 ‖ 112. Contigit *vel* Contegit: *corr Ca* | milis ‖ 113. aduenit: *corr* B^2 ‖ 114. 115. *inv libri: trai Ac* ‖ 115. citius possum B^2 ‖ 116. Inscendo *vel* Incendo | at (*quod deinceps non notamus*) | nuntiet: *corr* B^2 ‖ 117. fit *vel* sit | *add Lipsius* ‖ 120. *add Beroaldus* ‖ 121. *add Ca* ‖ 124. deinde postquam *vel* dein posquam ‖ 125. fortuna sua: *corr* B^2D^2 ‖ 126 sqq. cuperet *et* amaret *et* odisset qua *et* milite: *corr* B^2 ‖

Sese íllum amare méum erum Athenis quí fuit,
Neque péius quemquam odísse quam istum mílitem.
Ego quóniam inspexi múlieris senténtiam,
Cepí tabellas, cónsignaui clánculum, 130
Dedi mércatori quoídam, qui ad illum déferat
Meum erúm qui Athenis fúerat, qui ha<n>c amáuerat,
Vt [h]is húc ueniret. ís non spreuit núntium:
Nam [et] uénit is et in próxumo hic deuórtitur
Apud suóm paternum | hóspitem, lepidúm senem: 135
Itaque <ís> illi amanti suo hóspiti morém gerit
Nosque ópera consilióque adhortatúr, iuuat.
·Itaque égo paraui hic íntus magnas máchinas,
Qui amántis una intér se facerem cónuen[i]as:
Nam unúm conclaue cóncubinae quód dedit 140
Milés, quo nemo nísi ea<p>se inferrét pedem,
In eó conclaui egó perfodi párietem,
Qua cómmeatus clam ésset hi<n>c huc múlieri.
Et séne sciente hoc féci: is consiliúm dedit.
Nam méus conseruos ést homo haud magní preti, 145
Quem cóncubinae míles custodem áddidit.
Ei nós facetis fábricis et doctís dolis
Glaucúmam ob oculos óbiciemus eúmque ita
Faciémus ut quod uíderit ne uíderit.
Et móx ne erretis, haéc duarum hodié uicem 150
Et hínc et illinc múlier feret imáginem
Atque éadem erit, uerum ália esse adsimulábitur.

---

130. tabellas (*vel* tapellas) consignauit: *corr B*[2] *D ras* || 131. qui at *vel* quia || 134. *del Sey* | uenit et is (*vel* uenit eius *vel* uenietis) in: *corr Ribbeckius* || 136. *add Ri* | morem *vel* mortem || 137. iuuat *vel* uiuat || 139. *del Ca* || 140. conclauem: *corr B* | quod *vel* quo || 141. quo *vel* q͞m | *add Turnebus* || 143. *add Ca* || 144. sen em scientem: *corr B*[2] | fecitis *vel* fecisti: *corr B*[2] || 145. aut: *corr B*[2] *cum Donato* || 147. FACẸṬỊṢ: facitis | doctis *vel* dolis: FẠ(ÇṬI)S || 148. GLAUCUMAM: Glaucuma (glaucomam *Priscianus*) | obitiemus: ỊÇ(ỊẸ)MUS (obiciemus *Priscianus*) || 149. ne *Priscianus*: non (*item A*) | uideat *Priscianus* || 150. *dist Handius* || 151. HINC: hic | FẸṚ(et): ut feret (*vel* ferret): *corr B*[2] *D*[2] || 152. alia esset (*vel*

Ita súblinetur ós custodi múlieris.
Sed fóris concrepuit hínc a uicinó sene.
Ipse éxit: hic illest lépidus quem dixí senex. 155

PERIPLEC[T]OMENVS. PALAESTRIO
SENEX SERVOS

PE. Ni hércle diffregéritis talos pósthac, quemque in tégulis
Víderitis aliénum, ego uostra fáciam latera lórea.
Míquidem iam arbitrí uicini súnt, meae quid fiát domi:
Íta per inpluuium íntro spectant. núnc adeo edico ómnibus:
Quémque a milite hóc uideritis hóminem in nostris tégulis, 160
Extra unum Palaéstrionem, huc déturbatote ín uiam.
Quód ille gallinam aút columbam sé sectari aut símiam
Dícat: disperístis, ni usque ad mórtem male mulcássitis.
Átque adeo, ut ne légi fraudem fáciant aleáriae,
Ádcuratote út sine talis dómi agitent conuíuium. 165
PA. Néscioquid malefáctum a nostra hic fámiliast, quantum aúdio:
Íta hic senex talós elidi iússit conseruís meis.
Séd me excepit: níli facio quíd illis faciat céteris.

---

esse): *om A* ‖ 153. SUBLINETUROS: sublinitor es (*vel* est: sublinitust os B^2) | mulieris (*sic A*) *vel* mulieres ‖ 154. senem: *corr B cum A* ‖ 155. DIXI: dixit (*corr* B^2) | SENEX (*vel* M): senex ẽ (*vel* est (*del* B^2) ‖ 156. Ni (*sic A*) *vel* Nisi | DEFREGERITIS: defrigeritis *vel* defrieretis *vel* defregeretis: *corr Ribbeckius* | (quem) QUEM ‖ 157. ego uostra: UESTRAEGO, *ut vid* ‖ 158. Mihi quidem: MIHIEQUIDEM | (UICINI)SUNT: et (*vel* ae) uicis eunt (et uicini sciunt B^2) ‖ 160. QUEMQUEM ‖ 161. DECUR(BATOTE) | INUIAM: inuia ‖ 162. QUOT | SIMIAM: scimiã *vel* scimia (*corr* B^2D^2) ‖ 163. DISPERI(STIS): disperisti | male (*sic A*) *vel* ale | MULCASSITIS: mulcasitis ‖ 164. ALEARIAE: alariae ‖ 165. ADCURATOTE: Accurratote | TALISDOLISAGITENTCONUIUIUM: taliis domi agitet conuiuium (*vel* conuium) ‖ 166. NESCIOQUIT | ANOSTRAHIC: nostra (nostrae B^2) huic ‖ 167. CONSERUISMEIS: conseruus meus (*corr B ras*) ‖ 168. EXPE(TIT) | NIHIL | QUOD ‖

Ádgrediar hominem. PE. Éstne aduorsum hic qui ád-
uenit Palaéstrio?
<PA.> Quíd agis, Periplec[t]ómene? PE. Hau multos
hómines, si optandúm foret, 170
Núnc uidere et cónuenire quám te mauellém. PA.
Quid est?
Quíd tumultuás cum nostra fámilia? PE. Occisí
sumus.
<PA.> Quíd negotist? PE. Rés palamst. PA. Quae rés pa-
lamst? PE. De tégulis
Módo nescioquis ínspectauit uóstrum familiárium
Pér nostrum inpluuium íntus apud nos Phílocomasium
atque hóspitem 175
Ósculantis. PA. Quís homo id uidit? PE. Túos conseruos.
PA. Quís is homost?
PE. Néscio: ita abripuít repente sése subito. PA.
Súspicor
Mé periisse. PE. Vbi ab[i]ít, conclamo: 'heus, quíd agis
tu' inquam 'in tégulis?'
Ílle mihi abiens íta respondit, sé sectari símiam.
PA. Vaé mihi misero quoí pereundumst própter nili
béstiam. 180
Séd Philocomasium hícine etiam núnc est? PE. Quom
exibam, híc erat.

---

169. PE. *pro* ♯ *Ri* | HICQUIAUENITPALAESTRIO (aduenit *Ri*): est quasi ‖ 170. *add Ri* | PERIPLECTOMENE♯HAU: peri plectomenem (*vel* peripletomenem: periplectomene *B ras*) PE. haud (*vel* ♯ haut): *corr Ri* | FORET: fuerit ‖ 171. uideret et quam ueniret quante mauellet: *corr ex A* ‖ 172. *solus habet A* (QUM) ‖ 173. *add Ri* | ESTADETEGULIS: est PE. de tequlis (*vel* tectulis: *corr* B^2) ‖ 174. NESCIOQUIS: nescio quisis | UESTRUMFAMILIARIUM: uestrarum familiarum (*vel* familiarium) ‖ 175. PHILOCOMASIUM: philocomaziu *vel* filocomatium ‖ 176. IDUIDIT: tuidit *vel* uidit | QUISIS: quisis erit: *corr* B^2 ‖ 177. ARRIPUIT ‖ 178. PERIISSE: perisse *vel* perisset | ABIIT: habiit: *corr Bo* | QUID: aquid *vel* et quid | INQUAMINTEGULIS: inquam ‖ 179. SIMIAM: scimiam (*corr B*) ‖ 180. MISERO: amisero (*corr* B^2) | pereundum si (*vel* ii): PEREUNDUSET | nihil bestia (*vel* olestia): *corr* B^2 *cum A* ‖ 181. (HIC)INEETIAN: hicinae etiam | ERAT: eram (*corr B*) ‖

PA. Í sis, iube transíre huc quantum póssit, se ut uideánt domi
Fámiliaris: nísi quidem illa nós uolt qui seruí sumus
Própter amorem suom ómnis crucibus cóntubernalís dari.
PE. Díxi ego istuc: nísi quid aliud uís. PA. Volo. hoc ei dícito: 185[a]
Prófecto ut ne quoquám de ingenio dégrediatur múliebri
Eárumque artem et dísciplinam optíneat colere. PE. Quem ádmodum? 186
PA. Vt eum qui se hic uídit uerbis uíncat ne is se uíderit.
Síquidem centiéns hic uisa sít, tamen infitiás eat.
(Ós habet, linguám, perfidiam, málitiam atque audáciam, 189[a]
Cónfidentiám, confirmitátem, fraudeléntiam:
Qui árguat se, eum cóntra uincat iúre iurandó suo. 190
Dómi habet animum fálsiloquom, falsíficum, falsiiúrium,
Dómi dolos, domi délenifica fácta, domi fallácias.)
Nám mulier holitóri numquam súpplicat, siquást mala:
Dómi habet hortum et cóndimenta ad ómnis mores málificos.
PE. Ego istaec, si erit hic, núntiabo. séd quid est, Palaéstrio, 195
Quód uolutas túte tecum in córde? PA. Paulispér tace,

---

182. ISTISIUBE: Sis iube: *corr Geppertus* | transire huc: HUCTRANSIRE | POSSINT | UIDEANT: uideat ‖ 185[a]. HOCEI: hic ‖ 185[b]. *solus habet A* ‖ 186. COLERE‡Q(UE)MADMODUM: colerem (*vel* colorem) PE. et quemadmodum (et *del* B^2) ‖ 187. SEHIC: hic se | UERBISUINCATNEISSE: ueruis (*vel* uerui) uincta uinctane esse ‖ 189—192. *secl Goe ex parte cum aliis* ‖ 189. OS: Hos (*corr* B^2) | perfidiam (*sic A*) *vel* perfidia | MALITIAM: militia (*corr* B^2) | audatia *et* Confidentia *et* fraudulentia (*corr* B^2D^2 *cum A*) ‖ 191. *non habet A* | falsilocom *vel* falsilocum | falsiuirium *vel* falsiiurium ‖ 194. MORESMALEFICOS: molis malificos (*vel* milificos) ‖ 195. ISTAEC: ista haec (*corr B*) ‖ 196. uolut

Dúm ego mihi consília in animum cónuoco et dum cónsulo
Quíd agam, quem dolúm doloso cóntra conseruó parem,
Qui íllam hic uidit ósculantem: id uísum ut ne uisúm siet.
PE. Quaére: ego hinc abscéssero aps te huc ínterim. illuc sís uide, 200
Quem ád modum adstitít seuero frónte curans, cógitans.
Péctus digitis púltat: cor credo éuocaturúst foras.
Écce auortit: níxus laeuo in fémine habet laeuám manum.
Déxtera digitís rationem cónputat: fer⟨u⟩ít femur
Déxterum, ita ueheménter eicit: quód agat aegre súppetit. 205
Cóncrepuit digitís: laborat, crébro commutát status.
Eccere autem cápite nutat: nón placet quod répperit.
Quícquid est, incóctum non exprómet, bene coctúm dabit.
Écce autem aedificát: columnam ménto suffigít suo.
Ápage, non placét profecto míhi illaec aedificátio: 210
Nam ós columnatúm poetae esse ín⟨d⟩audiui bárbaro,
Quoí bini custódes semper tótis ⟨h⟩oris óccubant.
Eúge, euscheme hercle ástitit et dúl⟨i⟩ce et comoédice.

(*vel* uolunt) astute | TACE: tacet (*corr* B^2) ‖ 198. CONSERUO: conserua ‖ 199. it uisum ut: IDUISUM | NE: me | SIET: sit ‖ 200. QUAERE: Quare *vel* Quere | interim (*sic A*) *vel* interũ | ILLUC: illus *vel* illius (*corr* B^2) ‖ 201. ADSTITITSEUERO: abstitit seuera | CURANSCOGITANS: curas cogitas ‖ 202. EUOCATURUST: euocaturus (*corr* B^2) ‖ 203. ECCE: Ecce autem | NIXUS: nisus | LAEUO: laeua | FEMINE: femina (*corr* B^2) ‖ 204. Dexteram: *corr D cum A* | FERIT: feries: *corr Stu* ‖ 205. EICITQUOD: quod | AGIT: acta: *corr Ri* ‖ 206. CREBROS ‖ 207. QUOD: quo ‖ 208. EXPROMET: ex- (*vel* x)promit | coctum dabit (*sic A*) *vel* coctu adbabit (*vel* ad abit) ‖ 209. COLUMNAM: columna | SUFFIGIT: suffulsit ‖ 210. Apace (*corr* B^2 *cum A*) | ILLAEC: illam ‖ 211. oscolum natum *vel* osculum natum (*sic A*) | AUDIUI (auditaui *Festus Pauli*): inaudiui (*item Donatus*): *corr Bo* ‖ 212. uini: *corr Ca* | occubat: *corr* B^2 ‖ 213. uscheme: *corr ex Paulo* (eus) | astitis et *vel* astitisset: adstetisti et *Paulus* | *add Gul* ‖

Númquam hodie quiéscet prius quam id quód petit perféc⟨er⟩it.
Hábet, opinor. áge siquid agis: uígila, ne somnó stude: 215
Nísi quidem hic agitáre mauis uárius uirgis uígil⟨i⟩as.
Tíbi ego dico: an héri adbibisti[s]? heus te ádloquo⟨r⟩, Palaéstrio:
Vígila inquam, expergíscere inquam: lúcet hoc inquam. PA. Aúdio.
PE. Víden hostis tibi adésse tuoque ⟨t⟩érgo obsidium? cónsule,
Árripe opem auxiliúmque ad hanc rem: própere hoc, non placidé decet. 220
Ánteueni aliqua et áliquo saltu círcumduce exércitum.
Cóge in obsidiúm perduellis, nóstris praesidiúm para.
†Intercludite inimicis commeatum, tibi muní uiam,
Quá cibatus cómmeatusque ád te et legionís tuas
Túto possit péruenire. hanc rém age: res subitáriast. 225
Réperi, comminíscere, cedo cálidum consiliúm cito,
Quae híc sunt uisa ut uísa ne sint, fácta ut facta né sie⟨n⟩t.
(Mágnam illic homo rem íncipissit, mágna munit[is] moénia.)
Tu[de] únus si recípere hoc ad te dícis, confidéntiast
Nós inimicos prófligare pósse. PA. Dico et récipio 230

---

214. Numquam *vel* Namquam | it quot (*corr* B^2) | petit *vel* pitit | *add Beroaldus* ‖ 215. studet: *corr* B^2 ‖ 216. *add Bergkius* ‖ 217. anheriatus uestis: *correximus* | adloqui: *corr Beroaldus* ‖ 218. expergis inquam: *suppl* B^2 | hoc inqua (*vel* inqua PA.): *corr* B^2 ‖ 219. Vident *vel* Viden | *add Py* | consuli ‖ 220. Arripet: *corr* B^2D | *dist Ac* | properem: *corr BD* ‖ 221. et aliqua *vel* aliqua: *trai Mue* | aliquos aut tu (*vel* autu): *corr Kiesslingius* ‖ 222. Cor in: *corr Ca* ‖ 226. Rep(p)erit: *corr B* ‖ 227. uis (*vel* tuis) aut tui sane: *corr Ca* | infecta ne: *corr Spengelius* ‖ 228. *secl Ribbeckius* | honorem: *corr Meursius* | incipis sed: *corr Salm* | *del Salm* ‖ 229. *del Reizius* | unus *vel* unius ‖ 230. possit ‖

Ád me. PE. Et ego[m] impetráre dico[m] id quód petis. PA. Át te Iúppiter
Béne amet. PE. Auden párt[em]icipare mé quod commentú's? PA. Tace,
Dum ín regionem astútiarum meárum te induco: út scias
Iúxta mecum méa consilia. PE. Sálua[m] sumes índidem.
PA. Erus meus elephánti corio círcumtentust, nón suo, 235
Néque habet plus sapiéntiai quám lapis. PE. Ego[m] istúc scio.
PA. Núnc sic rationem íncipisso, hánc instituam astútiam:
Ýt Philoc[h]omasio[m] húc sororem géminam germanam álteram
Dícam Athenis áduenisse cúm amatore aliquó suo
Tám similem quam lác⟨te⟩ lactist: ápud ⟨te⟩ eos hic deuórtier 240
Dícam hospitio. PE. Euge, eúge, lepide: laúdo commentúm tuom.
PA. Ýt, si illic concríminatus sít aduorsum mílitem
Méus conseruos, eám uidisse hic cum álieno osculári, eam
Árguam uidísse apud te cóntra conseruóm meum
Cúm suo amatore ámplexantem atque ósculantem. PE. †Immo ut óptume. 245

---

231. *del Guy* | inpetrarẽ (*corr B ras*) | *del Ca* ‖ 232. aut in parte mici pare: *corr Buggius* | commentus: *corr Lamb* ‖ 234. consilia *vel* consiliam | Saluan *B ras* ‖ 235. circumtectus *Donatus* | sum non (est B^2 *cum Donato*) ‖ 236. sapientiame *vel* sapientiam: *corr Mue* | ego *vel* aego | istue: *corr B* ‖ 237. incipissom: *corr B* | instituam *vel* institum ‖ 238. *del Py* | hanc: *corr Ri* | altera: *corr* B^2D^2 ‖ 239. aduenissaet: *corr* B^2 | amatorẽ: *corr BD* | aliquid quot suo: *corr* B^2 ‖ 240. Tum: *corr* B^2 | tam (quam lac B^2) lacti est ‖ 242. congriminatus: *corr* B^2 ‖ 243 sq. eum | uidisset: *corr* B^2 | *verba* hic — uidisse *om* B^1 ‖ 244. arguam *vel* arguum ‖ 245 amatorem: *corr B* ‖

Ídem ego dicam, si ⟨éx⟩ me exquiret míles. PA. Sed simíllumas
Dícito esse: et Phílocomasio id ⟨p⟩r⟨a⟩écipiundumst út sciat:
Né titubet, si ⟨ex⟩quíret ex ea míles. PE. Nimis doctúm dolum.
Séd si ambas uidére in uno míles concilió uolet,
Quíd agimus? PA. Facilést. trecentae póssunt causae cónligi: 250
'Nón domist: abit ámbulatum: dórmit: ornatúr: lauat:
Prándet: potat: óccupatast: óperae non est: nón potest'.
Quántum uis prolátionis: dúm modo hunc primá uia
Índucamus, uéra ut esse crédat quae mentíbimur.
PE. Plácet ut dicis. PA. Íntro abi ergo et si ístist mulier, eám iube 255
Cíto domum transíre atque haec ei díce, monstra, praécipe,
Ýt teneat consília nostra, quem ád modum exorsí sumus,
Dé gemina soróre. PE. Docte tíbi illam perdoctám dabo.
Númquid aliud? PA. Íntro ut abeas. PE. Ábeo. PA. Et quidem ego ibó domum.
Átque hominem inuestígando operam huic díssimulabilitér dabo, 260
Quí fuerit conséruos, qui hodie sí[e]t sectatus símiam.

---

246. *add Ri* | similimas *vel* silimilimas ‖ 247. esset et: *corr B* | *add Pius* ‖ 248. *add Ri* (queret B^2) ‖ 249. in uno milis (miles B^2): MILESINUNO | uolet: UELIT ‖ 250. trecentẽ: *corr* B^2 *cum A* | causae (*sic A*) *vel* causa | CONLIGI: conlici *vel* concili (conici *B ras*) ‖ 251. ABIT: abiit ‖ 252. POTAT: potest (*corr* $B^2 D^2$) ‖ 253. UISPROLATIONIS: is (est B^2) prolationum | HUNC: nunc ‖ 254. mentibitur (*item A*): *corr B* (*cf. 35*) ‖ 255. ABI: abiit | mulier (*sic A*) *vel* muliere *vel* mulierem ‖ 256. TRANSIRE: transiret (*corr* $B^2 D$) | atque (*sic A*) *vel* atquem | DICEMONSTRA: monstram (monstra *B ras*) ‖ 257. CONSILIA: consimilia (*corr* B^2) ‖ 258. perdocta (*corr* $B^2 D^2$ *cum A*) ‖ 259. ABEAS‡ABEO‡ET: habeas PE. abeo PA. ec (*corr* B^2) ‖ 260. ATQUE: At quem | INUESTIGANDO: inuestigandos | DISSIMULABILITERDABO: dissimulando ‖ 261. *del Bo* | simia: *corr* B^2 *cum A* ‖

Nam ílle non potuit quín sermone suo áliquem familiárium
Párticipauerít de amica erí, sese uidísse eam
Híc in proxumo ósculantem cum álieno adulescéntulo.
Nóui morem egomét: 'tacere néqueo solus quód scio'. 265
Si ínuenio qui uídit, ad eum uíneam pluteósque agam.
Rés paratast: uí pugnandoque hóminem caperest cérta res.
Si íta non reperio, íbo odorans quási canis uenáticus
Ýsque donec pérsecutus uólpem ero uestígiis.
Séd fores crepuérunt nostrae: ego uóci moderabór meae: 270
Nam íllic est Philocomásio custos, méus conseruos, qui ít foras.

SCELEDRVS. PALAESTRIO
SERVI II

SC. Nísi quidem ego hodie ámbulaui dórmiens in tégulis,
Cérto edepol scio mé uidisse hic próxumae uicíniae
Phílocomasium erílem amicam síbi malam rem quaérere.
PA. Híc illam uidit ósculantem, quántum hunc audiuí loqui. 275
SC. Quís hic est? PA. Tuos conséruos. quid agis, Scéledre? SC. Te, Palaéstrio,

---

262. illem non (*corr B ras et D cum A*) | QUIN: qui | SERMONE: sermoni | FAMI(li)ARIUM: familiarum || 263. PARTICIPAUERIT: Particauerit | ERISESEUIDISSE: eriuse (*vel* eriqui) uidisset (eri se uidisse *B*²) || 264. cum (*sic A*) *vel* quom || 265. morem (*sic A*) *vel* more | EGOMET: ego et | QUODSCIO: scio || 266. QUIDUIDIT | UINEAM: uineas || 267. paratast (*sic A*) *vel* paratust | HOMINEMCAPEREST: hominem capere *vel* capere || 268. ibo odorans (*sic A*) *vel* ibi odoras || 269. PERSECUTIUS | PRO || 270. fores crepuerunt (*sic A*) *vel* foris concrepuerunt | UOCIMODERABORMEAE: uoce moderabo me || 271. QUIIT: atque (*vel* ⋕ atque) it || 272. dormiens (*sic A*) *vel* dormies || 274. Philocomasium (*sic A*) *vel* Philocomasiem | MALAMREM: alium *vel* malum (?) || 275. hunc (*sic A*) *vel* huc | LOQUI: loquere *vel* loquentem || 276. TE: ste *vel* iste (sta *B*²) ||

Vólup est conueníssse. PA. Quid iam? aut quíd negotist? fác sciam.
SC. Métuo — PA. Quid metuís? SC. Ne hercle hodie quántum hic familiáriumst
[SC.] Máxumum in malúm cruciatumque ínsuliamus. PA. Tú sali
Sólus: nam ego istam ínsulturam et désulturam níl [hic] moror. 280
SC. Néscis tu fortásse apud nos fácinus quod natúmst nouom.
PA. Quód id est facinus? SC. Ínpudicum. PA. Túte sci<a>s solí[te] tibi:
Míhi ne dixis: scíre nolo. SC. Nón enim faciam quín scias.
Símiam hodie súm sectatus nóstram in horum tégulis.
PA. Edepol, Sceledre, homó sectatu's níli nequam béstiam. 285
SC. Dí te perdant. PA. Té — istuc aequom<st>, quóniam occepisti, éloqui.
SC. Fórte fortuná per inpluuium húc despexi in próxumum:
Átque ego illi aspicio ósculantem Phílocomasium cum áltero
Néscioquo adulescénte. PA. Quod ego, Scéledre, scelus ex te aúdio?
SC. Prófecto uidi. PA. Tútin? SC. Egomet, duóbus his<ce> oculís meis. 290
PA. Ábi, non uerisímile dicis néque uidisti. SC. Núm tibi

---

277. Volupest conuenisse (*sic A*) *vel* Volupes conuenisset | aut quid: AUTQUIDIAM | NEGOTIEST: negotii | FASCIAM ‖ 278. METUO#QUIDMETUIS#: Metu quid metuis PA. | hic familiarumst: ESTFAMI—— ‖ 279. insuliamus *vel* insuliamus est ‖ 280. hic *vel* hil: *del Bent* ‖ 281. Nescis *vel* Nesis | fortasse (*sic A*) *vel* fortasset | facinus quod natumst *vel* facinust quot natus (?) hic ‖ 282. *add Gul* | *del Ca* ‖ 283. dixis *vel* dixit | scire *vel* scerere | scias *vel* sciat ‖ 285. sectatus: *corr Lamb* | nihili *vel* mihi ‖ 286. *add Ri* | quoniam *vel* quom ‖ 288. illic *vel* illa(s): *corr Ac* ‖ 289. audio *vel* auno ‖ 290. his *vel* hic: *corr Brixius* ‖ 291. num *vel* nun(c) ‖

Líppus uideor? PA. Médicum istuc tibi mélius⟨t⟩ percontárier.
Vérum enim tu istam, sí te di ament, témere hau tollas fábulam.
Tuís nunc cruribús capitique fraúdem capitalem hínc creas:
Nám tibi iam ut pereás paratumst dúpliciter, nisi súpprimis 295
Tuóm stultiloquiúm. SC. Qui uero dúpliciter? PA. [hic] Dic[t]ám tibi.
Prímumdum, si fálso[m] insimulas Phílocomasium, hoc périeris:
Íterum, si id uerúmst, tu ei custos ádditus * périeris.
SC. Quíd fuat me néscio: haec me uídisse ego certó scio.
PA. Pérgin, infelíx? SC. Quid tibi uis dícam, nisi quod uíderim? 300
Quín etiam nunc íntus hic in próxumost. PA. Eho an nón domist?
SC. Vísse, abi intro túte: nam ego mi[hi] iám nil credi póstulo.
PA. Cértumst facere. SC. Híc te opperiar: eádem illi insidiás dabo,
Quám ⟨m⟩ox ⟨h⟩or⟨sum⟩ ad stábulum iuuenix récipiat se ⟨a⟩ pábulo.
Quíd ego nunc faciám? custodem mé illi miles [tr]ád⟨d⟩idit: 305
Núnc si indicium fácio, interii: sí taceo, ⟨interií⟩ tamen,

---

292. *add Ri* | percunctarier ‖ 293. temere *vel* emere | haud (*vel* aut) ollas: *corr Py* ‖ 294. cruribus capitique *vel* ruribus capiti qui ‖ 295. Iam: *corr Ca* | nisi *vel* nesi (*item v. 300*) | suprimis *vel* supprinus ‖ 296. *del Guy* ‖ 297. falsom *vel* falsum: *corr Ca* ‖ 298. tu ei *vel* tui | additus *vel* additos | *lac sign Ac* ‖ 299. Quia: *corr B*² | fuat *vel* fuit *vel* at | me *vel* meat ‖ 301. hic inproxumo est *vel* hinc inproxumust | Eho *vel* Eo ‖ 302. abi *vel* abiit | mihi iam *vel* mihi ‖ 303. Certum (*vel* Pertum) est facere (*vel* faceret) | operiat *vel* op(p)eriam: *corr B*² | eadem (*vel* eidem) illi *vel* eadem ‖ 304. uxor: *corr Ca duce Sarac* | iuuenis: *corr Sarac* | se *vel* si | *add Bo* ‖ 305. *del et add Dousa* ‖ 306. *add Ca* ‖

Si hóc palam fuerít. quid peius múliere aut audácius?
Dúm e[r]go in tegulís sum, †illac hec sum hospitio edít foras.
Édepol facinus fécit audax. hócine si milé⟨s⟩ sciat,
Crédo ⟨h⟩ercle ⟨h⟩as sustóllat aedis tótas [itollat] atque[m] hunc ín crucem. 310
Hércle quicquid est mússitabo pótius quam intereám male.
Nón ego possum quae ípsa sese uénditat tutárier.
PA. Scéledre, Sceledre, quís homo in ter⟨r⟩[em]a t⟨e⟩ álter est audácior?
Quís magis de[h]is inimícis natus quám tu[m] atque irat⟨ís⟩? SC. Quid est?
PA. Iúben tibi oculos éxfodiri quíbus id quod nusquámst uides? 315
SC. Quíd, nusquam? PA. Non égo [mu]tuam empsim uítam uitiosá nuce.
SC. Quíd negotist? PA. Quíd negoti sít rogas? SC. Cur nón rogem?
PA. Nón tu tibi istam praétruncari línguam largiloquám iubes?
SC. Quam ób rem iubeam? PA. Phílocomasium eccám domi, quam in próxumo
Vídisse ai[e]bas te ósculantem atque ámplexantem cum áltero. 320

---

307. quid *vel* quod | aut audacius *vel* audacius ‖ 308. hec sum (*vel* sunmt: se B^2) ‖ 309. *add Pius* ‖ 310. *add Ca* | *del Pius* | hic (hinc B^2): *corr Heraldus* | in crucem *vel* crucem ‖ 311. quam *vel* quum ‖ 312. quae issa sese *vel* quaesisse ‖ 313. interemat est alter: *corr et trai Ri duce Ac* ‖ 314. h *del et* is *add Ca* | quantum | SC. Quid est PA. *vel* quid est ‖ 315. Iubent: *corr* B^2 | nusquam hic uidis ‖ 316. mutuam ea ipsitui tam: *corr Lindemannus* ‖ 317. Quid negotii est *vel* Quit genegotūst | rogas *vel* hogas ‖ 318. Noui (*vel* Non iui) & ibi (nũ tute tibi B^2): *corr Ri* | p̄tunc (p̄trunc B^2) ari (*vel* dari) ‖ 319. iubeat *et* qua: *corr* B^2 ‖ 320. aleuas *vel* alas (aiebas B^2): *corr Bent* | amplexante *vel* ampleocante: *corr* B^2 ‖

⟨SC.⟩ Míru⟨m⟩s⟨t⟩ lolio uíctitare té tam uili trítico.
PA. Quíd iam? SC. Quia luscítiosu's. ⟨PA.⟩ Vérbero, [h]edepol tú quidem
Caécus, non luscítiosu's: nam †illam quidem illa domi.
SC. Quíd, domi? PA. Domi hércle uero. SC. Abi, lúdis me, Palaéstrio.
⟨PA.⟩ Túm mihi sunt manus ínquinatae. ⟨SC.⟩ Quídum? ⟨PA.⟩ Quia ludó luto. 325
SC. Vaé capiti tuó. PA. ⟨Tuo⟩ istuc, Scéledre, promittó fore,
Nísi oculos orátionemque ália[m] commutás tibi.
(Séd foris [con]crepuérunt nostrae. SC. At ego †ilico obserui foris:
Nám nil est qua hi⟨n⟩c húc transire ea póssit nisi recto óstio.
PA. Quín domi eccam: néscio[ut]quae te, Scéledre, scelera súscitant.) 330
SC. Míhi ego uideo, míhi ego sapio, ⟨míhi⟩ ego credo plúrumum:
Mé homo nemo déter⟨r⟩ebit quín ea sit in his aédibus.
Híc obsistam, ne ínprudenti huc éa se subrepsít mihi.
PA. Méus illic homost: déturbabo iam égo illum de pugnáculis.
Vín iam faciam ut stúltiuidum †ut fateare? SC. Áge face. 335
PA. Néque te quicquam sápere corde néque oculis utí? SC. Volo.

---

321. *add Ca* | olio: *corr ex Fulgentio* ‖ 322. SC. Quid iam PA. | luscitiosus *vel* lasciuiosus (es *add Fulgentius*) | ueherbero: *corr* B^2 ‖ 323. luscitiosus *vel* lusciosus: lusciosus es *Nonius* ‖ 325. Tam: *corr* B^2 | ⌗ quidum ⌗ ‖ 326. *add Ca* ‖ 327. oculus: *corr* B^2 | *del Guy* ‖ 328—330. *secl Ladewigius* ‖ 328. *del Lindemannus* | ilico obserui *vel* ila obseruis (illas obseruaui B^2) ‖ 329. transire *et* recto *vel* transiret *et* recte ‖ 330 Quem | *del Ca* | suscitat: *corr* B^2 ‖ 331. *add Py* ‖ 332. detereuti *vel* deteruti: *corr Klotzius* ‖ 333. obsistam *vel* obsitam ‖ 335. Vim: *corr Pius* | ut (te *s. scr.* B^2) fateare *vel* fateare ‖ 336. sapere *vel* te saperet | uolo — a nobis (*v. 339*) *solus habet B* ‖

<PA.> Némpe tu istïc a<i>s ésse erilem cóncubinam? SC. Atque árguo
Eám me uidisse[t] ósculantem hic íntus cum alienó uiro.
PA. Scín tu nullum cómmeatum hínc esse a nobís? SC. Scio.
PA. Néque solariúm neque hortum nísi per inpluuiúm? <SC.> Scio. 340
PA. Quíd nunc? si ea domíst: si facio ut éam exire hinc uideás domo,
Dígnun es uerbéribus multis? SC. Dígnus. PA. Serua istás fores,
Né tibi clam se súbterducat ístinc atque huc tránseat.
SC. Cónsiliumst ita fácere. PA. Pede[s] ego iám illam huc tibi sistam ín uiam.
SC. Ágedum ergo face. uólo scire, utrum egon íd quod uidi uíderim 345
Án illic faciat, quód facturum dícit, ut ea sít domi.
Nam égo quidem meos óculos habeo néc rogo utendós foris.
Séd hic illi subpárasitatur sémper: hic eae próxumust:
Prímus ad cibúm uocatur, prímo pulmentúm datur.
Nám illic noster ést fortasse círciter triénnium: 350
Néc quoiquam quam illí | in nostra méliust famulo fámilia.

---

337. *add Ca* | esset: *corr* B^2 (*item v. 339*) | ⌗ atque ‖ 338. ne uidisset: *corr Ca* ‖ 340. *add Gul* ‖ 341. nunc si *vel* si nunc si (*dist Sey*) | eam *vel* sedeam | hinc exire: *trai Ac* | domi ‖ 342. Dignum (*vel* Dignus) es (*vel* est): *corr Ri* | dignus *vel* dignum ‖ 343. Ne *vel* Nec | dam se *vel* clam | istinc *vel* est hinc | huc *vel* hunc ‖ 344. *del Ac* | INUIAM: inuitam ‖ 345. face *et* scire utrum (*sic A*) *vel* facet *et* sciret utror/////t | EGON: ego ‖ 346. illic (*sic A*) *vel* illio ‖ 347. ROGOUTENDOS: roga utendi *vel* rogat utende | foris (*sic A*) *vel* foras ‖ 348. ẸAẸ: ea (ei B^2) | proxumust (*sic A*) *vel* proxumus ‖ 350. fortasset *vel* fortasse (*sic A*): *qualia non semper notamus* ‖ 351. NEC: Neque | ILLIIN illi | MELIUSEST: melius ‖

Séd ego hoc quod ago id me ágere oportet: hóc obser uare óstium.
Síc obsistam, hacquidém pol certo uérba mihi num quám dabunt.

PALAESTRIO. SERVOS **PHILOCOMASIVM.** MVLIER **SCELEDRVS** SERVOS

PA. Praecépta facito ut mémineris. PH. Totiéns monere mírumst.
PA. At métuo ut satis sis súbdola. PH. Cedo uél decem, edocébo 355
Minumé malas ut sínt malae, mihi sólae quod supérfit.
[PA.] Age núnciam insiste ín dolos: ego ábs te procul recédam.
<PA.> Quid aís tu, Sceledre? SC. Hanc rém gero: habeo aúris, loquere quíduis.
PA. Credo égo istoc exempló tibi esse péreundum extra pórtam,
Dispéssis manibus pátibulum quom †habebis. SC. Quamnam óbrem? 360
PA. Respícedum ad laeuam: quis †illaec est mulier? SC. Pro di immortáles,

---

352. QUOD: quid | id (*sic A*) *vel* it *vel* ad | agere oportet hoc obseruare (*sic A*) *vel* acerer oportet huc obseruaret | HOSTIUM ‖ 353. Sic (*sic A*) *vel* Hic ‖ 354. TOTIEṆS: tolles | monere (*sic A*) *vel* munera ‖ 355. ut satis: SATIS | DECEMEDOCEBO: dece edocebo *vel* dice me docebo ‖ 356. MINIME: memini | QUOD: quo ‖ 357. *del Ri* | NUNCIAM: iam nunc | EGOATE ‖ 358. *add Ri* | AISTUSCELEDRE‡HANC: astu (*vel* asstas *vel* stas) sceledre (*vel* celebre) SC. hanc (*vel* hac) ‖ 359. ISTOC: istuc | exemplo (*sic A*) *vel* extemplo | PERFUNDUM: eundum (*vel* eundem) actutum si (eundum *Gellius*) | portam *Gellius* (*item A, ut vid*): portam est ‖ 360. DISPENSIS: dispersis (dispessis *Gellius*) | habebis (*sic Gellius*) *vel* habetuis: UIDETIṢ ‖ 361. Respicedum ad (*sic A*) *vel* Respice& dum al ‖

Eri cóncubinast haéc quidem. PA. Mihi quóque pol ita uidétur.
Age núnciam, quandó lubet. SC. Quid agám? PA. Perire própera.
PH. Vbi istést bonus seruos quí probri me máxumi innocéntem
[PA.] Falso ínsimulauit? PA. Ém tibi, hic mihi díxit tibi quae díxi. 365
PH. Tun mé uidisse in próxumo hic, sceléste, ais osculántem?
PA. Atque cum álieno adulescéntulo dixít. SC. Dixi hercle uéro.
PH. Tun mé uidisti? SC. Atque hís quidem hercle oculís — PH. Carebis, crédo,
Qui plús uident quam quód uident. SC. Numquam hércle deterrébor
Quin uíderim id quod uíderim. PH. Ego stúlta et mora múltum, 370
Quae cum hóc insano fábuler, quem pól ego capitis pérdam.
SC. Nolí minitari: scío crucem futúram mihi sepúlcrum:
Ibi meí sunt maiorés siti, patér, auos, proauos, ábauos.
Non póssunt mihi minácìis tuis hísce oculi exfodíri.
Sed paúcis uerbis té uolo, Palaéstrio: opsecró te, 375

363. lubet (*sic A*) *vel* iuuet | PEṚỊṚẸPROPẸṚẠ: peripe propero *vel* peri perpropere ‖ 364. ISTEEST: iste | PROBRI: prodiuit *vel* prodit | MAXIMỊ: maxume ‖ 365. INSTIMULAUIT | ‡EMTIBI-HICMIHIDIXITTỊ(BỊ)QUAEDIXI: PH. Em (*vel* hem) tibi PA. (*s. scr. B*) hic mihi (*vel* mi) id dixit PH. (*s. scr. B*) tibi quem dixti (*vel* dixit) ‖ 366. TUNE: Tute me: *corr Ribbeckius* | SCELESTEAỊS: sceleste *vel* scelestem ‖ 368. Tun me: TUNE | QUIDEMHERCLE: quidem | *distinximus* | CREBRO ‖ 369. uident (*sic A*) *vel* uidet | dat/////erebo/// *vel* deterebo: *corr B*[2] *cum A* ‖ 370. quod uiderim (*sic A*) *vel* quod uiderit | et mora (*sic A*) *vel* moror ‖ 371. FABULER: fabulet *vel* fabulem | perdam (*sic A*) *vel* perdat ‖ 373. mei (*sic A*) *vel* me | SUNTMAḶORỊSSITI: maiores sunt siti (*vel* sunt) ‖ 374. mihi possunt (*sic A*) *vel* possunt mihi | MINIS | oculis (*sic A*) *vel* oculi | EXFODIRI: fodiri ‖ 375. OPSECROTE: obsecro ‖

Vnde éxit haec? PA. Vnde nísi domo? SC. Domó?
PA. Me uiden? SC. Te uídeo.
Nimis mírumst facinus quó modo haec hinc húc transire pótuit.
Nam cérto neque soláriumst apud nós neque hortus úllus
Neque fénestra nisi cla<t>ráta. nam certe égo te hic intus uídi.
PA. Pergín, sceleste, inténdere hanc argúere? PH. Ecastor érgo 380
Mihi hau fálsum euenit sómnium quod nóctu hac somniáui.
PA. Quid sómnia[ui]sti? PH. Ego éloquar: sed amábo aduortite ánimum.
Hac nócte in somnis méa soror geminást germana uísa
Venísse Athenis ín Ephesum cum súo amatore quódam.
Ei ambo hóspitio huc in próxumum mihi déuortisse uísi. 385
PA. Palaéstrioni<s> sómnium narrátur. [PA.] perge pórro.
PH. Ego laéta uisa, quía soror uenísset, propter eándem
Suspícionem máxumam sum uísa sustinére.
Nam argúere in somnis mé meus mihi fámiliaris uísust,

---

376. HAEC: hac huc | DOMOMODOME | UIDENTẸ#UIDEO: uidente uideo: *corr Gru* ‖ 377. NIMIS: Nisi | mirumst (*vel* mirum): MISERUMEST | HINCHUC: hic | POTU(IT): potuerit ‖ 378. SOLARIUMEST: solarius (solarium *B*²) ‖ 379. fenestra (*sic A*) *vel* fenetra | nisi: NEQ· | *add Scu* | CERTE: certo | hic intus (*vel* inus): INTUS ‖ 380. Pergin sceleste (*sic A*) *vel* Pergi scelestẽ | INTENDEREHANCARGUERE: intendere et hanc arguere *vel* intenderet hec arguerit | ERGO: ego ‖ 381. HAU: haud *vel* aut | EUENIT: eueniat | NOCTE ‖ 382. *del Ca* | ADUORTITE: aduortit *vel* aduortito ‖ 383. GEMINAST: gemina et *vel* gemina ‖ 384. Venisse (*sic A*) *vel* Venisset | QUOMSUO: cum eo (*vel* meo) ‖ 385. ET: Hi: *corr Ri* | HOSPITIUM | DEUERTISSE: deuortis *vel* diuorti sunt ‖ 386. SC.: *corr Ac* | *add Dousa* | *del Ac* ‖ 389. arguere (*sic A*) *vel* argueret | me familiaris meus mihi: *trai ex A* | UISUST: uisus est *vel* uisu sedetis ‖

Me cum álieno adulescéntulo, quasi núnc, esse ausculátam, 390
Quom illa aúsculata méa soror gemina ésset suompte amícum.
Id me ínsimulatam pérperam falsum ésse somniáui.
PA. Satin éadem uigilanti éxpetunt quae in sómnis uisa mémoras?
Eu hércle praesens sómnium: abi íntro et conprecáre.
Narrándum ego istuc míliti censébo. PH. Facere cértumst: 395
Neque mé quidem patiár prob<r>i falso ínpune insimulátam.
SC. Timeó quid rerum gésserim: ita dórsus totus prúrit.
PA. Scin té perisse? <SC.> Núnc quidem domi cértost: certa rés est
Nunc nóstrum obseruare óstium, ubiubíst. PA. At, Sceledre, quaéso,
Vt ád id exemplum sómnium quam símile somniáuit, 400
Atque út tu suspicátus es eam uídisse osculántem.
SC. Nescío quid credam egomét mihi iam: ita quód uidisse crédo
[SC.] Me id iám non uidisse árbitror. PA. Ne tu hércle sero, opínor,

---

390. cum (*sic A*) *vel* cum cum | TUẸSAUSCULATAM: est osculatam (*vel* auscultata) esse (*vel* est): *corr Ca* ‖ 391. illa (*sic A*) *vel* illam | ausculta (*sic A, ut vid*) *vel* osculata | SUUMPTE: sumptu *vel* suum ‖ 392. ID: Ita *vel* Item ‖ 393. UIGILANTI: uigilantis | uisa memoras (*sic A*) *vel* uisam memorast ‖ 394. EU: Heus | PRAESENSSOMNIUM♯ABI: p̧dent somnium (*vel* p̄sentia om̃a) abi (*vel* aut) | conprecare (*sic A*) *vel* conprecarint ‖ 395. CERTUMEST: certum ‖ 396. PROBI: prodi *vel* prout: *corr Ca* | insimulatam (*sic A*) *vel* insimulata ‖ 397. gesserit: *corr ex A et Nonio* | DORSUMTOTUM | prurit (*sic Nonius et A*) *vel* prorit ‖ 398. perisse (*sic A*) *vel* periisse | *add Ac* | nunc *vel* sed (*ex* Scel.?) nunc: ṆUM | CERTOEST: certo SC. ‖ 399. UBỊ(ỤBỊṢṬ): ubisset *vel* ubi isset | sceledre (*sic A*) *vel* sceleraet ‖ 400. QUAM: quasi *vel* quia ‖ 401. ut tu (*sic A*) *vel* uitu | suspicatus es (*vel* est): SUSPICATUS ‖ 402. *solus habet A* ‖ 403. MEIDIAM: Meeam *vel* Meam | ARBITROR: arbitri *vel* arbitraris | SERO-

Resipísces. si ad erum haec rés prius †deuenerit,
peribis púlcre.
SC. Nunc démum experior mi ób oculos calíginem
opstitísse. 405
PA. Dudum édepol planumst íd quidem: quae hic
úsque fuerit íntus.
SC. Nil hábeo certi quíd loquar: non uíd⟨i⟩ eam,
etsi uídi.
PA. Ne tu édepol stultitiá tua nos paéne perdi-
dí⟨s⟩t⟨i⟩:
Dum té fidelem fácere ero uoluísti, absumptu's paéne.
Sed fóres uicini próxumi crepuérunt: conticíscam. 410

PHILOCOMASIVM. PALAESTRIO. SCELEDRVS
MVLIER SERVI II

PH. Inde ígnem in aram, ut Éphesiae Diánae la⟨e⟩ta
laúdes
Gratésque agam eique ut Árabico fumíficem odore
amoéne:
Quae me ín locis Neptúniis templísque turbuléntis
Seruáuit, saeuis flúctibus ubi sum ádflictata múltum.
SC. Palaéstrio, o Palaéstrio. PA. O Scéledre, Sce-
ledre, quíd uis? 415
SC. Haec múlier quae hinc exít modo estne erílis
concubína

OPINOR: opinor obsecro ‖ 404. RESIPISCESSI: Respicis si *vel* Resipisci | DEUENERITPERIBIS: ob oculos peruenit (*vel* creuerit) peruis (peribis B^2) ‖ 405. experior (*sic A*) *vel* experiar | MIHI: prius | OBSTITISSE (*item Servius Dan*): obtigisse *vel* optingessint ‖ 406. ‡(*vix* A)EDEPOL | PLANUMESTID: planum hic | HIC: hinc 407. *add Ca* ‖ 408. nostra (nos B^2) poene | *add Ca* ‖ 409. facere ero *vel* facere | absumptus es *vel* absumptust ‖ 410. crepuerunt conticiscam *vel* concrepuerunt conticescam ‖ 411. lata *vel* latas: *corr Pareus* ‖ 412. arabico *vel* arabio *et* odore *vel* odorem (arabico ture *Servius*) ‖ 413. Qui: *corr* B^2 | neptuniis *vel* neptunis ‖ 415. palestrio *vel* palestrios (*bis*) | (PA.) o *vel* os ‖

Philocómasium an non ést ea? PA. Hercle opínor, ea uidétur.
Sed fácinus mirumst, quó modo haec hi<n>c hú[n]c transire pótu[er]it:
Si quídem east. SC. An dubiúm tibist eam ésse hanc? PA. Ea uidétur.
SC. Adeámus, appellémus. heus, quid istúc est, Philocomásium? 420
Quid tíbi istic in <ist>isce aédibus debétur? quid negótist?
Quid núnc taces? tecúm loquor. PA. Immo édepol tute técum:
Nam haec níl respondet. SC. Te ádloquor, uití probrique pléna,
Quae círcum uicinós uagas. PH. Quicúm tu fabuláre?
SC Quicúm nisi tecum? PH. Quís tu homo's? aut mécum quid est negóti? 425
SC. Mé rogas? hem, quí sim? PH. Quin ego hóc rogem quod nésciam?
PA. Quís ego sum igitur, si [tu] húnc ignoras? PH. Míhi odiosus, quísquis es,
Ét tu et hic. SC. Non nós nouisti? PH. Neútrum. SC. Metuo máxume —
PA. Quíd metuis? SC. Enim né <nos> nosmet pérdiderimus úspiam:
Nám nec te neque mé nouisse ait haéc. PA. †Persectari hic uolo, 430
Scéledre, nos nostri án alieni símus: ne clam quíspiam

417. est ea *vel* est ei ‖ 418. nunc transire(t) potuerit: *corr Ri* ‖ 419. quidem *vel* quid dem | tibi est *vel* id est | esse hanc *vel* essa et hec | ea *vel* eam ‖ 420. At eamus: *corr Py* | philocomasium *vel* philomasium ‖ 421. insce *vel* in hisce: *corr Sey* ‖ 422. Immo *vel* Inmo ‖ 423 sq. est (*del* B^2D^2) respondit | adloquar *vel* alloquor | propinque: *corr ex Nonio* | plenus (*et* Qui) *Nonius* | uagas (*sic Nonius*) *vel* uaga es ‖ 425. homo est (*vel* es) ‖ 426. rogas hem qui sim *vel* rogassem quid sit: *distinximus* | qut *vel* quę: *corr* B^2 ‖ 427. *del Py* | hunc *vel* huc | es *vel* ē ‖ 429. *add Reizius* ‖ 430. te nequem me *vel* tete neque me me: *corr* B^2D ‖ 431. ne dum: *corr Bo* ‖

Nós uicinorum ínprudentis áliquis inmutáuerit.
SC. Cérte equidem nostér sum. PA. Et pol ego. ⟨SC.⟩ Quaéris tu, muliér, malum.
Tíbi ego dico: heus, Phílocomasium. PH. Quaé te intemperiaé tenent,
Quí me perperám perplexo nómine appellés? PA. Eho, 435
Quís igitur uocáre? PH. †Dicere nómen est. SC. Iniúria's[t]:
Fálsum nomen póssidere, Phílocomasium, póstulas.
†Adice testu non dicat ei et méo ero [non] facis iniúriam.
PH. Égone? SC. Tu⟨ne⟩. PH. Quaé heri Athenis Éphesum adueni uésperi
Cúm meo amatore, ádulescente Athéniensi? SC. Díc mihi, 440
Quíd hic tibi in Ephesóst negoti? PH. Géminam germanám meam
Híc sororem esse ín⟨d⟩audiui: eam uéni quaesitúm. SC. Mala's.
PH. Ímmo ecastor stúlta multum, quaé uobiscum fábulem.
Ábeo. SC. Abire nón sinam te. PH. Mítte. SC. Manufestária[res] es[t].
Nón omitto. PH. At iám crepabunt míhi manus, mal⟨a⟩é tibi, 445
Nísi me omittis. SC. Quíd, malum, astas? quí⟨n⟩ retines altrínsecus?
PA. Níl moror negótiosum míhi esse tergum. quí scio
Án ista non sit Phílocomasium átque alia eius símilis sit?
PH. Míttis an non míttis? SC. Ímmo ui átque ⟨in⟩uita⟨m⟩ ingrátiis,

433. *add Ri* | quaeres | tu *vel* tum ‖ 434. ego dico *vel* dico | tenent *vel* tenent periae ‖ 436. *del Dousa* ‖ 439. *add Ri* | athenis *vel* at h///s | uesperi *vel* uesperis ‖ 440. meo *vel* mea ‖ 441. geminam germanam meam *vel* age ninam germana mea ‖ 442. *add Bo* | ueni *vel* uenio ‖ 443. ecastor *vel* et castor ‖ 444. abeo SC. abire *vel* SC. Abeo auir& | *del Ri* ‖ 445. mihi iam crepabunt *vel* iam crepabunt: *trai Bo* ‖ 446. detenes *vel* detines: *corr Py* altrinsecus (*sic gloss. Pl.*) *vel* alteris insecus ‖ 447. scio *vel* sico ‖ 448. sit *vel* sunt ‖ 449. Mittis *vel* Mitti | ingratiis *vel* ingratis ‖

Nísi uoluntate íbi<s>, rapiam té domum. PH. Hosti<c>um hóc mihi 450
Ést domicilium, Athénis domus est. <SC.> Át erus <hic>. <PH.> Ego istám domum
Néque moror neque uós qui | homines sítis noui néque scio.
SC. Lége agito: te núsquam mittam, nísi das firmatám fidem,
Te húc, si omisero, íntro ituram. PH. Ví me cogis, quísquis es.
Dó fidem, si omíttis, isto me íntro ituram quó iubes. 455
SC. Écce omitto. PH. At ego ábeo missa. SC. Múliebri †fecisti fide.
PA. Scéledre, <e> manibus ámisisti praédam: [SC.] tam east qu[e]ám potis
Nóstra erilis cóncubina. [PA.] uín tu facere hoc strénue?
SC. Quíd faciam? <PA.> Ecfer míhi machaeram huc íntus. SC. Quid faciés ea?
PA. Íntro rumpam récta in aedis: quémque hic intus uídero 460
Cúm Philocomasio ósculantem, eum ego óbtruncabo extémp<u>lo.
SC. Vísanest ea ésse? PA. Immo edepol pláne east. SC. Sed quó modo
Díssimulabat. PA. Ábi, machaeram huc écfer. SC. Iam faxo híc erit.
<PA.> Néque eques neque pedés profectos<t> quísquam tanta audácia,

---

450. uoluptate (*vel* -ẽ) ibi: *corr Ca* | hostium *vel* ostium: *corr Lipsius* | hoc mihi *vel* homhist || 451. est domicilium *vel* Domicilium est | est ac erus (*vel* herusa) ego: *corr Ri* || 452. homines *vel* homini | noui neque scio *vel* nouim neque sio || 453. firmatam *vel* firmata || 454. sio (*vel* sino) misero (*vel* miser&) | ui *vel* uim | es *vel* est || 455. ituram *vel* itura | quo iubes *vel* iubes || 456. fecisti *vel* feci || 457. *add Fl* | *del Ac* | ea si queam || 459. *add Ac et pers usque ad v. 462 permutatas corr* | ecfer *vel* haec fer/// || 460. rumpam *vel* rupam || 461. philocomasio *vel* plicomasio | obtruncabo *vel* obstruncabo me | *add Ca* || 462. planete ast *vel* planeast *vel* east || 463. ecfer *vel* etfaer || 464. *add Ac* | profectos *vel*

Qui aéque faciat cónfidenter quí<c>quam quam muliér[es] faci[un]t. 465
Ýt utrobique orátionem dócte †diuit ut tuam:
Ýt sublinitur ós custodi caúto, conseruó meo.
Nímis beat, quod cómmeatus tránstinet trans párietem.
SC. Heús, Palaestrió, machaera níl opust. PA. Quid iam? aút quid est?
SC. Dómi eccam erilem cóncubinam. PA. Quíd, domi? SC. In lectó cubat. 470
PA. Édepol ne tu tíbi malam rem répperisti, ut praédicas.
SC. Quíd iam? PA. Quia hanc attíngere ausu's múlierem hinc ex próxumo.
SC. Mágis hercle metuó. PA. Sed numquam quísquam faciet quín soror
Ístaec sit gemina húius. eam pol tu ósculantem hic uíderas.
<SC.> Íd quidem palámst eam esse ut dícis. quid propiús fuit 475
Quam út perirem, si élocutus éssem ero? PA. Ergo sí sapis,
Músssitabis. plús oportet scíre seruom quám loqui.
Ego abeo a te, néquid tecum cónsili commísceam,
Átque apud hunc eró uicinum: tuaé mihi turbae nón placent.
Érus si ueniet, sí me quaeret, híc ero: hinc me arcéssito. 480

---

p̄fectus: *corr Kampmannus* ‖ 465. Qui aeque *vel* Que | *add B²* | *del Luchsius* ‖ 466. utrobique *vel* ut ubique | ductae: *corr B²* | diuit uttuã *vel* du it intuã ‖ 467. OS: us (*corr B²*) | CUSTODI: custodiit | cauto (*sic A*) *vel* causto ‖ 468. QUOD: quot | trans (*sic A*) *vel* tam ‖ 469. Heus (*sic A*) *vel* Heius | nihil (*sic A*) *vel* hil | OPUSṬ: opus | AỤTQUỊDST: haud quid opus est ‖ 470. eccam erilem concubinam (*sic A*) *vel* hec camerile concubina | cubat (*sic A*) *vel* cubant ‖ 472. Quid (*sic A*) *vel* Qui | ausus: *corr Lamb* | HINCEX: hic in ‖ 473 sq. ‡‡SED *et* EAM: sed (*vel* se) *et* PA. eam | QUIN: qui | ISTAEC: ista | GEMINA: germana | OSCULTANṬẸM (*fort. expuncto* T) | hic (*sic A*) *vel* hinc ‖ 475. *add Ribbeckius* | ID: Et | ut dicis (*sic A*) *vel* iudicis | QUID: SC. Quid ‖ 476. SIELOCUTUS: si locutus | ESSEM: esse et *vel* fuissem (*corr B²*) ‖ 477. MUSSITABIS: Musitabis ‖ 478. ATENẸ: te ne *vel* ne ‖ 479. APUDHUNC: apud hunc (*vel* hanc) ‖ 480. QUAERẸT: quaerit | HINCMEARCESSITO: hic me accersito ‖

SCELEDRVS. PERIPLEC[T]OMENVS
SERVOS SENEX

SC. Satin ábiit ille néque †erile negótium
Plus cúrat quasi non séruitute⟨m⟩ séruiat?
Certo íllaquidem hic nunc íntus est in aédibus:
Nam egomét cubantem eám modo offendí domi.
Certúmst nunc obseruátioni operám dare. 485
PE. Non hércle hisce homines mé marem, sed féminam
Vicíni rentur ésse serui mílitis:
Ita mé ludificant. meámne hic in ui[t]a hóspitam
Quae heri húc Athenis cum hóspite aduenít meo
Tractátam et ludificátam, ingenuam et líberam? 490
SC. Perii hércle: hic ad me récta habet rectám uiam.
Metuo íllaec mihi res né malo magnó fuat,
Quantum húnc audiui fácere uerborúm senem.
⟨PE.⟩ Accédam ad hominem. [PE.] tún Sceledre hic, scelerúm caput,
Meam lúdificauisti hóspitam ante aedís modo? 495
SC. Vicíne, ausculta quaéso. PE. Ego auscultém tibi?
⟨SC.⟩ Expúr⟨i⟩gare uólo me. PE. Tun te expúr⟨i⟩ges [mihi],

---

481. abut *vel* abit (*sic A*): *corr B*² | erile (*sic A*) *vel* herilem || 482. quasi (*sic A*) *vel* quam si | seruitute (*sic A*) *vel* seruite: *corr Scu* || 483. ILLAQUIDEMHIC: quidem illa (*vel* ulla) hic (*vel* hinc) | in aedibus (*sic A*) *vel* pedibus || 484. EGOMET: ego et (*vel* ex) | EAMMODO: ea domo | offendi *vel* ostendi: OFFENDAM || 486. hisce: HICSE | marem sed (*sic A*) *vel* morem sed te || 488. MEANNE: meamane | inuita: INUITAM | hospita *vel* hospi: *corr B*² *cum A* || 489. Quae (*sic A*) *vel* Qua | HERI: eri *vel* heri || 490. Tractata (*vel* Tracta) et ludificata ingenua et libera: *corr ex A* || 491. PERI | habet (*sic A*) *vel* habit *vel* abit | RECTAMUIAM: recta uia || 492. fuat (*sic A*) *vel* fiat || 493. hunc (*sic A*) *vel* huc || 494. *del Ca* || 495. ludificauisti (*sic A*) *vel* ludificasti *vel* ludifiuisti || 496. SC. Vicine *vel* Vicine *et* PE. *vel* SC. | auscultem (*sic A*) *vel* auscultam || 497. i (*bis*) *add Ri* | TUN: tune | *del Ri* ||

Qui fácinus tantum támque indignum féceris?
An quía latrocinámini, arbitrámini
Quiduís licere fácere uobis, uérbero? 500
SC. Licétne? PE. At ita me dí deaeque omnís ament,
Nisi míhi supplicium uírgarum de té datur
Longúm diutinúmque a mane ad uésperum:
Quod meás confregisti ímbricis et tégulas,
Ibi dúm condignam té sectaris símiam: 505
Quodque índe inspectauísti meum apud me hóspitem,
Ampléxam amicam quom ósculabatúr suam:
Quodque cóncubinam erílem insimulare aúsus es
Probrí pudicam méque summi flágiti:
Tum quód tractauisti hóspitam ante aedís meas: 510
Nisi míhi supplicium stímuleum de ⟨té⟩ datur,
Dedécoris pleniórem erum faciám tuom,
Quam mágno uento plénu⟨m⟩st undarúm mare.
SC. Ita súm coactus, Périplec[t]omene, ut nésciam,
Vtrúm me ⟨ex⟩postuláre [prius] tecum aequóm si⟨e⟩t, 515
†Nisi istaec non est haec neque istast mihi,
Me expúr⟨i⟩gare haec tíbi uidetur aéquius:
Sicút etiam nunc néscio quid uíderim:
Itást ista huius símilis nostraí tua,
Siquidém non eademst. PE. Víse ad me intro: iám scies. 520
SC. Licétne? PE. [ne] Quin te iúbeo: ei, placide nóscita.

---

498. tantum (*sic A*) *vel* tam ‖ 501. me di deaeque *vel* madida eaeque | ament *vel* amet ‖ 502. datur *vel* batur ‖ 504. inbricis *vel* imbricis ‖ 505. condignam *vel* -um | sectatus: *corr ex Servio* ‖ 506. hospitem *vel* -te ‖ 507. Amplexum: *corr Bo* | quo *vel* cum | suam *vel* sua ‖ 508. Quodque *vel* Quod | es *vel* ẽ ‖ 510. hospitam *vel* hospitem ‖ 511. Nisi tibi (*vel* te): *corr Lamb* | dedatur *vel* datur: *corr Lamb* ‖ 513. uentũ: *corr* B^2D^2 | plenus (plenust B^2): *corr Py* ‖ 514. sum *vel* suum | *del Ri* ‖ 515. *add Ri* | *del Reizius* | aequo sit *vel* aequumst: *corr Ca* ‖ 517. Me *vel* Ma | *add Ri* ‖ 519. Itast ista *vel* Istas | nostrae: *corr Ri* ‖ 520. uise ad *vel* qui sedeat ‖ 521. *del Lipsius* | iuueo *vel* uiueo | et

SC. Ita fácere certumst. PE. Heús, Philocomasiúm, cito
Transcúrre curriculo ád nos: ita negótiu<m>st.
Post, quándo exierit Scéledrus a nobís, cito
Transcúrrito ad uos rúrsum curriculó domum. 525
Nunc pól ego metuo, néquid infuscáuerit.
Si hic nón uidebit múlierem — aperitúr foris. 527.528
SC. Pro di ínmortalis, símiliorem múlierem
Magisque eándem, ut pote quae nón sit eadem, nón reor 530
Deos fácere posse. PE. Quíd nunc? SC. Conmeruí malum.
PE. Quid ígitur? eanest? SC. Étsi east, non ést ea.
PE. Vidístin istam? SC. Vídi et illam et hóspitem
Conpléxum atque osculántem. PE. Eanest? SC. Néscio.
PE. Vin scíre plane? SC. Cúpio. PE. Abi intro ad uós domum 535
Contínuo: uide sitne ístaec [domum] uostra intús. SC. Licet:
Pulcre ádmonuisti. [si] iám ego ad te exibó foras.
PE. Numquam édepol hominem quémquam ludificárier
Magís facete uídi et magis mirís modis.
Sed éccum egreditur. SC. Périplec[t]omene, te ópsecro 540
Per deós atque homines pérque stultitiám meam

placide: *corr Ri* ‖ 522. heus *vel* heius | philocomasium *vel* philocomosium ‖ 523. Transcurrere: *corr* B^2 | negotiis (negotiust B^2) ‖ 524. quam do *vel* quam ‖ 525. rursum *vel* rusum ‖ 527 sq. fobis: *corr* B^2 ‖ 530. poteq, nosit: *corr* B^2 | reo: *corr* B^2 ‖ 531. conmeru: *corr* B^2 ‖ 532. ean est *vel* eam st | aest: *corr* B^2 ‖ 533. Vidisti inistam *vel* Vidistin eam ‖ 534. Conplexam: *corr Ac* ‖ 535. Vim: *corr B ras* | abit: *corr* $B^2 D^2$ ‖ 536. ista haec: *corr* B^2 | *del Bo* ‖ 537. atte *vel* ate ‖ 539. FAC̣(ET)E: facite: *corr* B^2 | uidit et *vel* uidet: *corr* B^2 *cum A* ‖ 540. *del Ri* | TE *ex* TOE ‖ 541. stultitia mea: *corr* B^2 *cum A* ‖

Perqué tua genua — PE. Quíd opsecras me? SC. Inscítiae
Meae ét stultitiae ignóscas. nunc demúm scio
Me fuísse excordem, caécum, incogitábilem:
Nam Phílocomasium eccam íntus. PE. Quid nunc, fúrcifer? 545
Vidístin ambas? SC. Vídi. PE. Erum exhibeás uolo.
<SC.> Meruísse equidem me máxumum fateór malum
Et tuaé fecisse me hóspitae aio iniúriam.
[SC.] Sed méam esse erilem cóncubinam cénsui,
Quoi mé custodem erus áddidit milés meus. 550
Nam ex úno puteo símilior numquám potis
Aqua aéque sumi quam haéc est atque ista hóspita.
Et mé despexe ad té per inpluuiúm tuom
Fateór. PE. Quidni fateáre ego quod uíderim?
Et ibi ósculantem meum hóspitem cum ista hóspita 555
Vidísti? SC. Vidi: cúr negem quod uíderim?
Sed Phílocomasium mé uidisse cénsui.
PE. Ratusne ístic me hominem esse ómnium minumí pretei,
Si ego mé sciente páterer uicinó meo

542. GENUA: gea ‖ 543. stultitiae (*sic A*) *vel* stultitiae meae | DEMUM: dem *vel* idem: *corr B*[2]*D*[2] ‖ 544. excorde: *corr B*[2]*D*[2] *cum A* ‖ 545. quis: *corr B*[2] *cum A* ‖ 546. UIDISTIN: Vidisti | EXHIBEAS: exibeas ‖ 547. *add D*[2] | EQUIDEMME: tequidem e (*vel* et) | FATEOR: facior ‖ 548. FECISSE: fecisset | HOSPITIAE | alo iniuria (*vel* miuiria): *corr B*[2] *cum A* ‖ 551. umo: *corr B*[2] *cum A* | potis: POTEST ‖ 552. Atquam: *corr B*[2] *cum A* | aeque (*sic A*[1]) *vel* aquae (*sic A*[2]) | summis: *corr B*[2] *cum A* | atquem histham: *corr B*[2] *cum A* | hospita (*sic A*) *vel* hospitam ‖ 553. MEO | DESPEXEADTE: despexi atte ‖ 554. ‡QUIDNUNC: quid (*vel* quit) ni | FATEAREERGO(*vel* ETEGO): fatear et ego et | UIDERIM: uiderit (*corr B*[2]) ‖ 555 sq. *solus habet A* | ISTAC (*vel* ISTA) ‖ 557. uidisset: *corr B*[2] *cum A* ‖ 558. ISTICMEHOMINEMESSE: me istic hominem esse | MINIMIPRAETEI: minimum (*corr B*[2]) pretii ‖ 559. scientem patere: *corr B*[2] *cum A* ‖

Eam fíeri apud me tam ínsignite iniúriam? 560
SC. Nunc démum a me insipiénter factum esse árbitror,
Quom rém cognosco. at nón malitiosé tamen
Feci. PE. Ímmo indigne: nám hominem seruóm suos
Domitós habere opórtet oculos ét manus
Orátionemque. SC. Égone si post húnc diem 565
Muttíuero, etiam quód egomet certó sciam,
Dato éxcruciandum me: égomet me dedám tibi.
Nunc hóc mihi ignosce, quaéso. PE. Vincam animúm meum,
Ne málitiose fáctum id esse aps te árbitrer.
Ignóscam tibi istuc. SC. Át tibi di faciánt bene. 570
⟨PE.⟩ Ne tu hércle, si te dí ament, linguam cónprimes:
Posthác etiam illud quód scies nescíueris
Nec uíderis quod uíderis. SC. Bene mé mones:
Ita fácere certumst. séd satine oratú's? PE. Abi.
SC. Numquíd nunc aliud mé uis? PE. Ne me nóueris. 575
⟨SC.⟩ Dedit híc mihi uerba. quám benigne grátiam
Fecít, ne iratus ésset. scio quam rém gerat:

560. Em: *corr* B^2 *cum A* | TAMINSIGNITAM: itam (*corr B ras*) insignite | iniuria: *corr* B^2 *cum A* ‖ 561. AME: me | TAMINSIPIENTER | arbitror (*sic A*) *vel* arbitro ‖ 563. HOMINEMSERUOSSUOS: homine seruo suo (*corr* B^2) ‖ 565. huc: *corr* B^2 *cum A* ‖ 566. Muttiuero (*sic A*) *vel* Metuero | ego mes *vel* ego me: *corr* B^2 *cum A* | SCIO ‖ 567. EXCRUCIANDUM: excruciatum | EGOMETMEDEDAM: ego me (egomet B^2) didam (dedam B^2D^2) ‖ 568. IGNOSCE: ignoscam (ignoscas B^2) ‖ 569. malitiose: MALITIOSUM | arbitrer (*sic A*) *vel* arbitre ‖ 570. TIBIISTUT *ex* TIISTUC | TIBIDI: tibi (di *s. scr.* B^2) ‖ 571. NI | herclesite (*sic A*) *vel* hercles ita | ament (*sic A*) *vel* amant | CONPRIMES: conprimis | *dist Buechelerus* ‖ 572. POSTHAC: Post haec ‖ 573. NEC: Ne ‖ 574. pacere *vel* parcere: *corr* B^2 *cum A* | ESTSED: esset (est B^2) | ORATUS#ABI: oratus abit: *corr Ac* ‖ 575. PE. *et* SC.: *trai Ac* ‖ 576. quam (*sic A*) *vel* qua | GRATIAM: gratia ‖ 577. socios (*vel* sodos) qua: *corr* B^2 *cum A* ‖

Vt, míles quom extemplo á foro aduenriát domum,
Domi cómprehendar. úna hic et Palaéstrio
Me habént uenalem: sénsi et iam dudúm scio. 580
Numquam hércle ex ista nássa ego hodie escám
petam.
Nam iam áliquo aufugiam et me óccultabo ali
quót dies,
Dum haec cónsilescunt túrbae atque irae léniunt.
Nam uní satis populo ímpio meruí mali.
(Verúm tamen, de me quídquid est, ibo hínc
domum.) 585
PE. Illic hínc abscessit. sát edepol certó scio
Occísam saepe sápere plus multó suem.
†Quin íd adimatur ne íd quod uidit uíderit.
Nam illíus oculi atque aúres atque opínio 589
Transfúgere ad nos. úsque adhuc actúmst probe:
Nimiúm festiua⟨m⟩ múlier operam praéhibuit.
Redeo ín senatum rúsum. nam Palaéstrio
Domí nunc apud mest, Scéledrus nunc autémst
foris:
Frequéns senatus póterit nunc habérier.
Ibo íntro: ne, dum absum †multae sortitae fiat. 595

---

578. miles (*sic A*) *vel* mihi | exemplo *vel* extemplo (*sic A*) || 579. COMPREHENDAR: comprehendat || 581. hercule *Festus* | massa: *corr ex A et Festo* | hodie ego *Festus* | (hodie) capetam *vel* capiam: *corr ex A et Festo* || 582. aufugiam (*sic A*) *vel* aut fugiam | ALIQUOT: aut aliquot (*vel* aliquod) || 583. haec (*sic A*) *vel* hae || 584. UNI: nunc || 585. *secl Ribbeckius* | de me: DEM | hic: *corr B^2 cum A* || 588. QUINID: Quod in || 590. ad hunc (huc B^2) actum est: ADHUCTUMEST || 591. *add Gul* | OPERAMPRAEHIBUIT: opera peribunt || 592. SENATURUSUM: senatum (*vel* sinuatum) rursus || 593 sq. Frequens senatus sceledrus nunc autem foras Domi nunc apud me poterit nunc haberier (*vel* aberrier): *trai et corr ex A* || 595. MULTAESORTITAEFIAT: multi sortito (*vel* fortito) fuam ||

ACTVS III

PALAESTRIO. PERIPLEC[T]OMENVS. PLEVSICLES
SERVOS SENEX ADVLESCENS

PA. Cóhibete intra límen etiam uós parumper, Pleúsicles.
Sínite me prius próspectare, ne úspiam insidiaé sient,
Cóncilium quod habére uolumus. nam ópus est nunc tutó loco,
Ýnde inimicus néquis nostri spólia capiat cónsili.
[Ýnde inimicus néquis nostra spólia capiat aúribus.] 599[b]
Nám bene consultum ínconsultumst, si íd inimicis úsuist, 600
Néque potest quin, si íd inimicis úsuist, obsít tibi.
(Nám bene ⟨consultúm⟩ consilium súrripitur saepíssume,
Sí minus cum cura aút cautela lócus loquendi léctus est.)
Quíppe †hi si resciuere inimíci consiliúm tuom,
Tuópte tibi consílio occludunt línguam et constringúnt manus, 605
Átque eadem quae illís uoluisti fácere illi faciúnt tibi.
Séd speculabor, néquis aut hinc aút ab laeua aut déxtera
Nóstro consilió uenator ádsit cum auritís plagis.
Stérilis hinc prospéctus usque ad últumamst plateám probe.

596. ETIAM *ex* ETIM | PLEUSICLES: pleussicles *vel* pleusides || 597. P̣ẸṚSPECṬẠRE: prospectare *vel* perspectari | SIENT: sint || 598. UOLỊMUS | est nunc: EST || 599. NEQUI | NOSTRI: nostris *vel* nostra | CAPṬAT | consili *vel* consiliis || 599[b]. *om A* | nostra *solus B* || 600. ẸṢTSI(ID): si id *vel* si fit | ỊṆỊṂỊCUSUIST: inimicis usus || 601. QUIN(ṢỊỊ)D: qui (*vel* quin) nisi | usuist *vel* usu est | obsit (*vel* obsi *vel* obsat) mihi: *corr Ac* || 602 sq. *secl Weisius* || 602. *add Bo* || 603. CAU(*ex* CA)TELLALOCỤS: catalogo *vel* catalogos | LECTUS: lectum || 604. ḤỊSIṚẸṢCỊỤẸṚẸ: scire siuere | TUUM: suum || 606. ILLIFACIU(NT): faciunt || 607. AUT-ẠḄḶAEUA: aut a leua *vel* a leua | dextera *vel* adextra: (Ạ)DEXTERA || 608. auritis *vel* auratis || 609. ESTPLATEA(M): plateamst *vel* platea s͠t ||

Éuocabo. heus, Périplec[t]omene et Pleúsicles, progrédimini. 610
PE. Écce nos tibi oboédientes. PA. Fácilest imperium ín bonis.
Séd uolo scire: eodém consilio quód intus meditatí sumus
Gérimus rem? PE. Magis nón potest esse ád rem utibile. PA. Immo * *
Quíd tibi, Pleusiclés? PL. Quodne uobis pláceat, displiceát mihi?
Quís homo sit magís meus quam ⟨t⟩u's? ⟨PE⟩. Lóquere lepide et cómmode. 615
PA. Pól ita decet hunc fácere. PL. At hoc me fácinus misere mácerat
Meúmque cor corpúsque cruciat. PE. Quíd id est quod cruciát? cedo.
PL. Mé tibi istuc aetátis homini fácinora puerília
Óbicere ac neque té decora néque tuis uirtútibus
Á te expetere: †te ex opibus summis mei honoris grátia 620
Míhique amanti ire ópitulatum atque éa te facere fácinora,
Quaé istaec aetas fúgere facta mágis quam sectarí solet.
Eám pudet me tíbi in senecta obícere sollicitúdinem.
PA. Nóuo modo tu homo amás. siquidem te quícquam quod faxís pudet,
Níl amas, umbrá's amantum mágis quam amator, Pleúsicles. 625

---

610. *del Ri* | et *vel* ut | pleusides *vel* plesicles: *corr B*[2] || 613. non potest esse ad rem ut sibile *vel* ad rem non potest esse utibile | *lac signavimus* || 614. pleusicles *vel* pleusides (*item 625*) || 615. quamus *vel* quamuis | PE. *add Gru* | et *vel* mee || 616. PA. *solus D* | decet *vel* ded/// | anc (haec *B*[2]) | PE. | hoc me *vel* hoc | miserũ *vel* miserã || 617. cruciat *vel* cruciant | PL. | ced(ent) *vel* te: *corr Ca* || 618. PE. || 619. atque *vel* neque: *corr Ribbeckius duce Ri* || 620. Aetate *vel* Ea te: *corr Ri* | mihi: *corr Py* || 621. ea te *vel* a te || 623. sollicitudine *vel* sollicitudinem || 624. PA. *vel* PE. | *dist Ri* | taxis: *corr B*[2]*D*[2] || 625. es *vel* ẽ ||

PL. Háncine aetatem éxercere me | amoris grátia?
PE. Quíd ais tu? tam tíbi ego uideor óppido Acherúnticus?
Tám capularis? támine tibi diu uídeor uita<m> uíuere?
Nam équidem haud sum †natus annos praeter quínquaginta et quáttuor:
Cláre oculis uideó, pernix sum pédibus, manibus móbilis. 630
PA. Si álbicapillus híc uidetur, ne útiquam ab ingenió<st> senex:
Ínest in hoc emússitata súa sibi ingenua índoles.
PL. Pól idquidem experiór ita esse ut praédicas, Paléstrio:
Nám benignitás quidem huius óppido adulescéntulis<t>.
<PE.> Ímmo, hospes, magis quóm peric[u]lum fácies. magis noscés mea<m> 635
Cómitatem ergá te amantem. PL. Quíd opus nota nóscere?
PE. * * * * * * * * * * * * * * *
Ýt apud te exemplum éxperiundi hábeas, ne <quaer>ás foris.
Nám nisi qui ipse amáuit, aegre amántis ingenium ínspicit.
Ét ego amoris áliquantum habeo [h]umórisque [me] etiam in córpore 640
Néquedum exarui éx amoenis rébus et uoluptáriis.

---

626. Hancine *vel* Hacine | gratia *vel* gratiam ‖ 627. tu itane: totam *Nonius* | acheruntius *Nonius* ‖ 628. capularis *vel* copularis | tamine *vel* tam me | *add Ca* | uiuere *vel* uidere ‖ 629. haud *vel* aut ‖ 630. Clare *vel* Claris | uideo *vel* uideor | manibus pedibus (*vel* sum pedes): *trai Guy* ‖ 631. albi (*vel* albus: albet *Nonius*) capillus | ab *Nonius*: ibi | *add Scioppius* | senes *Nonius* ‖ 632. emusitata: *corr ex Nonio* ‖ 633. PE. ‖ 634. adolescentules *vel* adolescentule: *corr Ca* ‖ 635. hospes *vel* hospis | *del Guy* | mea *vel* inea ‖ 636. Comitante merce te (*vel* merced///): *corr Ca* | nota noscere *vel* nos tam scire | *lac sign Ri* ‖ 638. te *add B*[2] | ne itas *vel* negis: *suppl Luchsius* ‖ 639. Nam ipsi *vel* Nam: *corr Gru* | qui *vel* quod ‖ 641. amenis *vel* amoris ‖

Vél cauillatór facetus uél conuiua cómmodus
Ídem ero: neque ego óblocutor sum álteri in conuíuio.
Íncommoditate ábstinere me ápud conuiuas †quomodo
Cómmemini[t]: et meae orátionis iústam partem pérsequi 645
Et meam partem itidém tacere[t], quom álienast orátio.
Mínume sputatór, screator sum, ítidem minume múccidus:
Póst Ephesi sum nátus, †non enim in Apulis, non sum Animula.
PA. Ó lepidum †semine, si quas mémorat u⟨i⟩rtu⟨t⟩ís habet:
Atque equidem plane éduc⟨a⟩tum in nútricatu Vénerio. 650
PE. Plús dabo quam praédicabo ex mé uenustatís tibi.
Néque ego | umquam aliénum scortum súbigito[m] in conuíuio:
Néque praeripio púlpamentum néque praeuorto póculum:
Néque per uinum umquam éx me[a] exoritur díscidium in conuíuio.
Síquis ibist odiósus, abeo dómum, sermonem ségrego. 655
Vénerem, amorem amoénitatemque áccubans exérceo:
PL. †Tu quidem edepol omnis moris ad uenustatem uacet.

---

643. Item: *corr Vss* | neque ego *vel* neque | oblecutor *vel* obliuiscor: *corr* $B^2 D^2$ ‖ 644. conuiuias: *corr* B^2 ‖ 645. partem *vel* parem ‖ 647. Minimis (Minime B^2) putatur scrahator ‖ 648. animula *Pseudoservius cum Paulo*: in imula ‖ 649. semine *vel* semisemne | *add Scu* ‖ 650. *add Bent* ‖ 651. uenustatis *vel* uenustas ‖ 652. subigito min *vel* sub digito meo | conuiuio *vel* conuiuium ‖ 653. pulpamenthum *vel* pulmentum | praeuorto *vel* peruorto | copulum: *corr* B^2 ‖ 654. discidium in *vel* discidium ‖ 655. ibi est odiosus *vel* sibi odiosus est | habeo: *corr* B^2 | segrego *vel* secreto ‖ 656. amoram (*corr* $B^2 D^2$) amonitatem (*corr* B^2) quę accubas (*corr* B^2) ‖ 657. PA.: *corr Pistoris* | uenustatem *vel* uenustate | uacet *vel* uicet ‖

⟨PA.⟩ Cédo tris mi hominis aúric⟨h⟩alco cóntra cum istis móribus.
PL. Át quidem illuc aetátis qui sit nón inuenies álterum
Lépidiorem ad ómnis res nec †magis qui amicus amico sit magis. 660
PE. Túte me ut fateáre[t] faciam esse ádulescentem móribus:
Íta apud omnis cónparebo tíbi res benefactís frequens.
Ópusne erit tibi áduocato trísti, iracundo? écce me.
Ópusne leni? léniorem díces quam mutúmst mare:
Líquidiusculúsque ero quam uéntus est faui̇́onius. 665
Vél hilarissumúm conuiuam hinc índidem expromám tibi
Vél primariúm parasitum atque óbsonatorem óptumum.
Túm ád saltandum nón cinaedus málacus aequest á[n]tque ego.
PA. Quíd ad illas artís opt⟨ass⟩is, si óptio eueniát tibi?
PL. Huíc pro meritis út referri páriter possit grátia 670
Tíbique, quibus nunc mé esse experior súmmae sollicitúdini.
[PE.] Át tibi tanto súmptui esse míhi molestumst. ⟨PE.⟩ Mórus es[t].

---

658. *add Ribbeckius* | Cedo tris *vel* Ceteris | hominis *vel* hominibus | contramtum histis: *corr Ca duce* B^2 ‖ 660. quid amicus amicos sint: *corr* B^2 ‖ 661. adulescente: *corr* B^2 ‖ 662. conparebo *vel* conparabo | bona factis ‖ 663. Opus ne (*vel* nec) | tris furacundo: *corr* D^2 ‖ 664. dicis | quam mutum est mare *vel* quantum e amare ‖ 665. Liquidius cuiusque *et* faonius *vel* facinus: *corr ex Nonio* (fabonius) ‖ 666. hilarissimum *vel* hilarissimus | conuiuium | indidam: *corr Ca* ‖ 667. obsonat oram *vel* obsotorem: *corr* B^2 ‖ 668. salutandum: *corr ex Nonio* | maiacus equestant (*vel* egestant) que: *corr duce Nonio* ‖ 669. Quid *vel* Qui | at tillas *vel* attollas: *corr* B^2 | optissi (optassi B^2): *corr Ca* ‖ 670. Huius: *corr Guy* | referet: *corr* B^2 ‖ 671. esset experiosum me sollicitudini (*vel* sollicitudine): *corr* B^2 ‖ 672. *del Taubmannus* | sumptui *vel* sumptu | molestus ⌗ *vel* molestumst ⌗ | *del Ca* ‖

Nam ín mala uxore átque inimico síquid sumas, súmptus est:
Ín bono hospite átque amico quaé<s>tus est quod súmitur,
Et quod in di[ui]nis rébus sumat súmpti, sapientí lucrost. 675
Deúm uirtute est te únde hospitio accípiam apud me cómiter.
Es[t], bibe, animo obséquere mecum atque ónera te hilaritúdine:
Líberae sunt aédis, liber[s]um aútem ego me [tu] uolo uíuere.
Nám mihi deum uirtúte dicam própter diuitiás meas
Lícuit uxorém dotatam génere summo dúcere: 680
Séd nolo mihi oblátratricem in aédis intro míttere.
PL. Qúr non uis? nam prócreare líberos lepidúmst opus.
PE. Hércle uero líberum esse téte, id multo lépidiust.
(PA. Tú homo et alterí sapienter pótis es consulere ét tibi.)
Nám bona uxor suáue ductust, sí sit usquam géntium, 685
[PE.] Ýbi ea possit ínueniri: uérum egone eam ducám domum,
Quaé mihi numquam hoc dícat: 'eme, mi uír, lanam, unde tibi pállium

---

673. sumat: *corr Ca* ‖ 674. *add* D^2 ‖ 675. *del Leo* | sumas sumptu: *correximus* ‖ 676. est tasenunde (est eundem *Nonius*): *corr Hauptius* | accipiem: *corr ex Nonio* | commitas *vel* est comitas: *corr Ri* ‖ 677. Est bibe *vel* Est bono: siue *Nonius* | onerate hilaritus me *vel* onerata hilarissime: *corr ex Nonio* ‖ 678. *del Ri* | tuo *vel* tuo: *del Lorenzius* | libere (bibere B^2): *corr Ribbeckius* ‖ 679. uirtutem: *corr* B^2 ‖ 680. summo *vel* sumo ‖ 681. oblatraticem: *corr* B^2 *cum A, ut vid* | INTRODUCERE ‖ 682. PA. | lepidus sonus: *corr ex A* ‖ 683. TETEID: ut *vel* it (id B^2) | LEPIDIUSEST: est lepidius ‖ 684. *secl Ribbeckius* | est: *corr* B^2 (*cum A, ut vid*) ‖ 685. SUAUEDUÇ(TU)STSI: sua deductust (*vel* deducta est) ‖ 686. POSSIT: possi *vel* possim ‖ 687. numquam (*sic A*) *vel* nunc quam | eme mi (*sic A*) *vel* e memini | IANAM: tanam ‖

Málacum et calidum cónficiatur túnicaeque hibernaé bonae,
Ne álgeas hac híeme'? hoc numquam uérbum ex uxore aúdias:
Vérum prius quam gálli cantent, quaé me e somno súscitet, 690
Dícat: 'da, mi uír, Calendis meám qui matrem múnerem:
Dá qui †faciat condi at dá quod dem quinquátribus
Praécantrici, cóniectrici, háriolae atque harúspicae:
Flágitiumst si níl mittetur, quaé supercilió spicit.
Túm plicatricém clementer nón potest quin múnerem: 695
Iám pridem, quia níl abstulerit, súscenset ceriária:
Tum ópstetrix expóstulauit mécum, parum missúm sibi:
Quíd? nutrici nón missuru's quícquam quae uernás alit?'
Haéc atque †huius símilia alia dámna multa múlierum
Me úxore prohibént, mihi quae huius símilis sermonés sera[n]t. 700
PA. Dí tibi propitií sunt: nam hercle si ístam semel amíseris
Líbertatem, haud fácile in eundem rúsum restitués locum.

---

688. MALACUM: Malam cum | HIBERNAE: mihi bernae *vel* //////ibernae ‖ 689. algeas *et* ex uxore (*sic A*) *vel* aleas *et* uxore ‖ 690. galli *vel* calli | MEE: me ‖ 691. mihi: *corr cum A, ut vid* | qui (*sic A*) *vel* que | MUNEREM: uenerit ‖ 692. faciat condi at dan (*vel* conclamando: da B^2D^2) | DEM : det: *corr* B^2 ‖ 693. PRAEC(ANTR)ICI: Preccatrici *vel* Precatatrici | conlectrici: COC-T(ri)CI: *corr Ca* ‖ 694. Flagitium est si (*sic Festus*) *vel* Flagitium si (*sic* [SI] *A*) | mitteturq, *vel* mittetur: *corr ex A et Festo* ‖ 695. PLICAT(rices): patricam: *corr Stu* | POTEST: potest esse (*vel* pota est) hinc | QUIN: quam (*corr* B^2) ‖ 696. CERIARIA: ceraria ‖ 697. OPSETRIX: obstrex: *corr* B^2D^2 ‖ 698. QUID: Quii | missurus: *corr Lamb* ‖ 699. similia (*sic A*) *vel* similias ‖ 700. PROHIBENT: prohibenti | SIMILESSERMONESSERANT: similis (*vel* simile) sermonis erant: *corr Lamb* ‖ 701. propitii sunt: PROPITI | NAMHERCLE: hercle nam | ISTAM: ista ‖ 702. HAUD: aut (*corr* B^2) | facile (*sic A*) *vel* eacile | IN: in te | RUSUMRESTITUISLOCUM: rusum (*vel* rursum) restitues uocum (*vel* uccum) ‖

Át illa laus est, mágno in genere et ín diuitiis máxumis
Líberos hominem éducare, géneri monimentum ét sibi.
PE. Quándo habeo multós cognatos, quíd opus est mihi líberis? 705
Núnc bene uiuo et fórtunate atque út uolo atque animo út lubet.
Méa bona mea morté cognatis dídam, inter eos pártiam:
Hí apud me aderunt, mé curabunt: uísent quid agam, quíd uelim:
Príus quam lucet ádsunt, rogitant nóctu ut somnum céperim.
(Eós pro liberís habebo, quí mihi mittunt múnera.) 710
Sácrificant: dant índe partem míhi maiorem quám sibi,
Ábducunt ad éxta, me ad se ad prándium, ad cenám uocant.
Ílle miserrumúm se retur, mínumum qui misít mihi.
Ílli inter se cértant donis: égomet mecum mússito:
'Bóna mea inhiant: mé certatim nútricant et múnerant.' 715
⟨PA.⟩ Nímis bona ratióne nimiumque ád te et tuam uitám uides,

---

703. genere (*sic A*) *vel* generet | masumis: *corr* B^2 *cum A* || 704. HOMINES | educaret: *corr* B^2 *cum A* || 705. fit mihi liberis: MIHI: *corr Goe duce Ri* || 706. ETFORTUNATE: et (*vel* ei) fortunato | UOLOATQ·: uolo atquam | animo ut lubet: UTANIMOUTUỌḶẸṬ || 707. MEABONA: Meam bona | COGNATISDIḌAM: cognatim dicam | PARTIAM: partim || 708. HI: Li *vel* Licet (Hi B^2) | MEADEṚỤNT: me (*vel* te) ederunt | UISENT: uisant *vel* uisam | AGAMQUIDUELIM: agam (*vel* agant) hic quid ụelit (*vel* uelint) || 709. lucet (*sic A*) *vel* lucent | rogitant noctu ut (*sic A*) *vel* rogitat noctum | SOMNUMCEPERIM: somnium caeperiam || 710. *secl Guy* | HABEBOQUIMIHI: habeo quam || 711. dent *vel* dus: *corr* B^2 *cum A* | MALOREM || 712. exta (*sic A*) *vel* extra | se prandium: *corr* B^2 *cum A* | UOCANT: uocat (*corr* $B^2 D^2$) || 713. miserrimum (*sic A*) *vel* miserrummum *vel* miser summum || 714. EGOMETMECUMMUSSITO: ego et mucum (haec mecum B^2) musito || 715. MECERTATIMNUT(RI)CANTETMUNERANT: certatim nutricunt et munera || 716. ADTEETTUAMUITAM: atte (*vel* ate) et tua multam (*vel* multa) | uides: ḤABES ||

[PA.] Et tibi sunt gemini ét trigemini, sí te bene habes, fílii.
⟨PE.⟩ Pól si habuissem, sátis cepissem míseriarum e líberis.
* * * * * * * * * * * * * * *
Cóntinuo excruciárer animi: si eí forte fuissét febris, 720
[PE.] Cénserem emorí: cecidissetue ébrius aut de equo úspiam,
Métuerem ne ibi díffregisset crúra aut ceruicés sibi.
⟨PL.⟩ Huíc homini dignúmst diuitias ésse et diu uitám dari,
Qui ét rem seruat ét se bene habet suísque amicis úsuist.
PA. Ó lepidum caput. íta me di deaéque ament, aequóm fuit 725
Deós parauisse, úno exemplo ne ómnes uitam uíuerent.
Sícut merci prétium statuit quíst probus agoránomus:
Quaé probast ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑, pró uirtute ut uéneat,
Quae ínprobast, pro mércis uitio dóminum pretio paúperet:
Ítidem diuos díspertisse uítam humanam aequóm fuit: 730

---

717. TRIGEMINI: triticemini (tricemini B^2) | HABEṬFILIẠ || 718. habuisset satis cepisse: *corr* B^2 *cum A* | ELIB(ERI)S: liberis || 719. *lac sign Ri* || 720. *solus habet A* (SỊẸỊ *vel* SṬẸṬ) || 721. *dist Bergkius* | cecidisset ne (*item A*): *corr Ri* | DEEQUOUSPIAM: dequo suspiam (*vel* suscipiam) || 722. DEFREGISSET (*item* B^2): defrigisset: *corr Ribbeckius* | AUT: ad || 723. *add Ribbeckius* | ESSEET: esset (esse *B D ras*) | DARI: dare || 724. et rem (*sic A*) *vel* ecrem | SE: qui | USUIẸST: uult *vel* uule (*om* B^1) || 725. PL. *vel* PA. | media eaeque (*vel* media eaque *vel* medietaque) amet: *corr* B^2D^2 *cum A* | aequom *vel* q͠m: AEQUUM || 726. PARAUISSE: parauisset | ỤNỌỤNO || 727 sqq. *verba* pro uirtute — inprobast *om A, verba* quist probus — probast *om reliqui: lac sign Ri, ubi* (quae inproba est) mers pretium eis statuis (pro uirtute) *habet Nonius* (*ex v. 727?*) | SICUT: Sicuti | ueniạt (neuiant *Nonius*): *corr Beroaldus* | inproba si pro: *corr ex Nonio* | mercis (*sic A et Nonius*) *vel* mercedis | PAUPẸRẸT: pauper erit (pauperat *Nonius*) || 730. DISPERTISSE: disperdisset | AEQUM ||

Quí lepide ingeniátus esset, uítam ei longinquám darent,
Qui ínprobi essent ét scelesti, is ádimerent animám cito.
Si hóc parauissént, et homines éssent minus multí mali
Ét minus audactér scelesta fácerent facta: et póstea,
Quí homines probi éssent, esset ís annona uílior. 735
PE. Quí deorum consília culpet, stúltus inscitúsque sit,
Quíque eos uituperét. nunc istis rébus desistí decet:
Núnc uolo opsonáre ut, hospes, tuá te ex uirtute ét mea
Meaé domi accipiám benigne, lépide et lepidis uíctibus.
PL. Níl me paenitét iam quanto súmptui fuerím tibi. 740
Nam hóspes nullus tám in amici hospítium deuortí potest,
Quín, ubi triduóm continuom fúerit, iam odiosús siet:
Vérum ubi dies decém continuos sít, east odiorum Ílias.
Tam étsi dominus nón inuitus pátitur, serui múrmurant.
PE. Séruiendae séruituti ego séruos instruxí mihi, 745
Hóspes, non qui míhi imperarent quíbusue ego essem obnóxius.

---

731. INGENIATUS: ingenuatus | EILONGINGUAM: longinquam || 732. QUIIMPROBIESSENTETSCELESTIISADIMERENTANIMUM: Qui in (*vel* Quin) probi est (*vel* [e]stet) scaeles hisus (*vel* scaele//////// is: scaelesti his B^2) adhimerant (adhimerent B^2) animam || 733. (PA)RAUISSEN(TE)T: parauisset (parauissent $B^2 D^2$) | ESSENT: esset || 734. FACERENT: faceret || 735. is: IIS || 736. CONSIL(IA)-CULPET: concilia culpe | INSCITUSQ·: insictusque || 737. QUIQ·: Quid que (*vel* quae) | UỊTỊPẸRET | NUNCISTIS: nunciam (*vel* nuntiam) isti || 738. uolo (*sic A*) *vel* uolom | OPSONARE: obsonare *vel* obsonorae | UT: uelut *vel* tlut | TUATE: tuam te *vel* tua | et mea (*sic A*) *vel* tua || 739. DONI: demi (*corr* B^2) || 740. QUANTUMSUMPTUM: quanto sumptum: *corr Ca* | FUERIMIHIBI || 741. HOSPESNULLUS: hoc pis (*vel* hospis) nullus *vel* hoc pusillus | INAMICI: inimici | deuorti *vel* diuorti: DEUERTI (*ex* DEUERI) || 742. SIET: sit || 743. SITEẠESTODIORUMILIAS: ite astodorum illas || 744. INUITUSPARTITUR: uitus (*vel* uitiis) sit patitur | MURMURANT: murmurat || 745. SERUIENDAESERUITUTI: seruienti seruitute | seruos (*sic A*) *vel* miser uos | INSTRUXI: introduxi *vel* introuxi || 746. IMPERARENT: inpararent | QUIBUSUE: quibus | ESSEM: aessae (*om B*) ||

Si íllis aegrest míhi id quod uolup est, meó remigio rém gerunt:
Támen id quod odióst faciundumst cúm malo atque ingrátiis.
Núnc quod occepi ópsonatum pérgam. PL. Si certúmst tibi,
Cómmodulum obsoná, ne magno súmptu: mihi quiduís sat[a] est. 750
PE. Quín tu istanc orátionem hinc ué<te>rem atque antiquam ámoues?
[Nam] Próletarió sermone núnc quidem, hospes, útere.
Nam í[i] solent, quando áccubuere[t], ubi céna adpositast, dícere:
'†Quid opus fuit hoc sumptu tanto nostra gratia?
Ínsaniuisti hércle: nam idem hoc hóminibus sat[á] erá[n]t decem.' 755
Quód eorum caussa óbsonatu<m>st, cúlpant[e] et comedúnt tamen.
PA. Fít pol illuc ad illúc exemplum: ut dócte et perspecté sapit.
PE. Séd <e>idem hominis númquam dicunt, quámquam adpositumst ámpliter:
'Iúbe illud demi: tólle hanc patinam: rémoue pernam, níl moror:
Aúfer illam offám porcinam: próbus hi[n]c conger frígidus<t>: 760
Rémoue, abi aufer': néminem eorum ha<e>c ádseuerare aúdias,

---

747. Si illius egressi mihi inicit (*vel* incit) quod uolupis me horem remigio rem gero: *corr ex A* ‖ 748. odiose faciundumst cum (*vel* facihundum ficum) malum atque mingratis (*vel* malum ingratis): *corr ex A* (ODIOST) ‖ 749. CERTUMST: certus ‖ 750. nemo agnum sumptū (*vel* suptu) ‖ 751. Quantu ‖ 752. *del Bent* | proletario *vel* ploletario | hospis ‖ 753. ii *vel* hii ‖ 754. tanto *vel* tanta ‖ 756. caussa (*vel* causa) obsonatu si ‖ 757. illut (*vel* illud) *bis*: *corr Bo* | perspecie *vel* perspiciē ‖ 758. *add Ri* | numquam *vel* umquam | atpositumst *vel* appositum ‖ 759. demi tolle *vel* denui tolli | pernam *vel* perdam ‖ 760. porcinam *vel* portinam | concer | *add Ri* ‖ 761. aufer *vel* aufert | neminem *vel* nemine ‖

Séd procellunt se ét procumbunt dímidiati, dum áppetunt.
PA. Bónus bene ut malós desc<r>ipsit móres. PE. Haud centésuma<m>
Pártem dixi atque, ótium rei sí s[t]it, possum exprómere.
PA. Igitur id quod ágitur †hic prímum praeuortí decet. 765
Núnc hoc animum aduórtite ambo. míhi opus est operá tua,
Périplec[t]omene: nám ego inueni lépidam sycophántiam,
Qui ádmutiletur míles <us>que caésariatus, átque uti
Huíc amanti ac Phílocomasio[m] hanc éfficiamus cópiam,
Vt hic eam abducát abeatque. <PE.> Dári istanc rationém uolo. 770
PA. Át ego mihi anulúm dari istunc tuóm uolo. PE. Quam ad re<m> úsuist?
PA. Quándo habebo, igitúr rationem <m>eárum fabricarúm dabo.
PE. Vtere, accipe. PA. Áccipe a me rúsum rationém doli
Quam ínstitui. PE. Perpúr<i>gatis dámus tibi ambo operam aúribus.
<PA.> Érus meus ita mágnus moechus múlierumst, ut néminem 775
Fúisse[t] aeque néque futurum crédo. PE. Credo ego istú[n]c idem.
PA. †Itaque Alexandrí praestare praédicat formám suam:
Ítaque omni<s> se ultró sectari in Épheso memorat múlieres

---

762. *Iteratur post v. 777 (ubi est* Sed [*vel* Se] procumbunt in mensam dimidiati petunt) | *dist Ac* ‖ 763. descipsit *vel* decepsit ‖ 764. rei *vel* re | *del Py* ‖ 766. hoc *vel* huc ‖ 767. *del Ri* | lepidem: *corr Ca* ‖ 768. *add Ca* ‖ 769. philocomasium: *corr Ca* ‖ 770. abducit | dare ‖ 771. quamatre ‖ 773. PL. accipe | rusum *vel* rufum *vel* rursum ‖ 774. PE. *vel* PL. | *add Fl* | ambo damus tibi: *trai Fl* ‖ 775. moeccus *vel* cecus ‖ 776. atque neque | PL.: *corr Ac* ‖

⟨PE.⟩ Édepol qui te dé isto multi †cupiunt non mentí⟨ri⟩er:
Séd ego ita esse ut dícis teneo púlcre. proin, Palaéstrio, 780
Quám potis tam uérba confer máxume ad conpéndium.
PA. Écquam tu potís reperire fórma lepida múlierem,
Quoí fa⟨ce⟩tiárum †corpusque sit plenum ét doli?
PE. Íngenuamne [h]an[c] líbertinam? PA. Aequi ístuc facio, dúm modo
Eám des quae sit quaéstuosa, quaé alat corpus córpore
Quoíque sapiat péctus: nam cor nón potest, quod núlla habet. 786
PE. Laútam uis an quaé nondum sit laúta[m]? PA. Sic consúcidam:
Quám lepidissumám potis quamque[m] ádulescentem máxume.
PE. Hábeo eccillam meám clientam, méretricem adulescéntulam.
Séd quid ea usus ést? PA. Vt ad te eám iam deducás domum 790
Ítaque eam huc ornátam adducas: éx matronarúm modo
Cápite compto crínis uittasque hábeat adsimulétque se
Túam esse uxorem: ita praécipiundumst. PL. Érro quam insistás uiam.
PA. Át scietis. séd [ha]ecqua ancillast ílli? PE. Est primé cata.

---

779. mentier *vel* metier || 780. palesirio || 782. PA. *vel* PL. | Et quam || 783. *add Ca* || 784. Ingenuumne | atque istuc faciomdum (*vel* faciundum) || 785. desque *vel* diesque || 786. iam cor || 787. PE. *om B* | uis an *vel* uisam || 788. quamquem *vel* quamquam || 789. PE. *om. B* | ECCILLAM: hec illam | CLIENTAMMEAM: meam dienta (*vel* cliente) | MERETRICEM: meletricem *vel* melectricem || 790. QUIDEAUSUS: qui te (*vel* te quid) ausus | ESTAUT | deducas (*sic A*) *vel* delucas || 791. EXMATRONARUM: matronarum || 792. at simul etque (*vel* eq;) || 793. TU(A)M: Tam | esse uxorem (*sic A, ut vid*) *vel* uxorem esse || 794. scietis (*sic A*) *vel* stetis | HAECQUA: haecque | primicata: *corr Salm* ||

PA. Eá quoque opus est. íta praecipi<t>o múlieri atque ancíllulae, 795
Vt simulet se túam esse uxorem et déperire hunc mílitem:
Quásique hu<n>c anulúm faueae s<u>ae [ancille] déderit, ea porró mihi,
Míliti ut darém: quasique ego reí sim interpres. PE Aúdio:
[PA.] Né me surdum †uerberauit si audis: ego recté meis
Aúris ut * * * PA. * * * * * * * * * 799[b]
Eí dabo: <a> tuá mihi uxore[m] dícam delatum ét dàtum, 800
Vt sese ad eum cónciliarem. ille — eíus modist — cupiét miser:
Quí nisi adulterió studiosus reí nulli aliaest ínprobus.
PE. Nón potui<t> reperíre, si ipsi Sóli quaerendás dares,
Lépidioris duás ad hanc rem quám ego |. habe animúm bonum.
PA. Érgo adcura: séd propere opust. nunc tu aúscul-ta mi, Pleúsicles. 805
PL. Tíbi sum oboediéns. <PA.> Hoc facito: [PA.] míles domum ubi aduénerit,
Mémineris ne Phílocomasium nómines. PL. Quem nóminem?
PA. †Diceam. PL. Nempe eandém quae dudum cónstitutast. PA. Páx, abi[s].

---

795. *add Sarac* ‖ 796. deperire huc *vel* perire hunc ‖ 797. hoc (*sic A*) *vel* huc | famęsę (*vel* famose) ancille: *corr Scal* ‖ 798. sim interpres *vel* sum interpes ‖ 799a. *del Ri* | uerberauit *vel* uerberat uit ‖ 799b. AURISUT——— *accessit ex A* ‖ 800. EIDABO: Dabo | *add Ca* | tua *vel* tuam ‖ 801. SESEAD: sese at *vel* sedeat | eum *vel* mecum | conciliarem *vel* conciliare | *dist Madvigius* ‖ 803. *add Py* | reperire *vel* reperiri ‖ 804. rem *vel* aeram | habe *vel* ab ‖ 805. adcuras et properā (*vel* properas): *corr Brixius* | mi pleusides *vel* pleusicles ‖ 806. *add et del Palm et Gru* | huc facito *vel* hoc facto ‖ 807. quem (*sic A, ut vid*) *vel* quam ‖ 808. constituitast *vel* constituta est (*sic A*) | *del Ca* ‖

PL. Méminero: sed quíd meminisse id réfert, * ego té tamen.

PA. Égo enim dicam túm, quando usus póscet. intereá tace: 810

V́t quom etiam hic †agit, actutum pártis defendás tuas.

PL. É[g]o ego intro igitur. PA. Eí, praecepta sóbrie adcurés face.

PALAESTRIO. LVRCIO
SERVOS PVER

PA. Quantás res turbo, quántas moueo máchinas.
Erípiam ego hodie cóncubinam míliti,
Si cénturiati béne sunt manup[u]larís mei. 815
Sed illúm uocabo. heus Scéledre, nisi negótium<st>,
Progrédere ante aedis: té uoco, Palaéstrio.
LV. Non óperaest Sceledro. PA. Quíd iam? LV. Sorbet dórmiens.
PA. Quid, sórbet? LV. Illud 'stért[er]it' uolui dícere:
Sed quía consimilest quóm stertas quasi sórbeas — 820. 821
PA. Eho, an dórmit Sceledrus íntus? LV. Non nasó quidem:
Nam eo mágnum clamat. <PA.> Tétigit calicem cláncululum:
Prompsit †amardiminam ámphoram cellárius.

---

809. quid *vel* qui ‖ 810. poscit ‖ 811. cum *vel* nunc | *ante* actutum *aliud verbum habuit A, ut vid* ‖ 812. *del Ri* | et praecepta: *corr Gul* | ut cures: *corr Ri* ‖ 815. *del Pareus* ‖ 816. heus *vel* heius | *add Ri* ‖ 817. uoco *vel* uoca ‖ 818. dormiens (*sic A*) *vel* dormes ‖ 819. steterit *vel* sterterit ‖ 820 sq. quod: *corr Ac* | stercas *vel* stertas ‖ 822. Eho (*sic A*) *vel* Eo | non naso (*sic A*) *vel* nonaso ‖ 823. *add Ac* ‖ 824. Dormisit *vel* Domisit: *corr Pareus* (PR— *A*) | amardiminam *vel* a arclimin | cellarius *vel* cellararius ‖

[PA.] Eho tú, sceleste, qui ílli suppromú's: eho. 825
LV. Quid uís? PA. Qui[d] lubitumst ílli condor-
míscere?
LV. Oculís, opinor. PA. Nón te istuc rogitó,
scelus.
[LV.] Procéde huc: periistí iam nisi uerúm scio.
[PA.] Prompsísti tu illi uínum? LV. Non prom<p>sí.
PA. Negas?
LV. Nego hércle uero: nam ílle me uetuit dícere. 830
Neque équidem heminas ócto exprom<p>si in úr-
ceum,
Neque ílle hic calidum | éxbibit in prándium.
PA. Neque tú bibisti? LV. Dí me perdant, sí bibi,
Si bíbere potui[sti]. PA. Quíd iam? LV. Quia enim
obsórbui:
Nam nímis calebat, ámburebat gútturem. 835
<PA.> Alii ébrii sunt, álii poscam pótitant:
Bonó subpromo et prómo cellam créditam.
<LV.> Tu hercle <íti>dem faceres, sí[t] tibi esset
crédita:
Quoniam aémulari nón licet, nunc ínuides.
<PA.> Eho, an úmquam prompsit ántehac? respondé,
scelus. 840. 841
Atque út tu scire póssis, * dicó tibi:
Si fálsa dicis, Lúrcio, excruciábere[t].
LV. Ita uéro? ut tu ipse mé dixisse délices:
Post <é> sagina ego éicia<r> cellária, 845

---

825. *del Ac* | Eho *vel* Eoh | *dist Ri* | suppromus *vel* supp̄m's: *corr Scu* || 826. *del Beroaldus* || 827. istuc *vel* istic || 828. huc *vel* huic || 830. me uetuit *vel* metuit || 831. feminas || 832. exuiuit: *corr Ca* || 833. bibisti *vel* biuisti || 834. bibere *vel* bere | quid enim absorbui *schol. Luc.* || 835. caleuit *vel* caluit: *corr ex Nonio* | ambureuat: adurebat *Nonius* || 836. *add Pareus* | ebrii *vel* ebri (*sic A*) | alia postcam potaitam (*vel* postquam potatam): *corr Palm et Ac cum Lipsio* || 837. subp̄mo et promo *vel* subpromo || 838. diem: ỊḌ—: *corr Bergkius* || 840 sq. anumquam (*sic A*) *vel* numquam | PROMPSIT: promisit || 843. palsa | uotio *vel* uocio: *corr Fl duce Gronovio ex inscr* (LUCRIO) || 844. LV. *add D* | *dist Bo* || 845. e *add Ri* ||

Vt tíbi †si promtis álium subpromúm pares.
PA. Non édepol faciam: age[t] éloquere audactér mihi.
LV. Numquam édepol uidi prómere. uerum hóc erat:
Mihi ímperabat, égo promebam póstea.
PA. Hoc ílli crebro cápite sistebá⟨n⟩t cadi. 850. 851
LV. Non hércle tam istoc uálide cassabá⟨n⟩t cadi.
Sed in célla erat †paulum nimis loculi lúbrici:
Ibi erát bilibris aúla sic propter cados:
Ea saépe deciens cómplebatur ⟨ín⟩ die: 855a
†Ea plenam atque inanem fieri plena maxuma 855b
Vbi bácc⟨h⟩abatur aúlla, cassabánt cadi.
PA. Abi, abi íntro iam. uos ín cella uinária
Baccháнal facitis: iam hércle ego erum adducam á foro.
LV. Perii: éxcruciabit mé erus, domum si uénerit,
Quom haec fácta scibit, quía sibi non díxerim. 860
Fugiam hércle aliquo atque hoc ín die⟨m⟩ extollám malum.
Ne díxeritis óbsecro huic uostrá⟨m⟩ fidem.
PA. Quo[t] té agis? LV. Missus sum álio: iam huc reuénero.
PA. Quis mísit? LV. Philocomásium. PA. Abi: actutúm redi.
LV. Quaesó tamen, tu meám partem, infortún⟨i⟩um 865

---

846. promtis *vel* proptis | (su)BP̣ṚOṂUMP̣ẠṚẸṢ: subpromis paris ‖ 849. imperauat *vel* imperauit | promebam (*sic A*) *vel* prome ‖ 850 sq. Hic: *corr Brixius* | illi *vel* ille | cebro *vel* celebro: *corr Lindemannus* | sistebat *vel* sistebas: *corr Beroaldus* (*cum A?*) ‖ 852. *om A* | cassauat *vel* cessauit: *corr Py* ‖ 853. erit ‖ 854. uilibris | auilis hic: *corr Ri et Bo* ‖ 855. deciens *vel* deiciens | compleuatur *vel* completur | *add Scal* ‖ 855b. —ṆẸM(FI)ẸR(iope)RAṂẠ(xi)M— ‖ 856. Vbi (*sic A*) *vel* Vidi | ẠULLẠ: auia | cassabat: *corr ex A* ‖ 857. ABI(ABIINTROI)AM: Abi ablintro (*vel* Abi intro) iam: *dist Langenus* ‖ 858. erum: ỊLḶUM | ADDUCAMAFORO: adducata (*vel* adducta) fore ‖ 859. excruciauit ‖ 860. Quom *vel* Quomodo: CUM | sciuit: *corr* D^2 | DIXERIṂ: dixerit ‖ 861. *add Ca* | extollat ‖ 863. Quot *vel* Quod | tu: *corr Pius* | iam *vel* ian ‖ 865. infortinum: *corr Sverdsioeus* ‖

Si díuidetur, me ábsente accipitó tamen.
PA. Modo íntellexi quám rem mulier gésserit:
Quia Scéledrus dormit, hú<n>c subcustodém suom
Foras áblegauit, dum áb se huc transiré<t>. placet.
Sed Périplec[t]omenus quam eí mandaui múlierem 870
Nimis lépida forma dúcit. di hercle hanc rem ádiuua<n>t.
Quam dígne ornata incédit, <h>aud meretrície.
Lepide hóc succedit súb manus negótium.

PERIPLEC[T]OMENVS. SENEX **ACROTELEVTIVM.** MERETRIX
MILPHIDIPPA. ANCILLA **PALAESTRIO** SERVOS

PE. Rem omném tibi, Acroteleútium, tibique úna, Milphidíppa,
Domí demonstraui [in] órdine. hanc fabricám falláciásque 875
Minus sí tenetis, dénuo uolo pércipiatis pláne.
Satis si íntellegitis, áliud est quod pótius fabulémur.
AC. Stultítia <at>que insipiéntia †mfalsta haé<c> sit,
Me ire ín opus alienum aút tibi mea<m> óperam pollicitári,
Si ea in ópificina[m] nésciam aut mala ésse aut frauduléntа. 880

---

866. diuidetur *vel* id uidetur ‖ 867. quam *vel* qua ‖ 869. Foris: *corr Lamb* | dum *vel* a dum ‖ 870. *del Ri* ‖ 871. adiuuat *vel* at uiuat ‖ 872. aut ‖ 874. omnem acretele tibi ut ium (*vel* ut unum): *corr Stu duce Ca* ‖ 875. *del Py* ‖ 876. tenetis *vel* netetis | plane *vel* uplane ‖ 877. quod *vel* quid ‖ 878. mfalsta *vel* mfalsa ‖ 879. Me ire *vel* Mei rei | operam *vel* opera ‖ 880. eam: *corr Ca* | nesciat ‖

PE. At méliust * monérier. AC. Meretrícem commonéri
Quam sáne magni réferat, nil clámst. quin egom<et> últro,
Postquam ádbibere aurís meae tuae [m]óram orationis,
Tibi díxi, miles quem ád modum potísset deasciárei.
PE. At némo solus sátis sapit: nam ego múltos saepe uídi 885
Regiónem fugere cónsili prius quám reperta<m> habére<nt>.
AC. Siquíd faciendumst múlieri male átque malitióse,
Ea síbi inmortalis mémoriast meminísse[t] et sempitérna.
Sin béne [aut] quid aut fidéliter faciúndumst, eadem <e>uénie[n]t
Oblíuiosa[e] extémp<u>lo ut fiá[n]t, meminisse néquea[n]t. 890
PE. Ergo ístuc metuo quó<m> uenit uobís faciundum utrúmque:
Nam id próderit mihi, míliti[a] male quód facietis ámbae.
AC. Dum né scientis quíd bonum faciámus, ne formída.
PE. Mala †milla mer est * * * * * * * * * * *
AC. * * * * * né paue[t], peióribus conuéniunt. 895

881. PE. *vel* PA. | meliust *vel* melius | commoneri *vel* commoueri || 882. egom *vel* ego in: *corr Ac* | sustro *vel* fustro: *corr Gul* || 883. adbibere *vel* adhibere | meae *vel* mea (*vel* meae) et | tuam moram: *corr Gul* || 884. deasdarei *vel* asseclarei: *corr Palm* || 886. *add Py et Lamb* || 889. *del Ca* | faciundum si: *corr Ca* | ueniunt: *corr Ri* || 890. Obliuiose *vel* Obliulose | *del Ri* (*ter*) | *add Bo* | nequeunt *vel* neque eunt || 891. metuo *vel* metu | *add Mue* || 892. *del Ac* || 893. nescientis: *corr Beroaldus* | quod *vel* quid | faciamus *vel* faciemus || 894 sq. milla mer *vel* mulier | *lac sign Ri* ||

PE. Ita uós decet. conséquimini. PA. Cesso égo illis obuiam íre?
Veníre saluom gaúdeo. lepide hércle ornatus [in]cédit.
⟨PE.⟩ Bene ópportuneque óbuiam es, Palaéstrio. em tibi ádsunt
Quas mé iussisti addúcere[t] et [e]quo ornátu. PA. Eu, noster ésto.
Palaéstrio Acroteleúti[c]um salútat. AC. Quis ⟨h⟩ic am⟨á⟩bost, 900
Qui tám pro nota nóminat me? PE. Hic nóster architéctust.
AC. Salue, árchitecte. PA. Sálua sis. s[i]ed díc mihi. [ha]ecquid híc te
Oneráuit praeceptís? PE. Probe meditátam utramque dúco.
PA. Audíre cupio quem ád modum: nequíd peccetis páue[u]o.
PE. Ad túa praecepta dé meo nil hís nouom adpos⟨í⟩ui. 905
AC. Nempe lúdificari mílitem tuom erúm uis? PA. Exlocúta's[t].
⟨AC.⟩ Lepide ét sapienter, cómmode et facéte res paráta⟨st⟩.
PA. Atque huíus uxorem †tu uolo adsimulari. ⟨AC.⟩ Fíet.
PA. Quasi míliti animum adiéceris simuláre. ⟨AC.⟩ Sic futúrumst.
⟨PA.⟩ Quasique éa res [est] per me intérpretem et tuam áncillam †eieceretur. 910

896. AC. cesso ‖ 897. Venere | *del Bo* ‖ 898. obuiam *vel* obuia | palestridem (*vel* plestridem) tibi: *corr Ca* ‖ 899. ne iussisti (*vel* iusisti) | AC.: *corr Ac* | esio ‖ 900. qui sic | *add Ca* ‖ 901. Qui *vel* Quid | notam minat (*vel* mittat) notã PE. hic (*vel* ehic): *corr Guy duce Py* ‖ 902. siet *vel* iset ‖ 903. duco *vel* ducam ‖ 904. paueuo *vel* paueno ‖ 905. his nouom *vel* his | atposui *vel* posui: *corr Ca* ‖ 907. facite | parate: *corr Ca* ‖ 908. huius *vel* huis | fiat: *corr Beroaldus* ‖ 909 sq. PA. *om B* | adieceris *vel* adieris | *add Ca* | aeres (*vel* heres) aest *vel* res est: *corr*

AC. Bonus uátes poteras ésse: nam quae súnt futura dícis.
PA. Quasique ánulum hunc ancíllula[m] tua[m] abs té detulerit á⟨d⟩ me,
Quem ego míliti * * darem tuis uérbis. AC. Vera dícis.
PE. Quid istís nunc memoratís opust, quae cómmeminere? AC. Méliust.
Nam, mí patrone, hoc cógitato: ubi próbus est architéctus, 915
Bene líneatam sí semel carínam conlocáuit,
Facile ésse nauem fácere, ubi [fundata constitutast]
Nunc haéc carina sátis pro⟨be⟩ fundáta et bene statútast:
Adsúnt fabri †architectique ateam ⟨h⟩aud inperíti.
Si nón nos mater⟨i⟩árius remorátur quod opus⟨t⟩ quí det, 920
Noui índolem nostri íngeni, cito erít parata náuis.
PA. Nempe tú nouisti mílitem, meum erúm? AC. Rogare mírumst:
Populi ódium quidni nóuerim, magnídicum, cincinnátum,
Moechum únguentatum? PA. Núm ille te nam nóuit? AC. Numquam uídit:
Qui nóuerit me quís ego sim? PA. Nimis lépide fabuláre. 925
Eo †potiuerim lepidius pol fíeri. AC. Potin ut hóminem

Ri | interpretem *vel* interpetem | ancillam eieceretur *vel* ancilla ceretur ‖ 911. uatis | num: *corr Ca* | qui ‖ 913. Quem *vel* Quarem ‖ 914. PE. *vel* PA. | commeminere *vel* comminere ‖ 916. liniatam: *corr Ca* ‖ 917. *del Ri* ‖ 918. hic: *corr Ca* | profundata bene et: *suppl et trai Ac* ‖ 919. eabri *vel* muliebria | aut *vel* ant: *corr Py* ‖ 920. t *add Lamb* ‖ 922. mirumst *vel* mirus ‖ 923. quinni nouerit *vel* qum nouerint | magnidicum *vel* magnidicunt ‖ 924. Moechumun (*vel* Menechmum) guentatum | illaetaenam *vel* illa eam: *corr Bo* ‖ 925. sum *vel* sim ‖ 926. potiuerim *vel* potiueriin *vel* potiuerun ‖

Mihi dés, quiescas cétera? ni lúdificata lépide
Ero, cúlpam omnem in me inpónito. PA. Age ígitur intro abíte:
Insístite hoc negótium sapiénter. AC. Alia cúra.
PA. Age, Périplec[t]omene, <h>as núnciam duc íntro. ego ad forum íllum 930
Conuéniam atque illi hunc ánulum dabo átque[m] praedicábo
A[t] túa | uxore míhi datum esse[t] eamque[m] íllum deperíre.
Hanc ád nos, quom extemplo á foro ueniémus, mittitó<te>,
Quasi clánculum ad <eum> míssa sit. PE. Faciémus: alia cúra.
PA. Vos módo curate: ego illúm probe iam onerátum hu[n]c a<c>ciébo. 935
PE. Bene ámbula, bene rém geras. egone hóc si efficiam pláne,
Vt cóncubina<m> mílitis meus hóspes habeat hódie
Atque hínc Athenas áuehat: <si> hodie húnc dolum dolámus,
Quid tíbi ego mittam múneris? AC. * * * * * * *
* * * * * * * * dat †ne ab si mulier óperam. 940
PE. Lepidíssume et compsíssume [AC.] confído confutúrum.
<AC.> Vbi fácta erit conlátio nostrárum malitiárum,
<H>aud uéreor ne nos súbdola perfídia peruincámur.

---

928. inponit *Nonius* | age igitur *vel* agite || 929. AC. Alia *vel* alia || 930. *del Ri* | as *vel* ad: *corr Ca* | nuntiam | ego *vel* egom || 931. hunc *vel* hoc || 932. eamquam || 933. Hoc *vel* Hec *vel* Hao | quam: *corr Ca* | *add Bo* || 934. clanculum *vel* danculum | *add Py* || 935. oneratur | aciebo *vel* acibo || 936. gerat: *corr Sey* | egone *vel* ego nec || 937. militis meus *vel* meus | hospis || 938. habeat: *corr Dousa* | *add Gru duce Ca* || 939 sq. mittam *vel* mita | *lac sign Ri* || 941. Lepidi sum et: *corr Gru* | comi sumet *vel* cõmissum: *corr ex gloss. Plaut.* | *del Ri* | cum futurum: *corr Ca* || 942. *add Ribbeckius* | militiarum || 943. Aut ||

PE. [H]Abe<á>mus ergo intro, haéc uti meditémur cogitáte,
Vt áccur[r]ate et cómmode hoc quod agéndumst exsequámur: 945
Nequíd, ubi miles uénerit, titubétur. AC. Tu moráre.

ACTVS IV

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO
MILES SERVOS

PY. Vólup est, quod agas si íd procedit lépide at<que ex> senténtia.
Nam égo hodie ad Seleúcum regem mísi parasitúm meum,
V́t latrones quós conduxi hinc ád Seleucum dúcere<t>:
Qui éius regnum tútarentur, míhi dum fieret ótium. 950
PA. Quín tu tuam rem cúra potius quám Seleuci, quaé tibi
Cóndicio noua et lúculenta fértur per me intérpretem.
PY. Ímmo omnis res pósteriores póno atque operam dó tibi.
Lóquere: auris meás profecto dédo in dicioném tuam.
PA. Círcumspice[to]dum, néquis nostro hic aúceps sermoní si<e>t: 955
Nam hóc negoti clándestino ut ágere<m> mandatú<m>s<t> mihi.

---

944. Habemus: *corr Ca* ‖ 945 sq. *ordine inv libri: trai Gul* | huc | agendumst *vel* agendum ‖ 947. Volup *vel* Voluptas | si id *vel* siit | *add Ri* ‖ 948. hodie *vel* hodi | seleucum *vel* seleuticum (*item v. 949*) ‖ 950. Que | eius regnum *vel* eius ‖ 951. tutauam *vel* tuam | seleu(ti)cique: *dist Brixius* ‖ 952. offertur *Servius Dan* (*et* mihi — per te) ‖ 954. dido ‖ 955. Circumspicito cum: *corr Guy* ‖ 956. clandestino *vel* dandestino | mandatus: *corr Ca* ‖

PY. Némo adest. <PA.> Hunc árrabonem <a>móris primum a me áccipe.
PY. Quíd hic? undest? PA. A lúculenta átque festiua fémina,
Quaé te amat tu<a>mque éxpetessit púlcram pulcritúdinem.
Eíus hunc mi anulum ád te ancilla pórro ut deferrém dedit. 960
PY. Quíd ea? ingenua<n> án festuca fácta <e> serua[re] líberast?
PA. Váh, egone ut ad te ab líbertina esse aúdere<m> internúntius, 962. 963
Qui íngenuis satis résponsare[t] néqueas, quae cupi<ún>t tui?
PY. Núptanest an uídua? PA. Et nupta et uídua. PY Quo pactó potis 965
Núpta et uidua esse <é>adem? PA. Qui<a> aduléscens nuptast cúm sene.
PY. Eúge. PA. Lepida et líberali fórmast. PY. Caue mendácium.
PA. Ád tuam formam illa úna dignast. PY. Hércle pulcram praédicas.
Séd quis east? PA. Senis húius uxor Périplec[t]omen[s]i. PY. †Proxumo.
PA. Éa demoritur te átque ab illo cúpit abire: odít senem. 970
Núnc te orare atque óbsecrare iússit, ut eam cópiam

---

957. PY. *vel* PA. | accepi ‖ 958. PY. Quid *vel* Quid | PA. (*s. scr.*) *vel* PY. A ‖ 959. tumque *vel* cumque: *corr Pius* | expetisset: *corr Ri duce Pio* ‖ 960. Eius *vel* Eis | nunc: *corr Ac* | deferret ‖ 961. *dist Sey* | n *add Ac* | ac festuca | e *add Dousa* ‖ 962 sq. Wah *vel* Va | abste ‖ 964. responsaret *vel* responderet: *del Ca* | que cupit uti *vel* capiti uti: *corr Scioppius* ‖ 965. Nuptanistan *vel* Nuptanst: *corr Ri* | uidua PA. (*s. scr.*) *vel* uida PY. | quid ‖ 966. Nupta et uidua *vel* Vidua et nupta adem *vel* asdem *vel* idem | nupta si *vel* nupta: *corr Ca* ‖ 967. Lepida *vel* Lepide ‖ 968. pulchrum: *corr Pius* ‖ 969. ea est *vel* haec st | *del Ri* ‖ 970. ab illo *vel* abilo | cipit *vel* incipit: *corr Ac* ‖ 971. capiam *vel* cupiam ‖

Síbi potestatémque facias. PY. Cúpio hercle equidem, si ílla uolt.
PA. Quaé cupit? PY. Quid illá faciemus cóncubina[m] quaé domist?
PA. Quín tu illam iube ábs te abire quó[d] lubet: sicút soror
Eíus <h>uc gemina[m] uénit[e] Ephesum et máter accersúntque eam. 975
PY. Ého tu, aduenit Éphesum mater éius? PA. Aiunt quí sciunt.
PY. Hércle occasiónem lepidam, ut múlierem excludám foras.
PA. Ímmo uin tu lépide facere? PY. Lóquere et consiliúm cedo.
PA. Vín tu illam actutum ámouere, a te út [h]abeat per grátiam?
PY. Cúpio. <PA.> Tum [PA.] te hoc fácere oportet. tíbi diuitiarum ádfatimst: 980
Iúbe sibi aurum atque órnamenta quae ílli instruxti múlieri
Dóno habere †auferet abs te quo lubeát sibi.
PY. Plácet ut dicis. séd ne | istam amíttam et haec mutét fidem
Víde modo. PA. Vah délicatu's: quaé te tamquam oculós amet.
PY. Vénus me amat. PA. [a]St, táce: aperi[un]tur fóris: concede huc clánculum. 985
Haéc celox illíust quae hi<n>c egréditur internúntia.

---

973. illa *vel* illā | quando mist (*vel* misit) ‖ 974. iubet ‖ 975. ug: *corr Gru* ‖ 976. Eon tu: *corr Ri* | aeuius ‖ 978. facere PY. loquere *vel* faceret PY. loquerit ‖ 979. habeat *vel* habeant ‖ 981. Iube *vel* Iubi | quae illi *vel* illi | instruxit: *corr Ca* ‖ 982. quo *vel* quod | iubeat: *corr D* ‖ 983. et haec *vel* haec ‖ 984. Vide *vel* Vido | delicatus: *corr Ri* | tę tanquam *vel* etiam | amet *vel* meos ‖ 985. *del Ca* | tace *vel* tacet | *del Bent* | foris *vel* fores | huc danculum *vel* hunc clanculum ‖ 986. illius est *vel* illius | *add Beroaldus* | egreditur *vel* egredietur ‖

<PY.> Quaé [haec] celox? <PA.> Ancíllula illius ést quae hi<n>c egreditúr foras:
Quae ánulum istunc áttulit quem tíbi dedi. PY. Edepol haéc quidem
Béllulast. PA. Pithécium haec est praé illa et spinturnícium.
Víden tu illam oculis uénaturam fácere atque aucupium aúribus? 990

MILPHIDIPPA. PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO
ANCILLA MILES SERVOS

MI. Iámst ante aedis círcus ubi sunt lúdi faciundí mihi.
Díssimulabo hos quási non uideam néque esse hic etiamdúm sciam.
PY. Táce: subauscultémus, ecquid dé me fiat méntio.
MI. Númquis[nam] hic prope adest quí rem alienam pótius curet quám suam?
Qui aúcupet me quíd agam? qui de[m] uésperi uiuát suo? 995
Eós nunc homines métuo mihi ne obsínt neue op<s>te<n>t úspiam: 996ª
Éra mea, quoius própter amorem cór nunc miser * * * * 996ᵇ
Dómo s<i> ibit †ac dum huc transiuit atque húius cupiens córporist,

---

987. *del Bo* | est quae *vel* est | *add Beroaldus* | foras *vel* foris ‖ 988. dedit: *corr B ras* ‖ 989. Bellulast *vel* Belluas | phitecium: *corr Pius* ‖ 990. oculis uae (*vel* ut) naturam: *corr ex Nonio* ‖ 991. Tam est | ludificandi: *corr Ca* ‖ 993. haec quid *vel* ecqui ‖ 994. *del Reizius* | prope adest *vel* properat est ‖ 995. QUIDAGAM: quid (*vel* quit) aquam | quidem: *corr Ca* | uiuat *vel* iuiat ‖ 996ª. opte *vel* obtet ‖ 996ᵇ. *solus A habet in marg sup* [(ẸṚ)A *et* (MISER)ỌO *vel* ECO] ‖

Quae ámat hunc hominem nímium lepidum et nímia pulcritúdine,
Mílitem Pyrgópolinicem. PY. Sátin haec quoque me déperit?
Meám laudat speciem. ⟨PA.⟩ Édepol huius sérmo[nis] haud cinerem quaéritat. 1000
PY. Quo árgumento? PA. Quía enim loquitur laúte et minume sórdide.
(Quídquid istaec dé te loquitur, níl attrectat sórdidi.)
Tum aútem illa ipsast nímium lepida nímisque nitida fémina.
PY. Hércle uero iam ádlubescit prímulum, Palaéstrio.
PA. Príusne quam illam oculís †tuis? PY. Vídeo id quod credó tibi. 1005
†Cum haec elocutam illam autem absentem subigit me ut [PA.] amem. ⟨PA.⟩ Hercle hánc quidem
Níl tu amassis: míhi haec desponsast. tíbi si illa hodie núpserit,
Ego hanc continuo uxórem ducam. PY. Quíd ergo hanc dubitas cónloqui?
PA. Séquere hac me ergo. PY. Pédisequos tibi sum. MI. Ýtinam, quoius causa * *
Fóras sum egressa, cónueniundi míhi potestas éuen[i]at. 1010
PA. Erit ét tibi exoptatum óptinget: bonum habe ánimum, ne formída:

---

998. nimia pulchritudine *vel* nimiam pulchritudinem ‖ 999. Militem (*sic A*) *vel* Pilitem | haec *vel* hoc | deperit *vel* deperii ‖ 1000. *add Ri* | *del Gru* | haut cinerem *vel* aut emerem ‖ 1001. PA.: *corr Ri* | #Q(UIA): quia: *corr Ri* | laute (*vel* laudẽ) et minime sordide: (NIHILATTRECT)ATSORD(IDI) ‖ 1002. *secl Ri* | Quid ait (*vel* ad) ista hec: QUIDISTAECQUAE: *corr Bo* | sordide: *corr Ri* ‖ 1003. Tu *vel* Tum (*sic A*) | illa ipsa est (*sic A*) *vel* milia ipsa | lepida *vel* lepidam | nitida *vel* itidẽ ‖ 1005. iliam | uideo *vel* ideo ‖ 1006. elocutam *vel* locuta | me ut *vel* metuıt | *del Ac* | amem *vel* amen | *add Ac* ‖ 1007. desponsa est *vel* desponsatast tibi ‖ 1008. ergo hanc *vel* ergo hac ‖ 1009. pedis equis *vel* pedis sequus ‖ 1010. Foras *vel* Fori | *del Ri* ‖ 1011. Erit et *vel* Erit | habe *vel* habet ‖

Homo quídamst qui scit quód quaeris ubi sít. MI. Quem ego hic audíui?
PA. Sociúm tuorum concíliorum et partícipem †consiliarium.
MI. Tum pól ego id quod celo haú celo. PA. Immo et célas et non célas.
⟨MI.⟩ Quo argúmento? ⟨PA.⟩ Infidós celas: ego súm tibi firme fídus. 1015
MI. Cedo sígnum, si harunc Báccharum es. PA. Amat múlier quaedam quéndam.
MI. Pol istúc quidem multae. PA. At nón multae de dígito donum míttunt.
MI. Enim cógnoui nunc: fécisti modo míhi ex procliuo plánum.
Sed hic númquis adest? PA. Vel adést uel non. MI. Cedo té mihi solae sólum [esse].
PA. Breuin án longinquo sérmone? MI. Tribus uérbis. PA. Iam ad te rédeo. 1020
PY. Quid ego? híc astabo tántisper cum hac fórma et factis síc frustra[m]?
PA. Patere átque asta: tibi ego hánc do operam. PY. †Properando excrúcior.
PA. Pedetémptim tu [haec] scis tráctari soli⟨tá⟩s hasce huius modi mércis.
PY. Age age, út tibi maxume cóncinnu⟨m⟩s⟨t⟩. PA. Nullúmst hoc stolidius sáxum.

1014. HAU: haud | *spat om A* | E(TCE)L(A)SET: etiam (*vel* et etiam) sed ‖ 1015. celas (*sic A*) *vel* colas | FIR(ME)FIDUS: firma fides *vel* firme fidelis ‖ 1016. ES (*ut vid*): est ‖ 1017. de digito donum *vel* didigito domum ‖ 1018. procliuo patrem: *corr Gul* ‖ 1019. numquis (*sic A*) *vel* nunc quis | uel adest *vel* uel est | solae solum esse *vel* si soluẽ: *del Pius* ‖ 1020. Breuin: BREUEM | an longinquo *vel* am loginquo ‖ 1021. *dist Sey* | cum hac forma *vel* quom hac formam | sit (*vel* si sic) frustram: *corr Ca* ‖ 1022. atque *vel* aeque | sta tibi *vel* ast abi | excrucior *vel* excruciet ‖ 1023. *del Ri* | tractare: *corr Py* | soles *vel* sole: *corr Ri* | hasce huius *vel* huius ‖ 1024. *add Ca* | nullumst *vel* nullus est ‖

Redeo ád te. quid me uóluisti? MI. Quo pácto hoc †cilium accépi, 1025
†Velis ut fero ad te cónsilium. PA. Quasi hu<n>c dépereat —MI. Teneo ístuc.
PA. Conlaúdato formam ét faciem et uirtútis commemoráto.
MI. Ad eám rem habeo omnem aciém, tibi ut<i> dudúm iam demonstráui.
PA. Tu cétera cura et cóntempla et de meís uenator uérbis.
PY. Aliquám mihi partem hodie óperae des deníque: iam tandem ades †ilico. 1030
PA. Adsum: ímpera, siquid uís. PY. Quid illaec narrát tibi? <PA.> Lamentári
[PA.] Ait íllam miseram, crúciari et lacrimántem se adflictáre,
Quia tís egeat, quia té careat: ob eám rem huc ad te míssast.
PY. Iube adíre. PA. At scin quid tú facias? face té fastidi plénum,
Quasi nón lubeat: me inclámato, quia síc te uolgo uólgem. 1035
PY. Memini ét praeceptis párebo. PA. Voco | érgo hanc quae te quaérit?
PY. Adeát, siquid uolt. PA. Síquid uis, adi, múlier. MI. Pulcer, sálue.
PY. Meum cógnomentum cónmemora[ui]t. di tíbi dent quaequomque óptes.

1025. accepi *vel* apeli ‖ 1026. UELIS**A— | ut *vel* it | depereat *vel* depereant ‖ 1027. commemorato (*sic A*) *vel* commemorate ‖ 1028. matiem *vel* faciem: *corr Ca* | *add Herm* | iam *vel* clam ‖ 1030. iam tandem: TANDEM | ades *vel* adest ‖ 1031. illa haec *vel* haec: *corr Gru* | *add Py* | lamentari *vel* te lamentari ‖ 1033. tis *vel* scis | ad te *vel* ate ate | missa est (*sic A*) *vel* missat ‖ 1034. scin *vel* sin | facite *vel* facito: *corr Ca* | fastidi (*sic A*) *vel* fastili ‖ 1035. sic tam: *corr Py* ‖ 1036. quae te (*sic A*) *vel* ut ‖ 1037. uis adi *vel* uis ‖ 1038. commemorauit *vel* quis commerauit: *del Herm* | quaecumque (*sic A*) *vel* ut ‖

MI. Tecum aétatem exigere út liceat — PY. Nimium óptas. MI. Non me díco,
Sed erám meam quae te démoritur. PY. Multae áliae idem istuc cúpiunt, 1040
Quibus cópia non est. MI. Écastor haud mírum, si te habes cárum,
Hominém tam pulcrum et praéclarum uirtúte et fórma <et> fáctis.
Deus dígnior fuit quisquam hómo qui esset? PA. Non hércle humanu[m]st érg[e]o:
Nam uólturio plus húmani credóst. PY. Magnum me fáciam,
Nunc quóm ill<a>ec me [il]sic cónlaudat. PA. Viden tu ígnauom, ut sese ínfer[a]t? 1045
[PY.] Quin tu huíc responde: [PA.] haec íllaec est ab illá quam dudum <díxi>.
PY. Qua ab íllarum? nam ita me óccursant multaé: meminisse haud póssum.
MI. Ab illá quae digitos déspoliat suos ét tuos digitos décorat:
Nam hunc ánulum ab tui cupiénti[s] huic detuli, h[u]ic * * * * pórro.
PY. Quid núnc tibi uis, muliér, memora. MI. Vt quae té cupit eam ne spérnas: 1050
Quae pér tuam nunc uitám u<i>uit: sit nécne sit spes in te únost.

1039. exigere *vel* exire ‖ 1040. de te moritur *vel* te demeritur: *corr Pius* ‖ 1041. haud *vel* ut | carum (*sic A*) *vel* earum ‖ 1042. praeclaram *vel* praeclara: *corr Ri* | uirtute *vel* uirtutem | forma *vel* formã | *add Ca* ‖ 1043. Heus *vel* Heuis: *corr Brixius* | quisquam *vel* quam | m *del Ri* | e *del Hauptius* ‖ 1044. me faciam *vel* faciam ‖ 1045. quo *vel* quoniam: *corr Ri* | illic | me illic: *corr Ri* | uiden tu *vel* uident | inferat *vel* inferant: *del Ac* ‖ 1046. responde *vel* p̃sipondi | illic est: *corr Py* | illa *vel* illã | *add Reizius* ‖ 1047. Qua *vel* Quam | occursant *vel* occursat | haut *vel* aut ‖ 1048. tuos *vel* uos ‖ 1049. hunc *vel* huc | anulum ab tui *vel* anulum | huic *vel* huc | detuli huic *vel* detuli: *corr Ri* ‖ 1050. memora *vel* memorat | qui te ‖ 1051. per tuam *vel* perpetuam | uult: *corr Pius* | sit *vel* si | nec ne *vel* nec ‖

PY. Quid núnc uolt? MI. Te conpéllare et conplécti et contrectáre.
Nam nísi tu illi fers súppetias, iam illa ánimum despondébit.
Age, mi Áchilles, fiat quód te oro: serua íllam pulcram púlcer,
[PA.] Expróme benignum ex te íngenium, urbícape, occisor régum. 1055
PY. Heu hercle ódiosas res: quótiens hoc tibi, uérbero, ego interdíxi, 1056. 1057
Meam né sic uolgo póllicitere operám. PA. Audin tu, múlier?
Dixi hóc tibi dudum et núnc dico: nisi huic uérri adfertur mérces,
Non híc suo seminió quemquam porcéllam inpertitúrust.. 1060
MI. Dabitúr quantum ipsus pretí poscet. PA. Talentúm Philippi[um] huic opus aúrist.
Minus áb nemine accipiét. MI. Eu ecastór, nimis uilest tándem.
PY. Non míhi auaritia umquam ínnatast: satis hábeo diuitiárum.
Plus mi aúri millest módiorum Philippí. PA. Praeter thensaúros.
Tum argénti montis, nón massas, habet †ethna mons non aeque áltos. 1065

1052. compellare *vel* conpellaret | contractare *vel* contrectare || 1053. despondebit (*sic A*) *vel* despondit || 1054. achilles *vel* achillis | pulchram pulchre || 1055. ubi cape *vel* iniuirbicape: *corr Ca* || 1056 sq. Heu (*sic A?*) *vel* Eu || 1058. ne sic *vel* sic | pollicitare *vel* polliciteres: *corr Bent* || 1059. uerriant fertur *vel* uerreant uel tu: *corr ex Prisciano* | merces *vel* mercis || 1060. proculem (porculaenam *Priscianus*): *corr Reizius* | impertiturust (*sic Priscianus*) *vel* inpertitust || 1061. ipsus *vel* ipsius | preti *vel* pretiist | *del Sey* || 1062. nemine *vel* nemini | eu *vel* neu || 1063. innatast *vel* nata est || 1064. mille est *vel* est | modiorum *vel* mosidium | praeter thesaurus *vel* praecertens aurus: *corr Ri* || 1065. *distinximus* | ethna mons non *vel* non ||

MI. Eu ecástor hominem périurum. PA. Vt ludó? MI.
Quid ego? ut subléct o[s]? †PA.
Scite.

MI. Sed amábo mitte me áctutum. PA. Quin tu huíc
respondes áliquid,

Aut fácturum aut non fácturum? ⟨MI.⟩ Quid illám
miseram animi excrúcias,

Quae númquam male de té meritast? ⟨PY.⟩ Iub⟨e⟩
eám[i]pse exire huc ád nos:

Dic me[hi] ómnia quae uolt fácturum. ⟨MI.⟩ Facis núnc
ut facere⟨st⟩ aéquom, 1070

Quom quaé te uolt eandém tu uis — PA. Non [hoc]
ínsulsum huic ingénium⟨st⟩.

MI. Quomque me óratricem hau spréuisti sistíque ex-
orare éx te.

Quid est, út ludo? PA. Nequeo hércle ⟨e⟩quidem risu[m]
ádmoderarier ⟨⟩ ⏑

MI. Ob eám causam huc abs te áuorti. PY. Non éde-
pol tu scis, múlier,

Quantum égo honorem nunc ílli habeo. MI. Scio et
ístuc illi dícam. 1075

PA. Contra aúro alii hanc uendére potuit operám. MI.
Pol istuc tibi crédo.

PA. Meri béllatores gígnuntur, quas híc praegnatis
fécit,

Et púeri annos octíngentos uiuónt. MI. Vae tibi, nu-
gátor.

1066. ecastor *vel* castor | ego ui: *corr Ca* | *del Ac* ‖ 1067. mitte *vel* mittite | respondes *vel* respondis ‖ 1068. *add Buggius* | animi excrucias *vel* et amicam crucias ‖ 1069. de te meritast *vel* dixerit ♯ at | *del Rittershusius* ‖ 1070. mihi | ut facere aequum *vel* facere aequom: *addidimus duce Ri* ‖ 1071. Quod: *corr Lamb* | que *vel* ipte *vel* te: *corr Gru* | eandem *vel* eadem | PY. | hinc ingenium: *corr Ri* ‖ 1072. Cumque *vel* Qm | hii *vel* hic: *corr Ca* | ixste ‖ 1073. nequeo *vel* neque | *add Bo* | risum ac (*vel* risu meo) moderarier: *corr Ri et Ca* ‖ 1077. gignuntur *vel* cinguntur | praegnatis *vel* praegnantis ‖ 1078. PY. *vel* PA. ‖

<PY.> Qui<n> mílle annorum pérpetuo uiuónt ab sa<e>-
clo ad saéclum.
PA. Eo mínus dixi, ne haec cénseret me aduórsum se
mentíri. 1080
MI. Perií, quot hic ipse annós uiuet, quoius fílii tam
diu uíuont?
PY. Postríduo natus sum égo, mulier, quam Iúppiter
ex Ope nátust.
PA. Si hic prídie natus forét quam illest, hic habéret
regnum in caélo.
MI. Iam iám sat amabost: sínite abeam, si póssum,
uiua a uóbis.
PA. Quin érgo abeis, quando résponsumst? MI. Ibo
átque illam huc addúcam, 1085
Proptér <quam> operast mihi. númquid uis? PY. Ne
mágis sim pulcer quám sum:
Ita mé mea forma habe[n]t sóllicitum. PA. Quid hic
núnc stas? quin abis? MI. Ábeo.
PA. Atque ádeo, audin [tu]? dicíto docte et cordáte.
<MI.> Vt cor ei sáliat.
<PA.> Philocómasio dic, síst <ist>ic, domum ut tránseat:
hunc hic ésse.
MI. Hic cúm erast: †clam nostrum hunc sermonem
sublegerunt. 1090
<PA.> Lepidé factumst: iam ex sérmone hoc guber-
nábunt doctius pórro.

1079. ab sacio *vel* ab satio ‖ 1080. censeret *vel* censerit ‖ 1081. cuius *vel* cui | uiuunt *vel* sunt ‖ 1082. natus *vel* natos | ope natus est *vel* optuma est ‖ 1083. natus foret *vel* foret ‖ 1084. abeam si *vel* abea nisi | uiua a *vel* adiuua ‖ 1085. atque *vel* at ‖ 1086. *add Bent* | PY. ne *vel* ne | pulcher *vel* pulchra | sum *vel* suam ‖ 1087. hic nunc *vel* nunc hic ‖ 1088. *del Reizius* | docte *et* ut cor ei saliat *vel* ut docte *et* curas aluit | *add Ca* ‖ 1089. *add Ca* | si est hic *vel* est hic: *corr Brixius* | hunc *vel* huc ‖ 1090. era (*vel* fera) est | sermonem sublegerunt *vel* sublegerunt sermonem (sermonem sublegerat [*et* quae etiam *pro* clam] *Pseudo-servius*) ‖ 1091. *add Py* | factumst iam *vel* factum sciam ‖

MI. Re[me]moráre: abeo. PA. Neque té remoro⟨r⟩
neque té tago neque te — táceo.
PY. Iube máturare illam éxire huc: iam istíc rei praeuortémur.

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO
MILES SERVOS

PY. Quid núnc mihi's[t] auctor út faciam, Paláestrio,
De cóncubina? nám nullo pactó potest 1095
Prius haéc in aedis récipi quam illam amíserim.
PA. Quid mé consultas quíd agas? dixi equidém tibi,
Quo pácto id fieri póssit clementíssume.
Aurum átque uestem múliebrem omnem habeát sibi,
Quae illi ínstruxisti: súmat, habeat, aúferat: 1100
Dicásque tempus máxume[m] esse ut eát domum:
Sorórem geminam adésse et matrem dícito,
Quibus cóncomita⟨ta⟩ récte deueniát domum.
PY. Qui[d] tú scis eas adésse? PA. Quia oculís meis
Vidi híc sororem esse éius. PY. Conueníte eam? 1105
PA. Conuénit. PY. Ecquid fórtis uisast? PA. Ómnia

1092. PA.: *corr Gru* | MI. abeo: *corr Gru, trai Bo* | remoro *vel* moro | et ago *vel* te tango: *corr Bo* | te *vel* et ‖ 1094. Quid *vel* Quis | mihi nunc: *trai Ri* ‖ 1096. haec in *vel* in | obmiserit: *corr Scal* ‖ 1098. pacto id *vel* id pacto ‖ 1099. muliebrem omnem *vel* omnem muliebrem | sibi *vel* tibi | *sequitur in B v. 1097 iteratus* ‖ 1101. maxumum: *corr Scal* | eat *vel* sedeat ‖ 1102. geminat esse *vel* geminam esse: *corr Ca* ‖ 1103. Quibus cum comita (*vel* commita): *corr Ac* ‖ 1104. *del Ca* | adesse *vel* atissẽ ‖ 1106. ecquid *vel* et quid (*sic Nonius*) | fortius: *corr ex Nonio* ‖

Vis óptinere. PY. Vbi mátrem esse aiebát soror?
PA. Cubáre in naui líppam atque oculis túrgidis
Nauclérus dixit, quí illas aduexít, mihi.
Is ad hós nauclerus hóspitio deuórtitur. 1110
⟨PY.⟩ Quid is? écqui fortis? ⟨PA.⟩ Ábi sis hi⟨n⟩c:
nam tú quidem
Ad equás fuisti scítus admissárius,
Qui cónsectare quá maris qua féminas.
Hoc áge nunc. ⟨PY.⟩ Istuc quód das consiliúm
mihi,
[PA.] Te cúm illa uerba fácere de ista ré uolo: 1115
Nam cúm illa sane cóngruit sermó tibi.
⟨PA.⟩ Qui pótius quam tute áde⟨a⟩s, tuam rem
túte agas?
Dicás uxorem tíbi necessus [esse] dúcere:
Cognátos persuadére, amicos cógere.
PY. Itán[e] tu censes? PA. Quíd ego ni ita cén-
seam? 1120
PY. Ibo ígitur intro. tu híc ante aedis ínterim
Speculáre, ut ubi illaec pródeat me próuoces.
PA. Tu módo istuc cura quód agis. PY. Curatum
íd quidemst.
Quin sí uoluntate nólet, ui extrudám foras.
PA. Istúc caue faxis. quín potius per grátiam 1125
Bonam ábeat abs te: atque íllaec quae dixí dato.

1107. optinare *vel* opinare: *corr Ca* | aiebat *vel* aleuat || 1108. naue *vel* nabel | oculis turgidis *vel* oculi turgredis || 1109. Nauclerus *vel* Namclerus | qui *vel* quia || 1110. Is *vel* His | uos: *corr Py* | diuortitur *vel* deuortetur || 1111. *add Ac* | is *vel* his | abi sis *vel* ab his || 1112. equos esses doctus *gloss. Verg.* | at missarius *vel* emissarius: *corr ex gloss.* || 1113. marisque: *corr Lipsius* || 1114. Hoc *vel* PY. Hoc | *add Ri* || 1116. illa *vel* alio | congruis (*vel* congruus) sermo *vel* conseruo || 1117. quam *vel* cum | tute ades *vel* tu sed est: *corr Bo* || 1118. necessus *vel* necessum | *del Scal* || 1120. *del Fl* || 1122. illaec (*sic A*) *vel* illa haec || 1123. quod *vel* quot || 1124. Quin: QUI | foris: *corr Reizius* || 1125. Istuc (*sic A*) *vel* Istud || 1126. abeat (*sic A*) *vel* habeatis | AT-Q·ỊḶḶA—: atque illa haec *vel* adque illa hae ||

(Aurum órnamenta quae ílli instruxistí ferat.)

⟨PY.⟩ Cupio hércle. PA. Credo té facile impetrássere.

Sed abi íntro: noli stáre. PY. Tibi sum oboédiens.

⟨PA.⟩ Numquíd uidetur démutare †aut utique

Dixi ésse uobis dúdum hunc moechum mílitem? 1131

Nunc ád me ut ueniat úsust Acroteleútium,

Ancíllula eius a[u]c Pleúsicles. pro Iúppiter,

Satine út Commoditas úsquequaque me ádiuuat?

Nam quós uidere exóptabam me máxume, 1135

Vna éxeuntis uídeo | hinc e próxumo.

ACROTELEVTIVM. MERETRIX **MILPHIDIPPA.** ANCILLA **PLEVSICLES.** ADVLESCENS

PALAESTRIO SERVOS

AC. Séquimini: simul círcumspicite néquis adsit árbiter.

MI. Néminem pol uídeo nisi hunc quem uólumus conuentum. PA. Ét ego uos.

⟨MI.⟩ Quíd agis, noster árchitecte? PA. Egone árchitectus? uáh. MI. Quid est?

⟨PA.⟩ Quí⟨a⟩ enim non sum dígnus prae te, ut fígam palum in párietem. 1140

1127. *secl Osannus* | ornamentaque *vel* ornamentaque quae: *corr Reizius* ‖ 1128. HERCLE♯: PY. (*s. scr. B*) hercle: *corr Ca* ‖ 1129. (♯TI)BI: tibi | oboediens *vel* obedies ‖ 1130. UIDETUR: qui detur ‖ 1131. DIXISSE | HUNCMOECHUM: huc mecum ‖ 1132. acroteleutium (*vel* aceroteleutium): ACROTELEUTIUMAUT ‖ 1133. aut (*etiam A*): *corr Ri* ‖ 1134. usquequaque me (*sic A*) *vel* me usque quaque ‖ 1135. me maxume: MAXIM(E) ‖ 1136. HINCE: hinc ‖ 1137. arbiter (*sic A*) *vel* arbier ‖ 1138. MI. Neminem *vel* Neminem | pol uideo: UIDEO | CONUENTUM♯: conuentum est ‖ 1139. (♯E)GO(NE): egone | quid (*vel* quit) est: ♯QUIDST ‖ 1140. a *add Dousa* | palhum: *corr B ras cum A, ut vid* (*ubi tamen praecedit fort.* praete, *certe non* ut figam) ‖

⟨AC.⟩ Héia uero. ⟨PA.⟩ Nímis facete nímisque facundé malast:
Vt lepide derúncinauit mílitem. MI. At etiám parum.
⟨PA.⟩ Bóno animo's[t]: negótium omne iám succedit súb manus.
Vós modo porro, ut óccepistis, dáte operam adiutábilem.
Nám ipse miles cóncubinam intro ábiit oratúm suam, 1145
Áb se ut [h]abeat cúm sorore et mátre Athenas. PL. Eú, probe.
⟨PA.⟩ Quín etiam aurum atque órnamenta quae ípse instruxit múlieri
Ómnia dat dono, á se ut abeat: íta ego consiliúm dedi.
⟨PL.⟩ Fácile istuc quidémst, si et illa uólt et ille autém cupit.
⟨PA.⟩ Nón tu scis, quom ex álto puteo súrsum ad summum escénderis, 1150
Máxumum períclum inde esse ab súmmo ne rusúm cadas?
Núnc haec res apud súmmum puteum géritur: si prosénserit
Míles, nil ecférri poterit húius. nunc quom máxume
Ópust dolis. PL. Domi ésse ad eam rem uídeo siluaí satis:

1141. *add Ca* | (FA)CETE: facite *vel* fatite | FECUN(DEM)-ALAES: fecunden (*vel* faciunda) malast || 1142. deruncinauit *vel* denunciauit | (MILITE)M#ATETIAMROGAS: milite matet iam parum || 1144. porro ue: UTPORRO | ADIUTABILEM: atiuitabilem *vel* uitabilem || 1145. abiit *vel* habiit: ABIT || 1146. habeas | #EU: eu || 1147. ornamenta (*sic A*) *vel* ornamentam | INSTRUXIMULIERI: instruxit mulier || 1148. DONASEUTABEAT: dono se ut habeat | DEDI: tum dedi || 1150. tu scis (*sic A*) *vel* tus sis | ESCENDERIS: descenderis || 1151. PERICLUM: periculum | INDEESSE: in die (*vel* in dono) esset | ab: A | R(USU)MCADAS: rursum cadhas *vel* sursum cadas || 1152. HAECRESAPUD: hanc res apud (*vel* hanc rem sapit) || 1153. NIHILECFERRIPOTERIT: nihil hac (*vel* hac nihil) ferre potuit | MAXUME: maximi *vel* maximo || 1154. Opust *vel* Opus:

Múlieres tres: quártus tute's, quíntus ego, sextús senex. 1155
Quód apud nos falláciarum séx ⟨s⟩itumst, certó scio,
Óppidum quoduís uidetur pósse expugnarí dolis.
⟨PA.⟩ Dáte modo operam. AC. Íd nos ad te, síquid uelles, uénimus.
⟨PA.⟩ Lépide facitis. núnc hanc tibi ego ímpero prouínciam.
⟨AC.⟩ Ímpetrabis, ímperator, quód ego potero, quód uoles. 1160
⟨PA.⟩ Mílitem lepide ét facete ⟨et⟩ laúte ludificárier
Vólo. AC. Voluptatém mecastor míhi imperas. PA. [et] Scin [tu] quem ád modum?
AC. Némpe ut adsimulém me amore[m] istíus differrí. ⟨PA.⟩ Tenes.
⟨AC.⟩ Quásique istius caúsa amoris éx hoc matrimónio
Ábierim cupiéns istius núptiarum. PA. Omne órdine. 1165
Nísi modo unum hoc: hásce esse aedis dícas dotalís tuas:
Hínc senem aps te abísse, postquam féceris diuórtium:
Né ille mox uereátur intro íre in alienám domum.

OPUSEST | ♯DOMI: domi | ESSE: esset | SILUAẸ: silue *vel* salue: *corr Bo* ‖ 1155. (TRE)S: stres *vel* est res | EGỌ: sego ‖ 1156. falatiarum | sexitum *vel* sextumst: *corr Klotzius* ‖ 1157. (PO)SS(E): poset *vel* poscet | expugnare: *corr Py* ‖ 1158. *add Bergkius* | (♯)ID: id *vel* it | ad te (*sic A*) *vel* attet (*vel* ate et) | quid *vel* quit ‖ 1159. LEPIDEFACITIS: lapide (*vel* lepidis) tacitis | TIBỊEGỌHẠ(NC): hoc tibi ego: *corr Gru* ‖ 1160. *add Ca* | quot *vel* quod ‖ 1161. facite | *add Ca* ‖ 1162. ♯UOLUP(TATEM): AC. uoluntatem *vel* ♯uolutatem | PA. *vel* ♯ | *del Bo* | scin tu *vel* scintur ‖ 1163. AC. Nempe *vel* Nempe | differret(t)itenis: *corr Ca* ‖ 1164. CAUSA: causam *vel* cauam ‖ 1165. NUPTIARUM(♯OMNE)Ṃ(ORDIN)ẸṂ: omne ordinis nuptiarum: *corr Bent* ‖ 1166. HASCEESSE: asce esset | D(ICA)S: dicat ‖ 1167. ABISSE: abisset ‖ 1168. IREINALIENAMDOMUM: ire (*vel* irẽ) in alienam (*vel* alienum) damnum ‖

<AC.> Béne mones. PA. Sed úbi ille exierit íntus, istinc té procul
Íta uolo adsimuláre, prae illius fórma quasi spernás tuam 1170
Quásique eius opuléntitatem réuerearis: ét simul
Fórmam, amoenitátem illius, fáciem, pulcritúdinem
Cónlaudato. sátin praeceptu<m>st? AC. Téneo. satinest, sí tibi
Méum opus ita dabo éxpolitum, ut ínprobare nón queas?
<PA.> Sát habeo. nunc tíbi uicissim quae ímperabo ea díscito. 1175
Quom éxtemplo hoc erit fáctum, ubi intro haec ábierit, ibi tu ílico
Fácito ut<i> ueniás ornatu[s] húc ad nos nauclérico.
Caúsiam habeas férrugineam et scútulam ob oculos láneam:
Pálliolum habeas férrugineum, nám is colos thalássicust:
Íd conexum in úmero laeuo, exfáfillato brácchio 1180
* * * * * * * * * * * * * * *
Praécinctus aliqui: ádsimulato quási gubernatór sies.
Átque apud hunc senem ómnia haec sunt: nám is piscatorés habet.

1169. PA. *vel* ♯ | ISTINC: istic ‖ 1170. TUAM: tuas ‖ 1171. REUEREARISET: reuearis ret *vel* reueris ‖ 1172. AMOENITATEM: oenitatis *vel* bonitatis ‖ 1173. satin *vel* sain | AC. *vel* ♯ ‖ 1174. Meum *vel* Meus ‖ 1175. uisscisim *vel* uis | ẸADISCITO: non discitos ‖ 1176. Quam: *corr Lindemannus* | (IBIT)UILICO: tibi uilico (*vel* tuilico) ‖ 1177. *add Bo* | ueniat | ornatus *vel* ornatos | ẠDṆỌṢ(NA)UCLEẸỊÇỌ: nauclerioco ‖ 1178. Cause hanc habeas ferrugenas (*vel* ferrugenes): *corr Scu* | ẸṬSCUTULAMOB: cultura ab | LANEAM: lanea ‖ 1179. ferrugeneum: *corr ex Nonio* | sisi (*vel* sic) colost alassicus: ISCOLO——AL(ASS)ICUS: *corr ex Nonio* ‖ 1180 sq. Id (*sic A et Nonius*) *vel* It | conixum *vel* comixum: *corr ex Nonio* | in numero *Nonius* | exfafillat obracchio (*vel* obbracchio): *ubi* expapillato *Festus et Nonius* (effafilato *Festus alias et Placidus: neque hoc neque illud A, ut vid*) | *lac sign Ri* ‖ 1182. Precinctus *vel* Precintus | SIES: sis ‖ 1183. hunc senem: ṢẸṆẸṂ ‖

⟨PL.⟩ Quíd? ubi ero exornátus, quin tu dícis quid factúrus sim?
PA. Húc uenito et mátris uerbis Phílocomasium arcéssito, 1185
Ýt, si itura sít Athenas, eát tecum ad portúm cito
Atque ut iubeat férri in nauim, síquid inponí uelit:
Nísi eat, te solúturum esse náuim: uentum operám dare.
PL. Sátis placet pictúra: perge. PA. Ille éxtemplo illam hortábitur,
Ýt eat, ut properét, ne s[c]it mora mátri. PL. Multimodís sapis. 1190
PA. Ego illi dicam, ut me ádiutore⟨m⟩ qui ónus feram ad portúm roget:
Ílle iubebit me íre cum illa ad pórtum: ego adeo, ut tú scias,
Prórsum Athenas prótinus abibo técum. PL. Atque ubi illo uéneris,
Tríduom seruíre numquam té quin liber sís sinam.
PA. Abi cito atque or⟨n⟩á te. PL. Numquid áliud? PA. Haec ut mémineris. 1195
PL. Ábeo. PA. Et uos abíte hinc intro actútum: nam illum hinc sát scio
Iam éxiturum esse íntus. AC. Celebre apúd nos imperiúm tuomst.

1184. Quit ubi ero *vel* Quid abiero | sim: SUM ‖ 1185. PA. Huc *vel* Huc | UERBIS: ua(*vel* uę)erbis | ARCESSITO: accersito ‖ 1186. SIỊṬ(ỤṚẠ)SIETAṬ(HENASEAT): si itura est & thena se *vel* si itura esiã (*vel* siit up̃sia) ethena se a: *corr Bo* | (ADP)ORTUM: at portuũ ‖ 1187. (UT)IUBE(AT): adiubeat *vel* adiuuet | nauim *vel* nauem (*item v. 1188*) | IMPONIUELIT: inponunt *vel* impono ‖ 1188. EAT: ea ‖ 1189. PL. Satis *vel* Satis | PA. *vel* ♯ | illam (*sic A*) *vel* nihil iam ‖ 1190. matri more: *corr Brixius* (*traiecimus*) | multimodis *vel* multis modis ‖ 1191. AC. | feram ad portum roget *vel* facerem adphortu rogitet ‖ 1192. iubebit *vel* iussit ‖ 1194. liber sis *vel* liberis ‖ 1195. orare ‖ 1197. Nam *vel* Non | esse *vel* esset | cęledre ẽ *vel* sceledre: *corr Ca* ‖

PA. Ágite abscedite érgo. ecce autem cómmodum <a>peritúr foris.
Hílar[i]us exit, ímpetrauit: ínhiat quod nusquámst miser.

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO
MILES SERVOS

PY. Quód uolui, ut uolu<i>, ímpetraui pér amicitiam et grátiam 1200
Á Philocomasió. PA. †Quidnam tam intus fuisse te[t] dicam diu?
PY. Númquam ego me tam sénsi amari quám nunc ab illa múliere.
PA. Quíd iam? PY. Vt multa uérba feci[t], ut lénta materiés fuit.
Vérum postremo ímpetraui ut uólui: donauí †dere
Quaé uoluit, quae póstulauit. <té> quoque <ei> donó dedi. 1205
PA. Étiam me? quo módo ego uiuam síne te? PY. Age, animó bono <es>:
†Et idem ego te[l] líberabo. nám si possem ulló modo
Ímpetrare, ut [h]abíret ne<c> te abdúceret, operám dedi:
Vérum obpressit. PA. Deós sperabo téque. postremó tamen
Étsi istuc mihi acérbumst, quia ero té carendumst óptumo, 1210

1199. inhiat quod *vel* mihi atque ‖ 1200. ut uolo: *corr Guy* ‖ 1201. fuisset et *vel* fuisse: *del Lamb* ‖ 1202. ego mittam *vel* ego quid tam: *corr Ca* ‖ 1203. *del Mue* ‖ 1204. impetrauit: *corr B ras* | uolui *vel* uoluit ‖ 1205. quoque *vel* quodque | *add Py* ‖ 1206. sinite | animo bono *vel* bono animo ‖ 1207. ago tel *vel* agotelli il | posset: *corr Ac* ‖ 1208. Inpetraret ut haberet *vel* Impetrare: *corr Ca* | *add Salm* | abduceret *vel* abducere ‖ 1209. sperabo (*sic Servius Dan*) *vel* spero | *dist Ac* ‖ 1210. istuc *vel* istud | optimo *vel* optime ‖

Sáltem id uolup est, quom éx uirtute fórmae | <é>uenít tibi
Méa opera super hác uicina, quam égo nunc conciliό tibi.
PY. Quíd opus<t> uerbis? líbertatem tíbi ego et diuitiás dabo,
Si ímpetras. PA. Reddam ímpe<t>ratum. PY. At géstio. PA. At modicé decet.
Móderare animo: né sis cupidus. séd eccam ipsam, egreditúr foras. 1215

MILPHIDIPPA. ANCILLA **ACROTELEVTIVM** MERETRIX
PYRGOPOLINICES. MILES **PALAESTRIO** SERVOS

MI. Era, éccum praesto mílitem. AC. Vbíst? MI. Ad laeuam. AC. Vídeo.
MI. Aspícito limis [oculis], né ille nos se séntia[n]t uidére.
AC. Video. édepol nunc nos témpus est malás peioris fíeri.
MI. Tuómst principium. <AC.> Óbsecro, tute ípsum conueinísti?
Ne párce uoci, ut aúdiat. <MI.> Cum ipsó pol sum locúta 1220
Placide, íps<a>e dum lubitúmst mihi, [otiose] meo árbitratu, ut uólui.

1211. Saltem *vel* Saltim | uolup *vel* uoluptas | *add Ca* || 1212. hanc uicinam *et* mihi: *corr ex Festo* || 1213. *add Lamb* || 1214. gestio ac *vel* gestios PA. Ac | modico *vel* modo: *corr Ca* | decet *vel* dice || 1215. foras *vel* foris || 1216. eccum *vel* et cum || 1217. Aspicite: *corr Ca* | *del Guy* | se uidere sentiant (*vel* sententiant): *trai Reizius* || 1218. PY. | *dist Ac* | malas *vel* malos fieri *vel* fiere || 1219. espa incipium *vel* est initium: *corr Ca add Ac* || 1220. uoci ut *vel* uictu (uocem *Servius Dan*) | *add Ca* | secuta: *corr Sarac* || 1221. ipse: *corr Vss* | *del Bent* | meo arbitratu *vel* me arbitrii ||

PY. Audín quae loquitur? PA. Aúdio. quam laétast, quia te<d> ádi<i>t.
AC. O fórtunata múlier es. <PY.> Vt amári uideor. <PA.> Dígnu's [est].
AC. Permírum ecastor praédicas, te a[u]dísse atque exorásse:
Per epístulam aut per núntium quasi régem adiri eum áiunt. 1225
MI. Namque édepol uix fuit cópia adeúndi atque impetrándi.
PA. Vt tu ínclutu's apud múlieres. <PY.> Patiár, quando ita Venús uolt.
AC. Venerí pol habeo grátiam eandémque et oro et quaéso,
Vt éius mihi sit cópia quem amó quemque expetésso,
Benígnusque erga me <út> siet: quod cúpiam ne grauétur. 1230
MI. Spero íta futurum. quámquam illum multaé sibi expetéssunt,
Ille íllas spernit ségregat [h]a<b> s[c]e ómnis extra te únam.
AC. Ergo íste metus me mácerat, quod íUe fastidiósust,
Ne | óculi eius senténtiam mutént, ubi uiderít me,
Atque éius elegántia meam extémplo speciem spérnat.
MI. Non fáciet: habe animúm bonum. <PY.> Vt ípsa se contémnit. 1236

1222. te adit *vel* ad te: *corr Bo* ‖ 1223. MI: *corr Ac* | mulieres *vel* mulieris | *add Py* | *del Ac* ‖ 1224. praedicas te *vel* pdicasset | orasse *vel* exorasse ‖ 1225. adiri *vel* asiria ‖ 1227. inclytus *vel* inditus: *corr Ri* | quando *vel* quanto | uult *vel* uult st ‖ 1228. gratia eandemque *vel* gratiam tandemque | et oro *vel* exoro ‖ 1229. expetesso *vel* expetessunt ‖ 1230. siet *vel* et ‖ 1231. multae *vel* multa et ‖ 1232. hasce *vel* hec ‖ 1233. iste *vel* istus | macerat *vel* maceret | fastidiosust *vel* fastidiosus ‖ 1234. mutent *vel* uident ‖ 1235. elegantia *vel* flagrantia ‖ 1236. bonum animum habe: *trai Bo* ‖

AC. Metuó, ne praedicátio tua núnc meam formam exsúperet.
MI. Istúc curaui, ut opínione illíus pulcriór sis.
AC. Si pól me nolet dúcere uxórem, genua ampléctar
Atque óbsecrabo. alió modo, si nón quibo impetráre, 1240
Conscíscam letum: uíuere sine illó scio me non pósse.
PY. Prohibéndam mortem múlieri uideó | [mulieri]. adibon? PA. Mínume
Nam tú te uilem féceris, si te últro largiére:
Sine últro ueniat, quaéritet, desíderet, exspéctet.
Nisi pérdere istam glóriam uis quám habes, caue sis fáxis. 1245
Nam núlli mortalí scio obtigísse hoc nisi duóbus,
Tibi ét Phaoni Lésbio, tam †uiuere ut amaret.
AC. Eo íntro au<t> tu illu<n>c éuoca[tum] forás, mea Milphidíppa.
MI. Immo óp<p>eriamur, dum éxeat aliquís. AC. Durare néqueo,
Quin é[ti]am intro. <MI.> Occlusae súnt foris. <AC.> Exfríngam. MI. Sana nón es[t]. 1250
AC. Si amáuit umquam aut sí parem sapiéntiam [hic] habet ac fórmam,
Per amórem siquid fécero, ceménti | animo ignóscet.
PA. Vt quaéso amore pérdita est mísera. PY. Mutuóm fit.
PA. Tace, ne aúdiat. MI. Quid ástitisti obstúpida? cur non púltas?

1239. nolet *vel* ualet ‖ 1240. *dist Ri* | quibo *vel* quibus ‖ 1241. Consciscam *vel* Conciscam | uiuere *vel* uiueret ‖ 1242. mulieri (*vel* mulierem) adibon: *del Taubmannus* ‖ 1243. uelim | largiere *vel* larguere *vel* largiri ‖ 1245. Sinon perdere *vel* Summopere: *corr Ac* ‖ 1247. uiuere *vel* muuete ‖ 1248. an: *corr Ri* | *add Bent* | euocatum *vel* euocat': *del Bent* ‖ 1250. *del Sarac add Py* | *del Py* ‖ 1251. Simulauit: *corr Ca* | hic habet *vel* hinc habent: *del Bent* ‖ 1253. est *vel* site | fit *vel* sit ‖ 1254. quid *vel* qui | obstupida *vel* obstupi ‖

AC. Quia nón est intus quem égo uolo. MI. Qui scís? AC. Scio edepol †facio: 1255
Nam odóre nasum séntiat, si intús sit. PY. Hariolátur.
Quia mé amat, propterea Venus fecít eam ut diuináret.
AC. Nescío ubi hic prope adest quem éxpeto uidére: olet profécto.
PY. Nasó pol iam haecquidem plús uidet quam óculis. PA. Caeca ⟨am⟩órest.
AC. Tene me, óbsecro. MI. Quor? AC. Né cadam. MI. Quid itá? AC. Quia stare néqueo: 1260
Ita ánimus per oculós meos †defit. MI. Militém pol
Tu aspéxisti. AC. Ita. MI. Non uídeo. ubist? AC. Vidéres pol, si amáres.
MI. Non édepol tu illum mágis amas quam ego, méa, si per te líceat.
PA. Omnés profecto múlieres te amánt, ut quaeque aspéxit.
PY. Nescío tu ex me hoc audíueris an nón: nepos sum Véneris. 1265
AC. Mea Mílphidippa, adi, óbsecro, et congrédere. ⟨PY.⟩ Vt me uerétur.
PA. Illa ád nos pergit. MI. Vós uolo. PY. Et nós te. MI. Vt iussísti,
Erám meam eduxí foras. PY. Videó. MI. Iube ergo adíre.

1255. PA. Qui: *corr Ribbeckius* | facio *vel* scio ‖ 1256. nasum sentiat *vel* sentiat ‖ 1257. amat propterea *vel* tu propter ‖ 1258. prope adest *vel* properat est ‖ 1259. ore (*vel* re) est: *corr Gru* ‖ 1260 sq. ne *vel* nec | qui astare (*vel* adstare) | nequeo ita *vel* Neque ita (*discr Bo*) | defit *vel* fit ‖ 1262. *dist Beckerus* | pol si *vel* poli ‖ 1263. mea si te per *vel* me si aperte: *distinximus* ‖ 1264. queque *vel* quoque ‖ 1265. me ex: *trai Herm* ‖ 1266. ueretur *vel* uer&tur ‖ 1268. eduxi foras *vel* eduxit foris ‖

PY. Indúxi in animum ne óderim item ut álias, quando orásti.
MI. Verbum édepol facere nón potis, si accésserit prope ád te: 1270
Dum te óbtuetur, ínterim linguam óculi praecidérunt.
PY. Leuándum morbum múlieri uideo. MI. [Viden] Ýt tremit atque extímuit,
Postquám te aspexit. PY. Víri quoque armáti idem istuc fáciunt:
[MI.] Ne tú mirere [melius] múlierem. [PY.] sed quíd uolt me †tacere?
MI. Ad se út eas: tecum uíuere uolt átque aetatem exígere. 1275
PY. Egon ád illam eam quae núpta sit? †uir eius metuere henda[s]t.
MI. Quin tuá causa exegít uirum ab sé[qui]. PY. Qui[d] id facere pótuit?
MI. Quia aedís dotalis húius sunt. PY. Itane? MI. Íta pol. PY. Iube[m] domum íre:
I[t]am ego ílli ero. MI. Vide né si<e>s in éxspectatióne:
Ne illam ánimi excrucies. PY. Nón ero profécto. abite. MI. Abímus. 1280
PY. Sed quíd ego uideo? PA. Quíd uides? PY. Nescíoquis eccum incédit,

---

1269. in animum *vel* animum | odorim (*vel* oderim) item ut alias *vel* odorem mutares | orasti *vel* honerasti ‖ 1270. edepol *vel* hercle | potis si *vel* potuistu ‖ 1271. obuietur interim *vel* obtuetur *vel* obtinuetur | praeciderunt *vel* perierunt ‖ 1272. *del Herm* | uiden ut tremit *vel* iubent adirẽ | atque *vel* atque ⌗ ‖ 1273. (FA)CIUNT: faciunt iube domum ire (*cf. 1278*) ‖ 1274. *del Gul* | —CERE: tacerit *vel* tagere ‖ 1275. se ut *vel* sed | uiuere *vel* uiuire ‖ 1276. ad illam *vel* illam | uir *vel* uirum | metuere hendast *vel* metuendus e' (——SME***-***DAT) ‖ 1277. Quin *vel* Qui | exigit assequi *vel* obsequit ‖ 1278. iubam *vel* iuuam: *corr Weisius* ‖ 1279. Itam *vel* Ita: *corr Bo* | ero *vel* mero | *add Bo* | in spectatione *vel* exspectatione ‖ 1280. abite *vel* abire ‖ 1281. ecum *vel* eccum ‖

Ornátu quidem thalássico. †iam non uolt te profécto.
PA. Nauclérus hicquidemst. PY. Vídelicet accérsit hanc. †itam hic crédo.

PLEVSICLES. ADVLESCENS **PALAESTRIO.** SERVOS **PYRGOPOLINICES** MILES

PL. Alium álio pacto própter amorem ní sciam
Fecísse multa néquiter, uereár magis 1285
Me amóris causa | hóc ornatu incédere.
(Verúm quom multos múlta admisse accéperim
Inhonésta propter amórem atque aliena á bonis:
* * * * * * * * * * * *
Mittó iam ut occidi Achílles ciuis pássus est.)
Sed eccúm Palaestriónem, stat cum mílite. 1290
Orátio alio míhi demutandást mea.
Muliér profecto nátast ex ipsá Mora:
Nam quaéuis alia quaé morast aequé mora
Minor éa uidetur quám quae propter múlieremst.
Hoc ádeo fieri crédo consuetúdine. 1295
Nam ego hánc accerso Phílocomasium. séd foris
Pultábo. heus, ecquis híc est? PA. Adulescéns, quid est?
Quid [tu] uís? quid pultas? PL. Phílocomasium quaérito:

1282. thalassico *vel* thalasicco‡ | te *vel* ē ‖ 1283. HANC: hac ‖ 1284. nesciam *vel* nescium: *corr Gru duce Pio* ‖ 1285. multa *vel* multra | uerear *vel* uear ‖ 1287—1289. *om A* ‖ 1287. multos multam *vel* multo multa | acceperim *vel* acceperi ‖ 1288. Inhonesta *vel* Inhonestũ | amorem *vel* amore | alienũ: *corr Gul* | *lac sign Scal* ‖ 1289. achillis ‖ 1290. palestrionem *vel* pelestrionem | milite *vel* militi ‖ 1291. allo *vel* illo: *corr Ca* | demutandast *vel* demutandas ‖ 1293. quem (*vel* quam) orast ‖ 1294. mulieremst *vel* mulierem sibi ‖ 1296. acceerso *vel* accersam ‖ 1297. ecquis *vel* et quis ‖ 1298. tu ais *vel* tu es: *corr Ri* (*fort cum A*) ‖

A mátre illius uénio. si iturást, eat.
Omnís moratur: náuim cupimus sóluere. 1300
PY. Iam dúdum res parátast. ⟨i⟩, Palaéstrio,
Aurum, órnamenta, uéstem, pretiosa ómni⟨a⟩ [ut ferat]
Duc ádiutores técum ad nauim quí ferant.
Omnía composita súnt quae donaui: aúferat.
PA. Eó. PL. Quaeso hercle própera. PY. Non morábitur. 1305
Quid ístuc quaeso? quíd oculo factúmst tuo?
PL. Habeo équidem hercle oculum. PY. At laéuom dico. PL. Éloquar.
⟨A⟩móris causa hercle hóc ego oculo utór minus:
Nam si ábstinuissem amórem, [quem] tamquam hoc útere⟨r⟩.
Sed nímis morantur mé diu. ⟨PY.⟩ Eccos éxeunt. 1310

PALAESTRIO. SERVOS **PHILOCOMASIVM.** MERETRIX
PYRGOPOLINICES. MILES **PLEVSICLES** ADVLESCENS

PA. Quíd modi f⟨l⟩endó quaeso hodie fácies? PH. Quid ego ní fleam?
Ýbi pulcerrume ég⟨i⟩ aetatem, inde ábeo. PA. †mum hominém tibi

---

1299. iturast *vel* itura sed ‖ 1300. nauim *vel* nauem | soluere *vel* absoluere ‖ 1301. IANDU— | paratast *vel* paratassi: *corr Sey* ‖ 1302. preciose (*vel* preciosum) omne: *corr et del Bo* (*cf.* 1304) ‖ 1303. DUC: Dum | nauim *vel* nauem | ferant *vel* pereant ‖ 1304. auferat (*sic A, ut vid*) *vel* ut ferat ‖ 1306. Quid *vel* Quia | oculo factumst *vel* oculus factus ‖ 1307. PL. *vel* PA. | dico *vel* dica ‖ 1308. *add Ri* | hoc ago *vel* hoc | minem: *corr Ca* ‖ 1309. abstinuiss(a)et ‖ 1310. me diu *vel* medium ‖ 1311. NI: ne ‖ 1312. pulcherrume egaetatem *vel* pulcherrimam etatem | uideo PA. (*s. scr.*) ab eo *vel* habeo PA.: *corr Ri* | mum hominem *vel* homine ‖

Qui á matre et soróre uenit. PH. Vídeo. PY. Aud[ist]in, Palaéstrio?
PA. Quíd uis? PY. Quin tu iúbes efferri ómnia isti quaé dedi?
PL. Phílocomasium, sálue. PH. Et tu sálue. PL. Materque ét soror 1315
Tíbi salutem mé iusserunt dícere. PH. Saluaé sient.
PL. Órant te ut eas: uéntus operam dúm dat, ut uelum éxplicent.
Nám matri oculi sí ualerent, mécum uenissént simul.
PH. Íbo, quamquam inuíta facio: †omni pietas scio. PL. †chant sapis.
⟨PY.⟩ Sí non mecum aetátem egisset, hódie stulta uíueret. 1320
⟨PH.⟩ Ístuc crucior, á uiro me táli abalienárier:
Nám tu quemuis pótis es facere ut áfluat facétiis,
Ét quia tecum erám, propterea ánimo eram ferócior.
Eám nobilitatem ámittendam uídeo[mnia]. ⟨PY.⟩ Ne fle. PH. Nón queo,
Quóm te uideo. ⟨PY.⟩ Hábe bonum animum. PH. Scío ego [in]quid doleát mihi. 1325
PA. Nám nil miror, sí lubenter, Phílocomasium |, híc eras,
†Formam huius, morem, uirtus hic animum attinere hic tuum

1313. uenit PH. uideo PY. (*vel* PA.) *vel* uenite PH. uideom ♯ audistin *vel* audistis in: *corr Guy* ‖ 1314. PA. Quiduis ♯ *vel* Quid uis ♯ | quin tu *vel* qui intus | efferri *vel* et fori | quae isti: *trai Ri* ‖ 1315—1319. *pers vel* ♯ ‖ 1316. Sibi ‖ 1317. ut eant *vel* ut ad operam *vel* opheram | dat *vel* dant | ut uallam *vel* ut ut uallem | EXPLICENT: explicet ‖ 1318. oculi si *vel* oculis | moechum cenissent *vel* haec nunc uenissent | SIMUL: simul est ‖ 1319. inuita *vel* inuitam | scio *vel* sit eo ‖ 1320. uiueret (*sic A*) *vel* uiuere ‖ 1321. me tali (*vel* tali me) abalienarier *vel* et alia aliaenarier ‖ 1322. quemuis *Nonius*: quamuis | potis es (*vel* est): potissis *Nonius* | AFLUAT FACETIIS: fluat facetis (fluat f[ac]etiis *Nonius*) ‖ 1323. propterea animum *vel* propter animum: *corr ex Nonio* | ferocior *Nonius*: ferotior *vel* fortior ‖ 1324. amittendam (*om CD*) uide omnia hec fle ♯ (*vel* flet PH.): *del Lindemannus* | nequeo *vel* non queo ‖ 1325. *add Ri* PA. scio *vel* scio: *corr Bo* | inquit (*sed cf. 1343*[a]) ‖ 1326. PA. *om B* ‖

Quóm ego seruos, quándo aspicio hunc, lácrumo[m] quia di⟨i⟩úngimur.
⟨PH.⟩ Óbsecro, licét complecti príus quam proficiscó? ⟨PY.⟩ Licet.
PH. Ó mei oculi, ó mi anime. ⟨PA.⟩ Óbsecro, te⟨ne⟩ múlierem, 1330
Ne ádfligatur. ⟨PY.⟩ Quíd istuc quaesost? ⟨PA.⟩ Quí⟨a⟩ abs te abit, animó male
Fáctumst huic repénte miserae. ⟨PY.⟩ Cúrr[it]e[t] intro atque ⟨e⟩c⟨f⟩érto aquam.
PA. Níl aquam morór: †quod malo: ne interuéneris,
[PY.] Quaéso, dum res⟨i⟩pí⟨s⟩cit. ⟨PY.⟩ Capita intér se nimis nexa[m] húsc⟨e⟩ habe⟨n⟩t.
Nón placet: labra áb labellis †ferinautace malum. 1335
PL. Témptabam spiráre[n]t an non. ⟨PY.⟩ Aúrem admo[s]tam [h]opórtuit.
⟨PL.⟩ Sí magis uis, ⟨e⟩am omíttam. ⟨PY.⟩ Nolo: ré tineas. ⟨PA.⟩ Fió miser.
PY. Éxite atque [h]ecférte huc intus ómnia isti quaé dedi.
PA. Étiam nunc salúto te, ⟨Lar⟩ fámiliaris, príus quam e[r]o.
Cónserui conséruaeque omnis, béne ualete et uíuite: 1340
Béne quaeso inter uós dicatis †et me absentí tamen.
PY. Áge, Palaestrió, bono animo's[t]. PA. ⟨É⟩heu, neque⟨o⟩ quín fleam,

---

1328. Cum *vel* Quem | lacrumum: *corr Ribbeckius* | diungitur: *corr Ca* ‖ 1329. complecti *vel* conpleti ‖ 1330. Oh mihi | o mi *vel* omei | ne *add Gru* ‖ 1331. quaepost: *corr Sey* | *add Bo* ‖ 1332. miserat: *corr Sarac* | *del et add Sey* | intro *vel* introm *vel* intrem ‖ 1333. PH. | quod *vel* quot ‖ 1334. PY. *add Palm* uexam: *corr Ca* | hinc: *corr Fl duce Lamb* | *add Ca* ‖ 1335. labram (*corr D*) ablauellis ferinaut ace malum (*vel* fer ad macellum) ‖ 1336. *del Ca* | non aurem at (*vel* non aut eum ad) nostam: *corr Gru* | hoportuit *vel* hoc oportuit ‖ 1337. PL. *add Gru* | e *add Ri* | PY. *et* PA. *add Ac* | retineat: *corr Sey* | flo: *corr Kayserus* ‖ 1338. *del Ca* | quae isti: *trai Bo* ‖ 1339. *add Bo* ‖ 1342. PA. *add B* | *add Gru* | quin (*vel* quiin) fleat ‖

Quom ábs te abeam. PY. Fer aéquo | animo. PH.
Scío ego quid doleát mihi. 1343^{a}
Séd quid hoc? quae rés? quid uideo? lúx, salue
* * * * 1343^{b}
PL. Iám resipisti⟨, Phílocomasium⟩? PH. Óbsecro,
quem ampléxa sum
Hóminem? perii. súmne ego apud me? PL. Né time,
uoluptás mea. 1345
PY. Quíd istuc est negóti? PA. Animus hánc modo
hic relíquerat.
* * * * * * * * * * * * * * *
Métuoque et timeó, ne hoc tandem pró⟨p⟩al[l]a⟨m⟩ fiát,
nimis.
PY. Quíd id est? PA. Nos secúndum ferri núnc per
urbem haec ómnia,
Néquis tibi | hoc uítio uortat. PY. Méa, non illorúm
dedi: 1350
Párui ego alios fácio. ag[it]e, ite cúm dis beneuolén-
tibus.
PA. Túa ego hoc causa díco. PY. Credo. ⟨PA.⟩ Iám
uale. PY. Et tu béne uale.
PA. Íte cito: iam ego ádsequar uos: cúm ero pauca
⟨uólo⟩ [e]loqui.
Quámquam alios fidéliores sémper habuistí tibi
Quám me, tamen tibi hábeo magnam grátiam rerum
ómnium: 1355
Ét si | ita senténtia esset, tíbi seruire málui
Múlto quam alií libertus ésse[t]. PY. Habe[o] animúm
bonum.

1343^{b}. queris: *corr Sey* | quod | lux *vel* uix | *lac sign Brixius* || 1344. *add Ri* || 1345. perii *vel* peru || 1346 sq. *lac sign Ri* || 1348. ut timeo | pro alla (*vel* illa): *corr Ca* | *dist Brixius* || 1350. uitio uortat *vel* uortat ♯ || 1351. Parui *vel* Paruos | illos facio: *corr Bo* | *del Weisius* | ite *vel* te || 1353. adsequar uos *vel* uos adsequar | cum ego pauca | *add et del Ri* || 1355. gratiam *vel* gratia || 1356. malui *vel* maui || 1357. libertus *vel* libertatis | bonum animum: *trai Bo* ||

PA. †Haeum, quom uenít mihi in mentem, ut móris mutandí si<e>nt.
Múliebris morís discendi, oblíuiscendi stratióti<ci>.
PY. Fác sis frugi. PA. Iám non possum: amísi omnem lubídinem. 1360
PY. Í, sequere illos: né morere. PA. Béne uale. PY. Et tu béne uale.
PA. Quaéso ut memínerís: si forte líber fieri occéperim,
Míttam nuntium ád te: ne me déseras. PY. Non ést meum.
PA. Cógitato <i>déntidem, tibi quám fidelis fúerim.
Si íd facies, tum démum scibis, tíbi qui bonus sit, quí malus. 1365
PY. Scío et perspexi saépe, uerum quom ántehac <tum> hodie máxume.
PA. Scí[e]s? immo hodie uérum factum fáxo post dicés magis.
PY. Víx reprimor quin té manere iúbeam. PA. Caue istuc féceris.
Dícant te mendácem nec uerum ésse[t], fide[le] nulla ésse te:
Dícant seruorúm praeter me ésse[t] fidelem néminem. 1370
Nám si honeste cénseam te fácere posse, suádeam.
Vérum non potést: caue faxis. PY. Abi iam: patiar quídquid est.
<PA.> Béne uale igitur. PY. Íre meliust <s>trénue. PA. Etiam núnc uale.
<PY.> Ánte hoc factum hunc sum árbitratus sémper seruom péssumum:

1358. PA. Haeum *s. finem v. 1357: trai Ca* | Com (Com — sint *om B*) ‖ 1359. stratiosi *vel* stratiost: *corr Scu* ‖ 1360. PA. *add B* ‖ 1362. Quaeso ot (*vel* ut) *vel* Quaeso | fieri occeperit ‖ 1363. attene me *vel* athene ne ‖ 1365. scibis tibi *vel* sciuisti ‖ 1367. *del Salm* | hodie eorum (*vel* meorum): *corr Ca* ‖ 1368. manere *vel* mare ‖ 1369. Dicent: *corr Ri* | fidele nulla *vel* fidelent ulla ‖ 1371. censeat ‖ 1372. abi iam *vel* abilam | *dist Brixius* ‖ 1373. *add Ca* | PA. Ire: *corr Ca* | PA. *vel* PY. ‖ 1374. Ante huc ‖

Eúm fidelem míhi esse inuenio. quom égo⟨m⟩et mecum cógito, 1375
Stúlte feci[t], qui húnc amisi[t]. íbo hinc intro núnciam
Ád ⟨a⟩mores meos †et sensit hinc sónitum fecerúnt foris.

PVER. PYRGOPOLINICES
MILES

PV. Ne mé moneatis: mémini ego officiúm meum.
Ego †nam conueniam illum. ubi ubist géntium,
Inuéstigabo |: óperae non parcó meae. 1380
PY. Me quaérit: ilico hínc ibo huic puero óbuiam.
PV. Ehém, te quaero: sálue, uir lepidíssume,
Cumuláte commoditáte, praeter céteros
Duo dí quem curant. PY. Quí duo? PV. Mars ét Venus.
PY. Facétum puerum. PV. Íntro te ut eas óbsecrat: 1385
Te uólt, te quaerit téque exspectans ⟨éx⟩petit.
Amánti fer opem. quíd stas? quin intro ís? PY. Eo.
PV. Ipsús illic ⟨s⟩ese iam ínpediuit ín plagas.
Parátae insidiae súnt: in statu stát senex,
Vt ádoriatur m⟨o⟩éc⟨h⟩um, qui formást ferox, 1390
Qui omnís se amare crédit, quaeque aspéxerit
†Mulierem oderunt quá uiri qua múlieris.
Nunc ín tumultum ibo: íntus clamorem aúdio.

1375. fidelem *vel* fidele | inuento | *add Ca* ‖ 1376. nunciam *vel* uinciam ‖ 1377. At *vel* Ac ‖ 1378. memini *vel* nemini ‖ 1380. inbestigabo | meae *vel* mene ‖ 1381. ilico hinc *vel* illic ibo huic: *corr Abraham* ‖ 1382. Ehem *vel* Ehm | salue uir *vel* uir ‖ 1384. mars et *vel* arse ‖ 1385. intro *vel* intra | eas *vel* ea ‖ 1386. teque *vel* te | exspectans petit *vel* exspectat: *corr Pareus* ‖ 1387. quid intro ‖ 1388. ese *vel* se: *corr Py* ‖ 1389. statu stat *vel* status ad ‖ 1390. Vt domatum mecum *Nonius* | forma si (est *Nonius*) ‖ 1391. omnis *vel* omni | queque *vel* quemque: *corr Ca* ‖ 1392. Mulierem *vel* Mulieres eum | qua (*vel* quasi) uiri ‖

ACTVS V

PERIPLEC[T]OMENVS. SENEX **PYRGOPOLINICES.** MILES **CARIO.** COCVS
LORARII. SCELEDRVS SERVOS

PE. Dúcite istum: sí non sequitur, rápite sublimém foras.
Fácite inter terram átque caelum ut sít: †discindite.
PY. Óbsecro hercle, Périplec[t]omene, té. PE. Nequiquam hercle óbsecras. 1396
Víde ut istic tibi sít acutus, Cário, cultér probe.
<CA.> Quín iam dudum géstit moecho hóc abdomen ádimere.
†Vt faciam quasi púero in collo péndeant crepúndia.
PY. Périi. PE. Haud etiam: número hoc dicis. CA. Iámne in hominem | ínuolo? 1400
<PE.> Ímmo etiam prius uérberetur fústibus. CA. Multúm quidem 1401[a]
Agi * * c * * ams * * s * * f * * m * * 1401[b]
PE. Cúr es ausus súbigitare álienam uxorem, ímpudens?
PY. Íta me di ament, últro uentumst ád me. PE. Mentitúr: feri.
PY. Máne dum narro. PE. Quíd cessatis? PY. Nón licet mihi dícere?

1394. sublimem *vel* sublim ‖ 1395. ut sit discindite (*vel* descendite) *etiam A, ut vid* ‖ 1396. periplectomene (*sic A*) *vel* periplecto mane: *del Ri* | nequiquam *vel* nec quicquam ‖ 1397. istic (*sic A*) *vel* istuc | ACUTUS (*item Sergius, sed* Vide sit tibi): actus ‖ 1398. moecho *vel* meco | abdomen *vel* abdomo ‖ 1399. UT *etiam A* | pendeant *vel* pendeat ‖ 1400. HAUD: PE. aut *vel* aut | ♯ IA(MNE): iamne (CA. *Ri*) | inuoco ‖ 1401[a]. (UE)RB(ERETU)R: ueretur | CA. *pro* ♯ *Ca* ‖ 1401[b]. *solus habuit A* ‖ 1402. alienam (*sic A*) *vel* alienum ‖ 1403. uentumst ad (*sic A, ut vid*) *vel* uentu stat | feri (*sic A*) *vel* eri ‖

PE. Díc. ⟨PY.⟩ Oratus sum, ád eam ut irem. PE. Quór ire ausu's? ém tibi. 1405
⟨PY.⟩ Oíei, satis sum uérberatus: óbsecro. CA. Quam móx seco?
⟨PE.⟩ Ýbi lubet: dispénnite hominem díuorsum et disténnite.
PY. Ópsecro hercle te, út mea uerba aúdias prius quám secat.
PE. Lóquere †non dum niliblo factum est. PY. Víduam hercle esse cénsui:
Ítaque ancilla cónciliatrix quaé erat dicebát mihi. 1410
PE. Iúra te non nóciturum esse hómini de hac re némini,
Quód tu | hodie hic uérberatu's aút quod uerberábere,
Sí te saluom hinc ámittemus Vénerium nepótulum.
PY. Iúro per Iouem ét Mauortem mé nociturum némini,
Quód ego hic hodie uápularim: iúreque id factum árbitror: 1415
Ét si intestatús non abeo hinc, béne agitur pro nóxia.

1405. *om A* | Dic oratus *vel* Decoratus | ad te uenirem *vel* ad te amuttire: *corr Ribbeckius et Sey* | PY. *vel* ♯: *corr* D^2 | quirere *vel* quare: *corr Sey* | ausus *vel* ausus ♯: *corr Lamb* ‖ 1406. *add Ca* | OIEI: olei | PE. quam *vel* quam (♯QUAM): *corr Ca* | MOX-SECO: mox (*vel* ex) ego ‖ 1407. *add Ca* | dispennite *Nonius*: dispendite (*sic A, ut vid*) *vel* distendite | DISTENDITE (*sic etiam Nonius*): dispendite: *corr Meursius* ‖ 1409. niliblo *vel* donec (*velut* AME) | factum est (*sic A, ut vid*) *vel* factus | PY. *add B* | uiduam (*sic A*) *vel* uidua | HERCLEESSE: esse ‖ 1410. quae erat dicebat (*sic A*) *vel* dicebat ‖ 1411. te non: TE | esse (*sic A*) *vel* ē | HOMINI: hominem | nemini (*sic A, ut vid*) *vel* neminem ‖ 1412. *sic etiam A* | uerberatus: *corr Ri* | quod (*sic A*) *vel* q͠m | UERBERA-BERE: uerberare ‖ 1413. hinc (*sic A et Priscianus*) *vel* hic | amittimus *Priscianus*: MITTEMUS: mittimus (*corr Bo*) | nepotulum (*sic A*) *vel* nepotulam ‖ 1414. Iuro (*sic A*) *vel* Luro | IOUEM(ET-MAUO)RTEM (*suppl Stu*): idam (*vel* idum) et martem | nemini (*sic A*) *vel* memini ‖ 1415. Quod (*sic A*) *vel* Quid | uapularim (*sic A*) *vel* uapulo sed | iure qui *vel* mihi id eque: *corr Ca* ‖ 1416. ABEO: habeo ‖

PE. Quíd, si id non faxís? PY. Vt uiuam sémper intestábilis.
CA. Vérberetur étiam: postibi ámittendum cénseo.
PY. Dí tibi bene fáciant semper, quom áduocatus míhi bene es.
CA. Érgo des minam aúri nobis. PY. Quam ób rem? CA. Saluis téstibus 1420
Ýt te<d> hodie hinc ámittamus Vénerium nepótulum.
Áliter hinc non eíbis: ne sis frústra. PY. Dabitur. CA. Mágis sapis.
Dé tunica et chlamyde ét machaera néquid speres: nón feres.
LO. Vérberon etiam án iam mittis? PY. Mítis sum equidem fústibus:
[PE.] Ópsecro uos. PE. Sóluite istunc. PY. Grátiam | habeó tibi. 1425
PE. Sí posthac prehéndero ego te híc, carebis téstibus.
PY. Caúsam haud dico. PE. Eámus intro, Cário. PY. Seruós meos
Éccos uideo. Phílocomasium iám profectast? díc mihi.
SC. Iám dudum. PY. Ei mihí. SC. Magis dicas, sí scias quod égo scio:
Nám illic qui | ob óculum habebat lánam nauta nón erat. 1430

1417. FAXISUTSEMPERUIUAM ‖ 1418. Verberetur (*sic A*) *vel* LOR. Verberitur | POSTIBI: post tibi | AMITTENDUM: amitte dum ‖ 1419. aduocatus (*sic A*) *vel* euocatus | MIHIBENEST: bene mihi es (*vel* adest) ‖ 1420. LOR. Ergo *vel* Ergo | ‡ saluis (*sic A*) *vel* LOR. (*s. scr. B*) suauis ‖ 1421. *add Guy* | uenerium nepotulum (*sic A*) *vel* uenerum ne populum ‖ 1422. Aliter—dabitur *om CD* | NONEIBIS: a nobis | LOR. magis *vel* magis (*sic A*): *corr Ca* ‖ 1423. De tunica (*sic A*) *vel* Det tunicam | CHLAMYDE: clamide *vel* clamidem | (MAC)H(AER)A: macra ‖ 1424. AN(IAMMIT)TIS: anim (*vel* animam) amittis | sum *vel* sim (*sic Nonius*) ‖ 1425. ‡SOLUITE: soluite | ISTUNC: istuc *vel* istum ‖ 1426. prehendero ego te hic (*sic A*) *vel* prehendero | CAREBISTESTIBUS: arebo cestibus ‖ 1427. HAUD: aut | (CA)R(IO): carios ‖ 1429. SC. Iam *vel* Iam | ‡EIMIHI‡: ei (*vel* et) mihi ‖ 1430. ILLIC: ille | OBOCULUMHABEBATL(ANAM): lanam ob oculum habebat ‖

PY. Quís erat igitur? SC. Phílocomasio amátor.
PY. Qui tu scís? SC. Scio:
Nám postquam porta éxierunt, níl cessarunt ílico
Ósculari atque ámplexari intér se. PY. Vae miseró mihi:
Vérba mihi data ésse uideo. scélus uiri Palaéstrio,
Is me in hanc inléxit fraudem. ⟨SC.⟩ Iúre fáctum iúdico: 1435
Sí sic aliis moéchis fiat, mínus hic moechorúm siet:
Mágis metuant, minus hás res studeant. ⟨PY.⟩ Eámus ad me. plaúdite.

1431. ‡PHILOCOMASIOAMATOR‡: philocomasio amator | qui (*sic A*) *vel* quid | PY. || 1432. PORTAM | exierunt nihil (*sic A*) *vel* nihil | cessarunt (*sic A*) *vel* cessauerunt || 1433. atque (*sic A*) *vel* neque || 1434. UIRI: uir || 1435. INHANCINIEXITFRAUDEM: hinc illexit fraude *vel* inlexit fraude in | *add Bo* || 1436. SI: Sic | MOECHISFIAT: moec(h)us fuit || 1437. studeant *vel* studeat | *add Bo* ||

Fulgentius de abstr. serm. p. XX ed. L.: Exercitus dicitur contemptus: unde et Plautus in Milite glorioso ait: 'Itane nos nostramque familiam habes exercitam'.